iustificarentur. Quare Augusti. epist. 137. ad Optatum omnes iustos asserit siue precedentes incarnationem Domini, siue sequentes, non fuisse viuentes ait, nisi ex fide incarnationis Christi. Probatq; quod dixerat, quia non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oporteat saluos fieri nos, & ex illo tēpore valet ad saluandū genus humanū, ex quo in Adam viciatū est genus humanū. Ceterum, vt Augusti. expeditur oportebit distinguere inter iustificationem gentiū, & Iudaeorū. Etenim proculdubio nullus Iudaeorū ante Christi incarnationem, neq; post, potuit iustificari, aut potest nisi per fidem explicitā Christi, iustificari autē posse ante aduentū Christi gētiles extra fidē Christi explicitā non iustificari Augusti. Nā quod loquitur nullam potuisse viuere nisi ex fide incarnationis, rectē ait sub fide incarnationis, explicitā, vel implicitā subaudias, quia nomine vitæ iustificatē gratiā subintellexit. Gentiū igitur animæ iustificatē per fidē vnius Dei, & fidē Christi implicitā quæ per amorē Dei operatur detinebantur in limbo sanctorum patrū, & ibi erudiebantur à sanctis patribus de fide Christi, & incarnatione illius vel à sanctis angelis. Vnde tum expressam de Christo fidē concipiebant, sine merito tamē fidei nouo, vt etiā animæ patrū ibi conditæ fidē habebant sine merito nouo, & animæ quas iustratorius ignis, & animæ beatę diligunt Deū sine nouo merito: istæ omnes nouū meritum habere nequeunt, quia animæ separatae à corporis commercio, sunt extra meriti statum: vnde nō sine fide expressā incarnationis illis contigit salus. Et S. Petrus de salute consequenda loquitur quando ait, non esse hominibus aliud sub caelo datum nomen, in quo oporteat nos saluos fieri nisi in Christi nomine, nā saluum fieri æternam denotat salutem, Aut oportebit dicere reuelatam fuisse fidem incarnationis omnibus gētilibus, quibus gratia iustificationis donata est tunc: id quod probatu esset difficile, quia satis illis erat implicitā satis de mediatore Christo habere notitiā illā, quam Paulus cōmemorat. Accedentē ad Deū necesse esse credere, quod Deus est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Chrysostomus verō secundo loco inductus intelligēdus est Iudæos ante Christū, & gentiles, non

erat necesse imbui sacramētis ecclesie, vt baptismo confirmatione, &c. vt salutē cōsequerentur, & istud planē Chrysostomi verba indicant. Quod vero ex eodē primo loco relatum est, admodum est difficile: at vero explicandus est Chrysostomus Iudæos illos tum nullam de resurrectione Christi & nostra, vt ab illa pēdet, potuisse habere notitiā: quia tamen credebant venturum Messiam Iudæi, at verō credebant venturum cum summa maiestate regni temporalis, non morti obnoxium, aut cruci. Nam Mat. 22. matrona illa ad Christum regni præcipuas sedes venit filijs petitura: opinas enim Christi regnū tēporale esse futurū, illū præueniebat. Etiam vero ex plosis nebulis errorū fidei veritas clarior micabit. Primam igitur accipe cōclusionem, resurrectio mortuorū naturæ fugit facultatem. Hæc conclusio est contra Platonicos, vt supra memoratū est, quibus persuasum erat post reuolutionem absolutam spheræ octauæ, quæ singulis centum annis vnius Zodiaci peragit gradum, homines resurrecturos. Dixi contra Platonicos, quia, vt dudū ostēdebā, Plato non credidit resurrectionem futurā propriē, siquidē anima secundum eū non est pars essentialis hominis, sed est tanquā motor eius, & corpus tanquā mobile, vel tanquā illius indumētū, vt autor operis imperfecti ad Mat. insinuat. Verū tamē istud ecclesia dānat dogma, nedum Arist. & peripatetici omnes, vt nos cōm. nostris ad. 2. de anima Arist. abūde cōmōstrauimus. Porro quod fugiat facultatē naturæ mortui resurrectio, vel hinc lique re potest, quia Arist. finis animā ait, esse actū corporis physici & organici in potētia vitæ habētis: igitur nō quoduis corpus est animæ cōceptaculū, sed physicū, & organici: at soluto corpore nō, & verso in cadauer, resoluitur in elemēta experiētia docētē. Etenim in cineres vertitur si deuritur igne, in terrā si terræ cōdatur. Et demū illa organizatio perit, quæ tñ est dispositio necessaria in corpore, vt sit animæ subiectū. Et quia anima est optima forma, & excellit vniuersas rationales alias animas, ideo exigit nobilissimam dispositionem in corpore animando ab illa: at verō inorscorripit hæc dispositionē organorū, adeo, vt verū sit oculū mortui nō esse oculū nisi æquiuocē, & ita de ceteris mēbris &

2. Conclusio

Corrupta vitali dispositione impossibilis est per naturā regressus animæ in corpus.

Corrupta vitali dispositione impossibilis est per naturā regressus animæ in corpus.

Expenditur Augusti.

Gentibus ante Christi aduentū facta erat fides Christi implicita Iudæis vero necessaria erat explicita.

Animæ separatae si habeat fidē, spem, & charitatē nihil noue promerentur.

Ad Hebr. 11.

Exponitur Chrysost.

organis. Et quia hæc dispositio semel corrupta, eadem numero regredi non potest quia à perfecta priuatione ad habitum impossibilis est regressio, inde cõficitur animam iuxta vim naturæ non posse amplius recurrere in suum corpus, quod dimiserat. **C**Adde, quia semel cecus si perfecte sit luminibus orbis, nõ potest à natura illuminati, ergo multominus homo perfecte ex animis, poterit rursus animari. Nãque si imperfecte sit ex animis, vt ij sunt, quos corripit accidens syncopismus isti excitatur à suo syncopismo præsidio medicamentorũ. **Q**uod autem vulgatum est homines mortuos, nostra concedere, & cum viuis colloqui amicis, aut alijs, hoc quidem sæpe præstigia sunt diabolica, nõnunquam apparitiones sunt angelicæ: rarissime vero anima ipsa separata: huc cõmigrant, nisi dispensante Deo: quã rem nos vberius sumus prosecuti in dilucidationibus ad Esaiã. Ex literis autem diuinis resurrectio nõ fugere vires naturæ nõ est operosum collectu: siquidem Eccle. 3. vnus est interitus hominũ ait, & iumentorũ, id quod de notat resurrectionem omnibus rebus uiuentibus à morte esse impossibilem, vt il lud Iob. 14. homo cũ dormierit non resurget, donec atteratur cælũ non euigilabit. Et rursus, homo verò cũ mortuus fuerit & nudatus, atque consumptus vbi quæso est? Quo in modo si recedant aquæ de mari, & fluius vacuefactus areseat, & in psal. 87. nunquid medici suscitabunt. **C**At vero sunt qui contendant resurrectionem possibilem esse secundum naturam, quã contentione, quibusdam præiacis fundamentis moliri student. **P**rimũ est animam rationalem esse formam hominis specificam. **S**ecundum est esse immortalẽ. **T**ertiũ forma specifica hominis nõ potest manere perpetuò extra corpus, & hoc probat, quia pars extra totũ quando est, violẽter est, at nullum violentũ est perpetuũ, igitur non poterit anima perpetuas ducere moras, citra corporis cõtuberniũ. **Q**uartum anima, vt quæuis formarũ altera appetentiã habet ad esse in materia. **Q**uintum naturalis appetitus non potest esse vanus, quia Deus & natura nihil frustra faciunt, & opus naturæ est opus intelligentiæ. **S**exto, beatitudo, nullũ bonum desiderat. **S**eptimo, de trini. c. 15. Est enim status omnium bonorum cumulo perfecte

actus. **C**lã ergo, si anima est pars hominis, & defuncto homine, superstes est anima, & hæc necessario appetit copulari rursus suo corpori, & hic appetitus est necessario explendus, & si beata est, desideras corpus suũ, aliquo bono priuatur, igitur, vt perfecte beetur necessario est vnienda corpori. **C**Hanc autem rationem cui valde fidit Marsilius. q. postrema. 4. sent. ex multis labefactare possumus. **P**rimũ, quia animam rationalem esse immortalem secundum rationis euentiam demonstrare nõ possumus, vt etiam Scotus testatur in. q. 2. huius dist. 45. **Q**ui hæsitat de Arist. sententia super animorum immortalitate, id quod nos prolixè disseruimus cõm. ad libros de anima. **S**ecundo quia animam rationalem esse formam specificam hominis, quãuis philosophis peripateticis cõfessum sit, nõ item Platonici, vt paulo ante meminera, & Origenes sectator fuit dogmatis Platonici. Nã in cõm. psal. versans locũ. psal. 85. Induxisti nos in laqueũ. animam credit e cælo delapsam ob delicta sua, videlicet, quia concupiscens erat cõmerciij corporalis, ideoque de cælo deturbata fuit in corpus tanquam in ergastulũ & carcerem vbi delicti daret pœnas. At D. Cyrillus Alexã. episcopus 1. lib. cõm. in Ioannem, multis inuehitur in Origenem rationibus, quas persequi non est huius instituti. Sufficiat in præsentia dixisse sententiã hanc Platoniciã esse aduersariã peripateticę disciplinæ, & catholice veritati: illi quidem quia anima est actus corporis physici & organici. & c. Et intelligere est actus totius hominis: igitur est à forma totius, & hæc est anima rationalis: huic verò quia damnata est olim ab ecclesia in Calcedonensi Synodo. **E**t rursus, quia anima primi hominis fuit incõtaminata & incontaminatum habuit corpus antequam peccaret, Etenim corpus primi hominis fuit creatũ liberũ ab omni malo, sed beatũ, naturali quadã beatitudine, igitur non erat creatum in supplicium animæ. **C**Adde animam Christi incõpultam semper fuisse, nõ ergo ex delicto suo copulata est corpori. Rursus si diuinum verbũ est vnitũ anime & corpori personæ liter, nullũ delictum est in anima & corpore. Et demum vnio animæ & corporis est naturalis, non ergo ex delicto, quia quod naturale est supplicium non est. Itaque duo hæc fundamenta veracissima sunt etiam

Visiõne mortuorum apparentiũ vespere rimũ esse fallacem.

Ratio queles fragatur Marfilo conuelli

Fortiter gomẽtũ Nilij & ali conãtiũ cura esse lurrector

Fortitudo ar-  
gumētū Mar-  
tini & aliorū  
conātū extra  
tura esse re-  
surrectionem

etiam secundum naturalem rationem animam esse formam corporis, & esse immortalem, verum quia non sunt confessi cunctis philosophis, ideo ex illis compingitur non potest demonstratio resurrectionis. Et quidem si demonstrabilis esset resurrectio, fidei dogma non esset, quia quæ fidei sunt demonstrationem non habent. Verum tamen demus hæc duo fundamenta esse philosophis vniuersis confessi, adhuc nihil colligitur euidenter. Diceret enim philosophus quispiam, animam rationalem defuncto corpore suo non appetere recopulari, quia etiam si partes aliæ hoc appetant suo toto copulari, at vero anima rationalis non item. Siquidem aliæ partes hoc desiderant, impendio: quia extra totum non subsistunt, sed pereunt, ut caput non potest esse nisi in toto corpore, extra nauque perit, & manus, & pes, &c. At vero anima rationalis, quia non habet suum subsistere pendens à toto, id circo non cupit vniri illi.

¶ Rursus quia quamuis operationes sensuales, & vegetales non possit exercere, nisi in corpore, at operationem præcipuam intelligendi melius exercet extra corpus, quia non eget ministerio phantasmatum, neque tanto labore sibi parat rerum intelligentiam, ideo sibi melius putabit ducere vitam extra corpus. Vnde simpliciter loquendo melius se habet anima extra corpus, quam in corpore, propterea non est imperfecta extra corpus tametsi secundum quid est quædam perfectio esse in corpore, illi donando esse. ¶ Quia propter, non est violenter extra corpus, sed quatenus intellectiua est germanius esse est sibi, esse separatam à corpore. Non ergo corporis desiderium suam beatitudinem remorabitur, quia corpus non desiderat, sed sufficit sibi pura contemplatione gaudere intelligibilem. ¶ Ad hæc, si contendis etiam non desiderare corpus, exquiram à te quale est hoc desideratum corpus, non est corruptibile? Non sanè, quia hoc aggrauat animam. Si incorruptibile, istud utique ex natura est impossibile, at vero anima sapiens est extra corpus, & non stulta: sapientis autem est non cupere impossibilia.

¶ Quod si obieceris desiderium esse formarum implere materiam, dicet tibi philosophus aliquis hoc animæ desiderium, iam esse impletum quandiu corporis con-

sortio fruebatur. ¶ Fatendum est igitur esse rationes quasdam suasorias resurrectionis, nullam tamen esse euidenter fides poscit. Etiam si D. Grego. 14. Moralium ad finem probationibus huiusmodi incumbit & Richardus. 1. de trini. c. 4. fidit se contulisse ad idem rationes necessarias. Ceterum rationes necessariae sunt duplices. 8. topicorum, aliæ ad rem, aliæ ad positionem videlicet, ex hypothesi. Possunt sanè colligi rationes necessariae resurrectionem probantes ex hypothesi fidei, alias non. Et ad hanc rationem intelliges Damascenum lib. 4. de fide. cap. 4. colligens resurrectionem ex ratione illa, quia difficilius est, rem producere ex nihilo, quam reproducere ex aliquo. ¶ In quem modum ratiocinatur Ambrosius lib. de carnis resurrectione. & August. sermone de mortuorum consolatione & sepe alibi, sermo de resurrectione. Et quidem sudor iste sanctorum in probanda resurrectione est ad modum utilis fidelibus stabilendis in fide auribus, at philosophis conuincendis, non est efficacax: quia procedunt semper ex fidei fundamentis quæ philosophi insiciabuntur.

¶ Secunda conclusio, resurrectio mortuorum diuinæ tatum cui subdita est tota natura subiaceret. Hæc est corollaria prioris.

Et breui ostenditur: quod non inuoluit contradictionem est Deo possibile. Lucæ. 2. apud Deum non est impossibile omne verbum, at corpora iam emortua reducere ad vitam priorem, non repugnat, igitur.

¶ Secundo quod factum est, possibile est fieri, at vero resurrectionem quorundam legimus in arcanis literis, igitur nihil inuoluit contradictionem resurrectioni.

¶ Tertio quia impossibilitas est naturalis illa, quam diximus, quia organizatio illa corporis, & seminis infusio vnde propagatur corpus, quod est subiectum anime, iam transierunt & non possunt restaurari eadem numero, ut dixit Nicodemus, non quid homo cum senex sit poterit iterato introire in ventrem matris suæ, at vero Deus est potentior quam natura: Deus igitur illam dispositionem poterit reparare, & citra propagationem naturalem animam reintundere in corpus. Quod si sciscitaris, quid ergo si Deus præparasset materiam, rursus ut esset proximè disposita ad suscipiendam animam iterum, nun-

Rationes probantes resurrectionem quo modo sunt necessariae.

2. Conclusio

quid ipsa anima tum naturaliter se moue-  
bit ad informandum denuo corpus, an ne-  
cessaria erit Dei operatio miraculosa ani-  
mam reinfundentis in corpus iam a se pre-  
paratum? Et sane dubitatio hæc non est le-  
uis, neque euidentis responsio illius in fori-  
bus est.

¶ Fuit Henricus Ganda. in quodlib. 11.  
quæstion. 14. credens animam tunc non  
indigere operatione miraculosa Dei, sed  
ipsa luapte natura tendet tunc in corpus  
suum, vt illi iterum vniatur. Sicut namq;  
grauæ amoto impedimento continuo se  
defert deorsum, ita ablato obstaculo indi-  
spositionis in materia, ipsa anima conti-  
nuo illi copulabitur naturaliter. Et Tho.  
1. par. quæst. 76. art. 1. respondens. 1. argu-  
mêto. idem sapere sese insinuat. Ait enim  
vt leui ex se conuenit agitari sursum, quo  
circa, si quando non fertur in suum locû,  
nihilominus illi semper aptitudo & in-  
clinatio est connexa & simulatque li-  
cuerit hoc est, quando nihil obstiterit, sta-  
tim inclinationem mandabit operi: ita a-  
nima separata habet aptitudinem, & in-  
clinationem ad corpus quamuis separata,  
igitur si dispositum ad sit corpus ex  
Thomæ sententia, continuo illi vnie-  
tur.

¶ Porro in hac dist. ar. 2. q. 2. diuersum se-  
ctari videtur placitum. Miraculum enim  
esse duplex fatetur in resurrectione mor-  
tuorum: alterum est disponenda materia  
alterum in reuinienda anima materiæ dis-  
positæ. Namque vt solus Deus primo illa  
infudit, ita solus ipse, illam re infundit.  
Et sunt quæ suffragantur huic sententiæ,  
quia anima est solum causa formalis esse  
humani, at si ipsa se reinfunderet, esset effi-  
ciens. Et Capreolus est concors huic senten-  
tiæ, item Scotus & Durandus. q. 1. ab illa  
non dissentiant, neque ego. ¶ Existimo  
enim animam nisi Deo specialiter coope-  
rante, quamuis esset corpus capax & re-  
ductum ad dispositionem priorem, non  
posse subintrare illud corpus. Et hoc sus-  
picor esse verum, quia aduerto in resurre-  
ctione Lazari dominum inelamasse voce  
grandi. Lazare, veni foras, & hæc inelama-  
tio non aliud denotabat, quam quod di-  
uino miraculo reuocabatur anima ad cor-  
pus. Et itidem adolescentulo dominus  
ait. ¶ Adolescens, tibi dico surge, &

puellæ, itidem. Præter hæc, quia si suppo-  
sita dispositione corporis, anima naturali-  
ter, illud formaret, igitur esset tunc reur-  
rectio vtique naturalis, & non esset mi-  
raculosa, quod non facile dixerim.

¶ Ad hæc quia alia est dispositio necessa-  
ria ad reuinionem animæ cum corpore,  
quam ad primam vniionem, quæ fait in  
embrione: quippe dispositio illa fuit ad  
animæ creationem in materia illa. At ve-  
rò dispositio hæc est ad vniionem animæ  
iam creatæ cum corpore præexistenti:  
ideoque hæc dispositio sola non est suffi-  
ciens, vt animam ad se trahat nisi interue-  
niat noua Dei actio.

¶ Aliud est igitur considerandum de na-  
tura grauium, & lenium, aliud de na-  
tura animæ intellectuæ, illa namque hoc  
habent germanissimum suas explere na-  
turales inclinationes, quando illis licue-  
rit esse sine impediante vel prohibente:  
at vero natura animæ, vel inclinatio il-  
lius erat informare corpus, quando pri-  
mum est illi indita, & in illo viuere,  
quando morbi, vel aliàs aliud non prohi-  
bet. namque forma est, ideo appetit  
esse in sua materia: vnde videmus  
morituros, plurimum obluere mor-  
ti.

¶ Cæterum non liquet, quod etiam sit  
inclinatio hæc animæ naturalis, quan-  
do est submota iam a corpore, illi re-  
uniri, vel illi copulari, sed neque est  
contra inclinationem eius.

¶ Enimvero, vt dicebamus, propriè na-  
turale non dixeris, quod a miraculo  
pendet: at reuiri corpori fugit vires  
naturæ omnes. Quomodo ergo ani-  
ma inclinatur naturaliter ad id, quod per  
facultatem totius naturæ assequi non po-  
test? Et idem ventilatur in quæstio-  
nem si anima tendit naturaliter in bea-  
titudinem supernaturalem, scilicet, vi-  
dendi Deum? Et quidem cum hoc  
sit super naturæ vires situm, anima na-  
turaliter ad id non tendit, sed ex in-  
uante fide & gratia: neque tamen hic  
appetitus est contra naturam illius quip-  
pe ipsa anima ex natura sua apta est,  
quæ beari possit, quamuis ipsa non po-  
test sola hanc aptitudinem reducere in  
actum, propemodum dicitur in præ-  
sentia.

¶ Obserua

Argumentū  
Henrici solui-  
tur.

In resurre-  
ctione mira-  
culum est du-  
plex.

Ioan. 11  
Luc. 7.  
Matth. 9.

Naturalem  
naturalem  
naturalem

An resurre-  
ctio quodam  
modo sit ap-  
pellanda na-  
turalis.

¶ Observabis tamen Thom. in. 4. lib. contra gentes ca. 81. distinxisse naturale multifariam, aut ex principio activo addere poteris aut ex passivo, aut ex fine. Est sane fluxus, & refluxus maris naturalis. i. modo quia luna naturaliter illum operatur, etsi mare ex natura sua adhuc motum non inclinatur, neque illi repugnet. Est rursum corruptio ligni, aut hominis, etiam si violenter fingas ab activo, naturalis est, ex parte materiae ex natura sua omnem excipit formam. Ex parte vero finis dicit fuisse protoplasto naturalem immortalitatem quodammodo: quia corpus protoplasti donatum est à Deo immortalitate: quia illa dispositio congruebat suae formae, scilicet, animae immortalis, & forma est finis materiae, & anima corporis. Vnde iuxta hanc rationem Thomae consequi videtur resurrectionem sub hac consideratione quodammodo appellandam naturalem, quia per eam restituitur homo ad illam immortalitatem, quam peccato per se amiserat: quae immortalitas erat sibi suo modo naturalis ut ex ponebat. Scotus vero. q. 4. illam vocat naturalem, id est violentam.

An resurrectio quodam modo sit appellanda naturalis.

¶ At vero si tum ex Thom. erat naturalis ratione animae rationalis, eadem ratione & modo, quia in resurrectione dabitur immortalitas corporibus, quae erit congruens dispositio corporibus ratione animarum immortalium. Verum hic sermo non est proprius. Namque si fas est ita loqui, diceret quispiam fidem charitatem spem, & infusas alias virtutes esse animae rationali naturales, quia naturae illius congruunt ad finem eternum consequendum. Congruerat sane Adae corpori immortalitas, verum non erat inclinatio naturalis animae rationalis ad corpus immortale, sed ad corpus, aliis violenter esset modo formans corpus mortale. ¶ Non diffiteor tamen animae inclinationem esse vitam ducere in corpore perpetuam, & fugere corporis mortem, Paulo testate. 2. Cor. 5. Nolumus spoliari sed superuectiri. Ceterum hoc commune est cunctis rebus bonum appetere, & seruare semper suam incolumitatem. ¶ Proprie igitur si sermo vertatur resurrectio est supra naturam hominis & anima rationalis naturaliter non appetit, id quod superat facultatem totius naturae, quia temere appetisset: tale est re-

surrectio corporum. ¶ Et equidem animas damnatas difficile creditu si dixeris appetere resurrectionem suorum corporum, scientes resurrectionem suorum corporum, illic futuram magis exitialem, & supplicia geminaturam, si verò esset naturalis illius appetentia, omnibus animabus esset communis. Si verò resurrectionem animae sanctae desiderant hoc desiderium gratiae est, non naturalis inclinationis, sicut enim dono Dei resumpturas esse corpora longe felicissima. Quod verò August. saepe inquit lib. 6. de gene. ad literam. c. 12. & 15. animam appetere corpus naturaliter, sane verum est, quia nolumus spoliari sed superuectiri, & corporis mortem fugimus: forsitan obstrepes, quid ergo si naturaliter appetimus semper viuere, & hoc non possumus assequi ex facultate naturae, quid mirum est si anima separata resurrectionem sui appetat corporis, quam alioqui, ex naturae viribus adipisci nequit: natura igitur rerum appetit quod est sibi per naturam consequi impossibile. Respondebis, neque hominem, neque animalia, aut quaeuis alia corruptibilia absolute appetere a tergo viuere, quia iste appetitus esset frustra, & ideo naturalis non est, quia Deus & natura nihil faciunt frustra: at verò appetunt sub conditione esse perpetuo si possent & fugiunt aduersantia sibi vniuersa, quantum vires propriae ferunt. Vnde nihil incommodi duxeris esse, animas etiam separatas sub hac conditione naturaliter amare reuiuiscere sua corpora, si illud possibile illis fuisset ex naturali facultate. Ita que hic appetitus naturalis illarum, & omnium rerum sub sole, subsistere perpetuo conditionatus est non absolutus.

¶ Tertia conclusio, resurrectio mortuorum est fide tenenda catholica. Haec conclusio est fidei orthodoxae articulus, quae vtriusque instrumenti pagina proclamat, & Mag. probat fuisse in litera: illa chorus sanctorum doctorum fatetur. Extant loci Daniel. 12. Ezechi. 37. Esa. 26. Oseas. 6. Matth. 22. Luc. 20. 1. Cor. 15. & superuacuum esset in aggregandis testimonijs trahere moras, quia tota scriptura sibi concinit, & tota nobis proclamat venturam mortuorum resurrectionem.

¶ Quarta conclusio, resurrectio mortuorum futura est in eisdem corporibus, quae per mortem sunt deserta ab animabus humanis

Resurrectio est supra naturalem appetitum.

2. Cor. 5.

1. Thim. 2.

manis. & nō in alienis corporibus. Hæc itidem est fidei dogma contra Euthicū hæreticum, hoc inficiatē. Fatebatur enim resurrectionē, at in corpore inuisibili, nō visibili & palpabili quale est corpus humanū. Cæterū hæc hæresis stulta maxime est, liquidem legimus Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit, vado vt suscitē eum igitur is ipse suscitatus est à Domino, qui dormierat Lazarus. Et dominus Lazarū qui obierat vocauit à monumento fœtidum, vt suscitaret eum ad vitam dicens, Lazare veni foras. Et puellę ait, puella tibi dico surge, & suscitatus adolescens resedit, is ipse qui fuerat mortuus. Et voce illa, quę tonabit ad finale iudicium, surgite mortui ad iudicium non alios suscitabit Christus quam eos, qui mortui erant. Et equidem est ignorare vocem vocabuli dicere in alienis corporib⁹ futurā resurrectionem, & non in proprijs: siquidē cum sint corpus & anima due partes principales & essentielles hominis, quacūque demutata, iam non est idem homo, qui erat. Etenim si alia esset anima rationalis in resurrectione, iam non resurgebat idē homo, itemque si aliud esset corpus. Quo circa quacūque harum demutata parte, iā non est resurrectio: quippe resurrectio est mortui ad vitam reditio. Si verò non id, quod mortuum est, vt Petri corpus redit ad vitam, sed aliud corpus Petrus non resurgit, sed aliud corpus, quod resurgit, quod etiā si obtineat anima Petri, nō est Petrus. Et age si hoc corpus S. Petri verbi causa non resurget, quid erit de corpore hoc? Manebit dices in suis cineribus, aut resolutum in terram perpetuo, cur ergo assumet aliud corpus in resurrectione Petrus gloriosum & non suum, & propriū manebit conuersum in terram? Nunquid diuinę iustitię libramen sustinebit, vt corpus, quod propter Christi gloriā cruci fuit appensum & alias calamitates vsq; ad crucis mortem pertulit, hoc ingloriū in pulueres redigatur, & corpus quod nihil pertulit pro Christi gloria illud gloria immensa donetur? non existimo. Neque locus Pauli ad Corinth. 15, seminatur animale, surget autē spirituale, allipulatur Eutichio: quippe Paulus non dixit se

st. Bertrud. 2  
- an. et. q. 1. 2  
- qu. in. 1. 2  
- in. 1. 2

1. 2. 3.

Quid sit resurrectio.

Si resurgata  
lind corpus  
nō est resurrectio.

Locus Pauli exponitur.

nicem pugnant, quod sit corpus & sit spirituale, Vtique pugnant, si spirituale idem significaret, quod incorporeum, vt apud philosophos vsurpatur subst. aia spiritualis: at vero Paulus secundum eam rationem vsurpat, secundum quam in eadē epistola cap. 2. distinxerat animale hominem ab spirituali, dicens illam non sapere quę Dei sunt, spirituale autē omnia iudicare: quid est quod hominem vocat spirituale? nunquid quia est homo aliquis incorporeus? nō vtique, nullus nā que est homo idēalis, vt fingebat Plato, sed ex animo intento ad spiritualia, vocatur spiritualis: ita propemodum, quia corpora sanctorum sunt leuanda ad æthereas sedes in consortio spirituum beatorum. Ideo non ab respiritualia dicuntur: quia subducta à sublunari conuersatione, ad cœlestem sanctorum spirituum societatem sunt transferenda. Preui dit hanc fidei veritatem Iob ille, qui fuit ante Moysen, & prophetas Iudæorum. Scio inquit, quod redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, quem visurus sum ego ipse & non alius, & oculi mei conspecturi sunt, &c. quę verba clarissime enunciant catholicam veritatē. Sunt autem qui hoc testimonium alio de torqueant, iuxta hebraicam translationē vt sensus sit, in carne mea videbo saluatorem meum: id est ex vexatione meę carnis, quādo ariditate, & vlcibus me premet, intelligam Deum esse autorem huius calamitatis, quā patior. Et non legunt scio quod redemptor meus viuit, sed quod iudex meus viuit. At vero translatio vulgata est cui fidendum est, & iuxta illam promptum est testimonium venturę resurrectionis.

Spirituale a. pud theolo. gos nō significat se per substantiā incorpoream.

Locus Iob ponitur

videtur in Iob. 19. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

Quinta conclusio, futura est yniuersalis resurrectio omnium hominum siue sanctorum, siue peccatorum, siue adultorum siue paruulorum, siue fideiū, siue infidelium. Hanc conclusionem locus aposto. probat Pauli. 1. Corinth. 15. Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur: igitur omnes mortui resurgent, quāuis non omnes resurgent ad gloriam cœlestem, id quod vocat immutationem, vt apud Iob. 14. cunctis diebus, quibus milito expecto donec veniet immutatio mea, at dices locus hic aliter legitur omnes qui dem

5. Conclusio.

Varia lect. Pauli var. in exit de resurrectione quorundam sententia

dem dormiemus, &c. & secunda hanc lectionem non dicit, omnes surrecturos, sed omnes morituros quamuis non omnes euigilatos ad vitam beatam: at hinc non colligitur generalis resurrectio omnium.

¶ Porro est locus alter sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur. 1. Corinth. 15. sed neque locus de resurrectione generali loquitur, ut videtur, sed solum de vita spiritali, quam etiam si non omnes consequantur, ceterum quotquot spiritaliter uiuificantur, in Christo seu per Christi sanguinem uiuificantur, at ecclesia confitetur in confessione symboli Athanasij omnes quidem resurgent cum corporibus suis. Et idem extra de summa trini. & fide. catho. cap. firmiter. Et quidem haec res non est confessio theologis uetustioribus, quamuis recentioribus non ita controuersa: siquidem non est modica litigatio si tum omnes morientur quotquot assumendi sunt illo die ad aeternas reportandas coronas. Quia de impijs, qui deuoluendi sunt ad extrema supplicia non reuocatur in dubium apud commemoratos illos postquam mortui fuerint esse deturbandos ad tartara, & quod exci-tauit. Et locus commemoratus Pauli multifariam legitur: nam apud Graecos diuersa est lectio a nostra lectione. Chrysostomus enim homi. in priorem ad Corinth. 42. legit omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur, quae quidem est contraria vulgatae lectioni: creditque non omnes esse tum morituros, sed quosdam sine mortis dispendio incorruptibilitate esse donandos ad vitam aeternam. Haecque lectionem amplectuntur Graeci non pauci, ut Theodorus, Diodorus, Appollinarius, Theodoretus, Theophrastus, Oecumenius. At uero non hoc omnibus arrisit dogma, neque lectio haec est omnibus probata autoribus sed aliam sequuntur lectionem, a vulgata etiam differentem, omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur. Vnde secunda hanc lectionem, omnes homines morientur & tunc resurgent, ut Origenes in tertio volumine epistolae Pauli ad Thessa. exponens illud Nos, qui uiuimus, qui residui sumus & Acacius, Didymus Alexandrinus. Ex Latinis uero Ambrosius ibidem & Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei c. 20. omnes tum resurrecturos affirmantem tuetur senten-

tiam. Quamquam Augustinus lib. quaestio. ad Dulcitium q. 3. satis se torquet super questione hac ubi docet se aliquando erredidisse, quod Graecis commemoratis fuit persuasum, quosdam rapiendos ad immortalem vitam sine mortis detrimento: at uero ut hanc habuisset sententiam, illud Pauli admonebat. Nos qui uiuimus, qui residui sumus rapiemur. Locus uero alter dissuadebat, stulte quod seminat non uiuificatur, nisi prius moriatur: igitur uiuificandi omnes, prius mortem gustabunt, quae uiuificentur, at quia confessio fidei docet iudicaturam dominum, & uiuos, & mortuos, uidebatur etiam illi quod Graeci autumant esse probabile, qui obiecto Augustinus respondet ipse ad Laurentium scribens confessionem fidei esse intelligendam, iustos, & peccatores Dominum iudicaturam: libro uero 2. de baptismo paruulorum a Gregoriano placito discedens locum Pauli, qui uidetur fauorabilis Graecis intellexit uiuos tunc, quos repererit dies ille, morte esse assumendos, at repentina & cito transiente morte, in ipsoque raptu mortem obibunt, quando rapiuntur in aera obuiam Christo: itidem & Ambrosius testatur. Ideoque appellantur uiui, quia repentina mors erit illa, seu subito illos tantum afficiens. & non diuturna qualis est nostra.

¶ Ceterum Augustinus ex Pauli loco commemorato, sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificantur lib. 20. de ciuitate Dei praedicatione colligit homines omnes esse resurrecturos, ut sit hic sensus, ut peccatum a deo fuit causa generalis mortis humani generis, ita uirtus Christi, est causa resurrectionis omnium. At uero Paulus opponit malo mortis ex Adamo, deriuata in omne genus humanum, bonum uero quod ex Christi gratia humano generi est donatum. Uero resurrectio illa, tamen infantis erit decora, & uilis, at impijs erit noxia, & fastidiosa. Hieronymus epistola ad Minerium, & Alexandrum varias fuisse lectiones huius loci Pauli etiam indicat: unde de clare patet in uetustissimis exemplaribus id temporis uariam fuisse lectionem huius loci. Quae ex re fit necesse, esse translationem aliquam probatam esse, ex autoritate ecclesiae, cui sit fidendum, quando quidem exemplaria ut uides Graecanica non semper sibi consonant. Sunt igitur tres lectio

Aug. scrupuloso. in q. de resurrectione.

de deo

Necesse est ab ecclesia probata & lectio esse translationem aliquam probatam esse, ex autoritate ecclesiae, cui sit fidendum, quando quidem exemplaria ut uides Graecanica non semper sibi consonant.

ale a: ceolo. signifi er sub incor-

siober ur

108. 109. 110. 111. 112.

Varia lectio Pauli uariarum exit de re in re lectione quorundam sententias.

conclusio.

lectiones Paulini loci, altera est vulgata, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et haec lectio huic habet sensum bonos & malos excitandos tū a morte, dispari tamen exitu: nam mali non immutabuntur in melius, sed impius: at vero boni in melius immutabuntur, & ideo hos solos Paulus dicit immutandos, quia horum immutatio est Deo grata quia sanctorum, quorum tūm maxima erit ratio. Secunda lectio est, omnes nō dormiemus, at omnes immutabimur, hoc est, non omnes iusti morientur, vt resurgant, quia qui viui tum reperientur, viui rapiuntur in aera obuiam Christo.

Tertia est, omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur, id est, vniuersi iusti, & iniusti tunc morientur, verū ex mortuis non omnes surgent, ad beatā vitam. Et haec lectio contentire videtur cum vulgata, at non aperte: quia vulgata expresse tradit omnes suscitandos, vnde conficitur omnes morituros, at vero haec lectio expresse docet omnes morituros, non tamen surrecturos, Chrysostomo, & alijs credentibus non omnes morituros. In obuiam locus Pauli, statutum est omnibus hominibus semel mori, & ille, stipendia peccati mors, & ille alter omnes morimur, & sicut aqua dilabimur super terram, & rursum ad Rom. 8. Mors in omnes homines pertransit, & rursum quod seminat, &c. Porro autem Augusti. lib. de ecclesiasticis dogmat. cap. 7. huius disputationis nouam partem esse ex fide certantē esse. Neque morietur quod liber hic non habet auctoritatem irrefragabilem ex Augustino, quia multis creditur non habuisse auctorem Augustinum, sed Genadium: quisquis tamen fuit libri autor ex vna ecclesiasticorum probatus est liber. Et D. Tho. idem sapit. cōm. ad Pa. 1. Corint. 15. loc. 10. & loc. Ezech. 37. multi ex ijs qui in puluere dormiunt euigilabunt, susfragati videtur, quia non ait omnes, sed multi, est phrasia scripturae sub voce multi intelligit sepe omnes. Et causa huius rei prompta est, quia veritate auctoritate ecclesiastica doctoribus vixit pars negatiua quaestionis non omnes fore excitandos a mortuis cineribus, alijs etiam dissentientibus, & reshucusque non est decreta tantum de fide. Quod vero loci cōmemorati videtur in uera ex Paulo resurrexio

nem generalem nemine excepto futurā, non conuincit, quia generaliter loquitur Paulus, & ipse excepisse videtur ab illa generalitate mortis, illos, qui tunc sub iudicij diem viui reperientur, dicens. Deinde nos qui viuimus, qui relinquitur rapiemur cum illis obuiam Christo. Quid quod non obstate verbo illo Pauli, statutum est omnibus hominibus semel mori, scimus plerisque mortuos suscitatos, a domino, & a sanctis, qui bis sunt alioqui mortui, vt Lazarus, & filius viduae, &c. vt ergo isti pauci non falsificent verbum generale Pauli, ita quoque pauci illi, qui tum reperientur viui quādo dominus ad iudicandum venerit quos recte paucos dixeris referendo illos ad immentam multitudinem ab exordio mundi mortuorum vsque tunc, resurgent, nihil detrahūt veritati, huius omnes resurgemus & symbolice fidei confessioni: idem tradenti cum capitulo praenotato de summa. trini. & sic catho. Vt etiam non obstante verbo Pauli ad Rom. 6. peccatum in omnes transit, pie credit ecclesia virginem sanctam, exceptem fuisse peccati originalis. Quippe prerogatiua paucorum legi vniuersali non officit. Quid quod verum est etiam verbum omnes morientur, si debitum cōsideras, quia debitum mori dī, est naturale omnibus viuentibus sub caelo at vero, qui tum praeseruantur a morte, vt Graeci volunt auctores, praeseruantur gratis erit suspendentis debitum. Quod si te sollicitat Pauli verbum assipulas Graecis doctoribus. Nos qui viuimus, &c. dicit Paulus sub persona sua expressisse personas viuentium id temporis, quādo dies iudicij aduertabit & docet illos tunc rapiendos obuiam Christo, quia tametsi mortem obibūt, at occysimā mortem obibunt, vt sit penē insensibilis. Hi ergo nō trahent moras in sepulchris, vt alij qui praecesserūt mortuis at continuo a morte resurgent. Et hoc subnotare volens Paulus dixit rapiendos, non vt negaret illos morituros. Et est familiare Paulo hoc tropo loquendi vt, vt quando ait, Haec autem fratres transfigurati in me, & Apollo propter os. 2. Corinth. 4. Tandem dixerim vulgatiōrem sententiā theologorum cui tandem haesit Augusti. omnes tum esse morituros, & resurrecturos, tam pios omnes, quā impios, nisi quod pii tum iuētes continuo a morte

Augusti. 2. Cor. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Heb. 9. R. o. 6. 2. 1. 2. 3. 4.

de d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Pauli locus excutitur.

officiis suis... etiam... etiam... etiam...

Opinio d. mortuos surrectur. & viuos morituros giscit cōtanea Ecc. sic.

Resurrect. antropoph. gorum pecc. le fortitur d. ficultatem

Opinio dicitur  
mortuos oēs  
surrecturos  
& viuos oēs  
morituros ma  
gis est cōsen  
tanea Eccle  
sia.

à morte resurgent ad palmas, impij verò etiam continuo resurgent vt detrudantur ad pœnas tartareas, quia tunc mora non erit diutior. Cæterum omnes resurgent iuxta Apostoli vulgatâ lectionē, omnes resurgemus. Et huic dogmati magis consonat communis assertio Ecclesię, quæ supra repetita est. Et siquidem probata est iam lectio vulgata Pauli à Conci. Tridē. videtur iam acquiescendum esse communi dogmati Theologorum.

¶ Argumenta autem, quæ proposuimus soluere restat. Primo, dices Aristotelem non demonstrasse mundi æternitatem, sed probabilibus solum rationibus remegisse. Et fides certior est quam omnis humana ratio, ideoque satius est credere mortuos resurrecturos omnes, quam mundi æternitatem credere; quippe hoc homines probarunt, & non sufficienter, illud verò diuina pronuntiat autoritas.

¶ Secundo, dices Aristot. recte dixisse, corrupta eadem numero non posse reproduci, quia naturæ facultas istud non potest, vt sub hæc disputabitur, at verò diuina potestas non arctatur legibus naturæ, quia Deus, qui est autor naturæ est dominus eius, ideoque naturam voluet pro suo placito. ¶ Tertio, dices corpora humana futura tunc immortalia, Paulo testante, surget in incorruptione: at verò ista incorruptio vel immortalitas in corporibus sanctorum erit ex dote impassibilitatis illis elargita, non ex natura corporum, corporibus autem damnatorum aliud accedet immortalitas, vel quia ex lum sua quiete finem imposuit generationibus, & corruptionibus, vel alia vt post hæc dissetur. Et quauis materia est appetens nouam formam, at verò tunc cessabit materiæ iste appetitus, quia vicissitudo generationum, & corruptionum id temporis cessabit.

¶ Quarto, respondebis resurrectionē antropophagorum, non impediri ex eo quod veltatur humanis carnibus. Vnde aduertendum carnē & ossa que comeduntur alicuius hominis, &c. in eo esse resurrectura cui sunt necessaria magis. ¶ Et enim si Petro verbi gratia, caro Pauli ex qua passus est, sibi necessaria est ad suum esse indiuiduale, at Paulo non est necessaria ad suum esse indiuiduale, sed forte est illi superflua, quia erat valde obesus, vn-

de & caro illa, vel sanguis ille, non erat sibi necessarius. At quia ossa sunt omnibus necessaria ad perfectionem sui indiuidualis esse, vt cartilagine, & membra, vt manus, pedes, caput, oculi, &c. si quis ex illis passus est, & illa sunt sibi necessaria ad suum indiuiduale esse, vt etiam erant illi ex cuius ossibus ipse passus est, resurgent quidem hæc in priori, quippe meliori iure illa sibi vendicat.

¶ Quod si dixeris, quid ergo si ille prior dānabitur, nunquid ab electo verbi causa, detrahet Deus hæc ossa, & cartilagine, & alia membra, vt illa impartiat damnando, ¶ At hoc nihil est formidabile dictu, siquidem si ab electo illa Deo detraherit, supplebit illa aliunde, vt vndecunque perfectus resurgat.

¶ Hoc nanque necessario fatendum est in infantibus, qui à partu pereunt, resurgent ad quantitatem virilem, Deo quidem, quod deest, supplente: quod enim ex repetitis alimentis si viuere erat augendum, idem Deus poterit facere citra alimentum. Superfluum autem indiuidui duplex est, aliud quod est superfluum indiuidui & necessarium specie, tale est humanum, vel quod in alueris aliud semē; aliud verò est quod prorsus est superfluum, & istud non resurget, in indiuiduo cuius est superfluum & forsan neq; in alio. Quod verò est primo modo superfluum resurget in genito, non in generante. Quod si illud semē coallitū fuerit ex humanæ carnis partu, adhuc non resurget in eo, cuius erant carnes pascentes, neque in generante, sed in genito, quia est semen fundamentum humanæ substantiæ, ideo semper materia illa surget in genito, vt costa Adami in Eua.

¶ Argumento sexto, dicitur si Philosophorum verisimile placitum, animæ illa separata, vt non dependent à corporibus, in suo esse, ita neque in beatitudine, vnde animæ illæ non sperant iuxta hos resurrectionē suorum corporum, quia aduertunt illam esse sibi impossibilem secundum vires naturæ, vt supra disertum est. ¶ Si vero catholicè remegeris dixerim beatitudinem essentialem animarum non pendere à corporis contubernio, vt neque illarum esset accidentaria beatitudo ex corporali pendet consortio, quia tunc sedabitur appetitus ad corporis societatem. Animæ nanque sanctæ illæ optimè norunt Deo reuelante futuram

millis. N  
omni V. apud V  
1117

Infantes qui  
à partu pere  
unt, vel ante  
partum quo  
modo resur  
gent.

Philosophi  
de animæ se  
paratæ statu.

Resurrectio  
antropophag  
orum specia  
le fortitur dif  
ficultatem

Resurrectio  
antropophag  
orum specia  
le fortitur dif  
ficultatem

Resurrectio  
antropophag  
orum specia  
le fortitur dif  
ficultatem

Refellit  
Paulus Vene-  
tus.

curam corporum suorum resurrectionem  
ideoque illam expectant: & ille appeti-  
tus ad corporum societatem est quodamo-  
do naturalis supposita: revolutione quod  
futura sit resurrectio. ¶ Fuit Paulus Vene-  
netus com. ad 2. lib. de genera cor. & text.  
vlti. qui non formidauit paradoxum in-  
trudere dogma, resurrectione posse pro-  
bari ratione naturali. Primo ex hoc quod  
modo dicebamus, appetentiã animæ ad  
corpora sua esse naturalem, at desideriu  
naturale non potest esse frustra. Quod ve-  
ro desideret, patet ex co. 2. Meta: quippe  
omnes homines desiderant viuere sem-  
per, non solum secundum speciem, sed et-  
iam secundum indiuiduum: quia maxi-  
me defugiunt mortem. At vero si hæc ra-  
tio colligeret, ego etiam probarem ex ea-  
dem bruta esse resurrectura, quia bruta et-  
iam indiuiduam amant vitam summope-  
re, & vellēt semper viuere, quia maximo  
pere defugiunt mortem. ¶ Secundum ar-  
gumentum eius est, quia homo naturali-  
ter appetit beatitudinem, sed beatitudo  
non potest esse nisi sempiterna, igitur ho-  
mo appetit aliquam perfectionem sempi-  
ternam, alias non esset beatitudo. ¶ Ve-  
rum hæc ratio itidem infirma est, siquidẽ  
homo appetit beatitudinem naturaliter,  
quam potest habere naturaliter: quia ap-  
petitus naturalis, nõ se extendit ad super-  
naturalia, quia frustra esset: vnde Aristot.  
10. Ethic. beatitudinem quandã docuit  
hominis naturalem. Quod si donamus a-  
pud Aristot. animas esse immortales, illa  
appetunt, quam possunt habere, & quia  
resurrectio per naturam est impossibilis,  
erunt secundum Aristot. beata, sine con-  
suetudine corporum, imo vt dixit Porphyri-  
corpora illis nõ sunt necessaria, vt supra  
est commemoratum. Ad hanc rationem  
eluceret argumentum Philosophi. ¶ Sed  
neque tertium argum. viribus pollet, hu-  
mana inquit natura habet aliquem finẽ,  
quo adeptõ quiescat ab omni alio motu  
versus perfectionem: igitur, cum hic finis  
non potest consequi citra resurrectionem,  
igitur, &c. Probat antecedens quia bruta  
habent suos fines, item elementa, ergo &  
homo. Porro autem facile illi diceretur,  
hominem appetere naturaliter finẽ, quẽ  
potest ex sua natura, qui est contempla-  
tio diuinorum. 10. Ethic. quo adeptõ quie-  
scit ea ratione, quã potest naturaliter quie-

scere. Aliter autem argumentum proba-  
ret hominem ex viribus nature esse bea-  
tum beatitudine supernaturali, quod est  
hæresis Pelagiana. ¶ Sed neque quartum  
argumentum est multifaciendum. Natu-  
ra ait, humana habet sibi finẽ proprium,  
igitur saltem in aliquo indiuiduo debet  
hunc finem adipisci, alias esset frustra, fi-  
nis ille, igitur cum huiusmodi fine nul-  
lus poterit potiri in vita hac ob eius mise-  
rias conficitur in altera esse consequen-  
dum. Et cum hunc finem sola anima non  
potest consequi, quia totus homo non est  
anima, igitur resurrectio mortuorum est  
confitenda. ¶ Et hoc argumentum labo-  
rat itidem, vt reliqua, quia, vt sæpe dixi-  
mus, secundum Aristot. finis hominis est  
contemplatio diuina, & hanc potest ho-  
mo assequi ex puris naturalibus, quia est  
sola contemplatio eorum, quæ lumen natu-  
rale demonstrat. Hunc igitur finẽ ho-  
mo assequitur, quoad licet, sibi ex natu-  
ra sua. ¶ Et post mortem anima purius illo  
fruetur diceret Aristot. & Plato corpus di-  
xit esse carcerem animæ, igitur, nõ est ne-  
cessarius secundum illum carcer hic ad bea-  
titudinem. ¶ Imo colligã contra Paulũ, si  
beatitudo supernaturalis est hominis fi-  
nis naturalis, igitur homo ex natura sua il-  
lam consequi potest: & si hæc beatitudo  
eget resurrectione corporum, naturaliter  
igitur surgent corpora. Probo consequen-  
tiã, quia, vt anima consequatur, vel vt ho-  
mo adipiscatur finẽ suũ naturalem, necesse  
est vt corpus resurgat, vt tu ais. ¶ Præter  
hec colligit, 7. actiones sunt suppositorũ  
igitur recte operari est totius, & male age-  
re est totius hominis, at vero iustũ est, quod  
sanctæ actiones reportet præmia, vt flagi-  
tia supplicia: at in vita hac videmus im-  
pios sepe flores, & pios depressos, igitur  
absoluta vita temporalis speranda est retribu-  
tio æterna. ¶ Verũ hæc ratio elucetur à  
Philosophis dicentibus, sat esse quod ani-  
ma beatur beatitudine ex natura sibi pos-  
sibili, & quauis totum est quod agit, ve-  
rum anima est principium actionis bonæ  
vel malæ, resurrectioque corporis fugit  
naturam, ideo non est necessaria animæ  
beandæ, vt Porphy. dixit, vnde Plato iu-  
dices introduxit animatum, apud inferos  
Minorem, & Radamantũ & Aëacũ, &c.  
Quod si adhuc insistis, anima est forma  
corporis, igitur poterit vniri corpori post  
separatio

sup. actio  
vlti. qui non  
formidauit  
paradoxum  
intrudere  
dogma

Philosophi  
dicentibus  
sat esse quod  
anima beatur  
beatitudine  
ex natura  
sibi possibili

Solutio  
Pauli Veneti  
argumenta.

Argum. 7.

Indice an-  
tomorum in al-  
tero seculo se-  
cũdũ Platonẽ

Arg. 7.

Arg. 7.

Arg. 7.

Arg. 7.

separationem, diceret philosophus anima non repugnat uniri ex potentia logica, non tamen physica potentia. Iam vero esse resurrectionem supernaturalem ex his constare arbitror, & quia articulus fidei. Neque Paulus probe eluit argumentum Deum esse, esse articulum fidei, & nihilominus probari posse ratione naturali, siquidem Deum esse non est articulus fidei, sed est praeambulum ad fidem. Quocirca eneruis est Pauli Veneti collatio. ¶ Septimo argumento respō. corruptibile & incorruptibile differre genere, quādo est incorruptibilitas nativa ut corpus caeleste differt genere a corpore elementario: at vero corpora resurgentiū non ex natura sua vendicabunt sibi incorruptibilitatem, sed ex alia causa, ut supra dictum est.

Arg. 7.

DISPUTATIO  
SECUNDA.

An corruptū redire idem numero possit.

Arg. 1.



**T**VIDEBITUR forsitan alicui hoc fieri non posse, Etenim quando brutum moritur fit resolutio usque ad materiam primam, sed quando homo moritur fit etiam resolutio usque ad materiam primam, quia corrumpitur prorsus anima substantialis, sensitiva, & ite platalis, igitur sicut brutum non potest idē suscitari, quia corrupta fuit illius forma substantialis, neque etiam homo suscitari poterit idē numero quia forma illius utriusque platalis, & sensitiva sunt prorsus corruptae. ¶ Secundo si idem numero surgat quod suscitatur cum corrupto, aut per eandem mutationem, aut per aliam. Non per eandem: quippe mutatio praeterita iam non potest redire, ut neque motus, aut tempus. Quod si per aliam, igitur non erit idem: quia quod per aliam mutationem fit non est idem. Nam diversa mutatio diversum terminum habet. ¶ Phy. tex. com. 35. ¶ Tertio si idem reuertitur numero, aut naturaliter, aut violenter. Non naturaliter: quia resurrectio non est naturalis, siquidem in materia non est potentia ad formam postquam illa corrupta

Arg. 2.

Arg. 3.

est. ¶ Physi. docente commentatore potentia materia cessare tunc ad formam elapsam adueniente noua & si materia iam non est in potentia ad illam, neque est potentia actiua naturalis, quae educationem formae corruptae de potentia materiae prestare possit. Sed neque violēta erit reditio haec, siquidem. 1. caeli nullū violentū est perpetuum: resurrectio erit perpetua: igitur non erit violenta. ¶ Indiuersum est fides catholica docens resurrectionē esse eundem, quod mortuū fuerat reuiuiscētia, ut Damascē. 4. de fide docet. ¶ Disputatio haec non solum est Theologis controuersa, quin etiam & philosophis. Siquidem Stoicum fuit dogma, cuius quaestio ne praeterita mentionem fecimus. Et Simplicius com. ad. 5. Physi. illud refert tandem post expletū annū magnū, homines esse futuros eosdem qui fuerant prius, nisi quod erūt in alio mūdo. Ut qui Indos ex Hispania, vel aliunde petūt iidē sunt, qui fuerāt apud Hispanos, vel apud alios, nisi quod iam sunt in altero orbe. Hoc autē dogma ab Astrologis refellitur ne dū a catholicis, quia post illā maximā octauē sphaerae reuolutionē, non erit reuersio ad eandem puncta unde in principio motū suū cepit, scilicet, non erit regressio ad primū punctū arietis unde exordiū accepit motus superiorū corporū secundū Ptolemeum & iuxta calculū tabularū Alfonsinarum. ¶ Igitur si non erit idē motus, qui fuit, neque eandem dispositio caelestis, impossibile est quod corrupta reuiuiscant tunc eandem numero quae fuerūt. Quia si dispositio caelestis seu cōstellatio est diuersa, diuersa erunt, quae producuntur. Quid quod Thebit negat in. 36. millibus annorū motū octauī orbis cōpleri, imō secundū calculū suū explebitur in. 49. millibus annorum. ¶ Praeterea quia motus caelestes deferētū encetricorū, & concentricorū, & epiciclorū sunt varij motus, & incōmensurabiles, igitur nō poterit fieri, quod cēlū ad eundem numero aspectū, vel cōstellationē eandem regrediatur. ¶ Quāobrē Ptole. in principio quadripartiti omnino negat fieri posse, ut una eandēque cōstellatio recurat, quae praecesserat. ¶ Scotus autem hac dist. 9. 3. lectatus Richar. placitū. dist. hac q. 1. soluentis. 6. argumentum censet corruptū aliquod per vim naturę reproduci posse idē numero, quod erat, unde noni-

Arg. in contrarium,

Carpitur dogma stoicum

motus V  
non est  
Caelum non  
potest regredi ad eundem numero aspectum & ad eandem numero cōstellationem.

hil symbolizat Scotus cū dogmate stoico etia si nō quoad omnia. ¶ Probat aut hoc placitū ex multis. i. indicans Arist. 8. Metaphy. tex. 12. si agens idē, & materia eadē effectus idē: at fieri potest, quod post corruptionē ignis verbi causa; materia ignis eadē persistat numero, & agens idem ergo applicato agente ad illam eandem materiam qui reproductetur ignis, erit idē Nam fac in vase vitrario vitreo ignē fuif se genitum à sole in stupa ibidē contenta, & quod intra vas extinguitur ignis ille recenta tamen inibi materia, si rursus applicetur vas illud soli, reproductetur ignis, qui erat, quippe Sol idem numero, qui prior, & materia eadē, ergo ignis idē numero. Et augetur ratio hæc, quia fac ignem cōmemoratu in produci cōtinuo à sole in. a. & in. b. & in. c. instantibus, ignis productus in vltimo instanti est idē qui in primo: at ignis qui in primo nō dependet in sua existentia ab igne, qui in. 2. vel in. 3. instanti producitur igitur, etiam si continuatio nulla esset ignis, qui in. c. instanti potest esse idem atq; ille qui erat in. a. ¶ Ad hæc perinde sese habet res ante generationē suam, atq; post suā corruptionē, quia illis tēporibus nō est ens: igitur, vt antequā esset res p. ducitur hæc res, ita post quā corrupta est potest reproduci hæc eadē res. ¶ Porro Scotus lōge lateq; discessit à peripatetico tramite Arist. nā que Phy. 5. text. 37. ad numericā vnitatē actionis subiectū dixit esse, necesse esse vnum, & tēpus continuū, & motū habere eadē speciē. Vnde dixit cognitionē, quæ est ante obliuionē, & quæ est post obliuionē: videlicet, recordationē, nō esse idē quia nō est tēpus continuū inter vtrūque scilicet, cognitionē vel scientiā primā, & recordationē, nā media inter has est obliuio. Inde q; colligit corruptū semel idē redire non posse, quippe inter primū quod erat, & quod reproductitur, media est corruptio. ¶ Quāobrē continuatio actionis necessaria ad vnitatem numeralem rei producendæ secundū Arist. Observabis autē temporis continuitatē non esse de essentiā rei producendæ, at esse de essentiā actionis productiua: quippe hæc actio cū sit tēporalis & continua oportet esse pendentē ex tēpore cōtinuo. Quos si actio est diuersa necesse est motū esse diuersum, & productū esse diuersum. Neq;

poterit Scotus negare lumē hodiernū, & hesternū esse duo lumina, & nō aliunde, nisi ex temporis diuersitate, vt negare ne quibit visionē. a. albi hodiernā, & visionē eiusdē albi crastinā esse duas visiones, solū ex diuersitate instantiū, quibus illæ duæ visiones producuntur: quādoquidē obiectū idē numero est, videlicet, a. albū, & potentia eadē, & fac mediū esse idē, quāuis vnitatis mediū nō est necessaria, quippe fieri potest visionē. a. albi continuari per horā, nō obstante quod aer variaretur in sensibilibus. ¶ Rursum expende aliā esse cōsiderationem rei, vt est sub productione, aliam, vt est iam producta. Enimvero, vt est in produci variatio temporis illam variat, vt ignis si erat producendus ab. a. agente, & hoc fuit impeditum quominus produceretur ab illo in. b. lignum, si alius ignis accedat, vt producat, iam nō erit productus is ipse, qui erat producendus, quia variatum fuit, agens & tēpus, imo si idem agens applicaretur eidem ligno citra impedimentū in alio instanti tū alius ignis produceretur, quia in altero instanti alia esset actio, ideo aliud ageretur. Et quāquā temporis diuersitas diuersam pariat actionē, at identitas eiusdē, nō satis est identitati actionis. Possunt nanq; duo ignes eodē instanti admoueri eidē ligno, & nō erit idē ignis productus ab illis, si admouetur vt duo ignes, & nō tanquā vnus. ¶ Rei porro iam productæ nō officit diuersitas instantiū. Etenim puer qui nascitur septimo mēse idē est atq; si nasceretur nono mēse, siquidē diuersitas ista mensū accidit rei productæ. Non enim puer per natiuitatē capit esse, sed per cōceptionē. Gemelli autē, qui simul eodem instanti cōcipiuntur nō ob eadē causam sunt idem, quippe cū temporis vnitatis, est materia diuersa, quia menstrū est materia cōceptionis. 8. Meta. tex. 13. at quilibet gemellus propriā habet materiā, propriāq; causam efficientem. Nā etsi pater vnus sit siue infundens semē, at verò sperma est causa efficiens conceptionem iuxta Arist. loco indicato, & sperma vtriusque est numero distinctum. Et necesse quoque est actionem esse diuersam, quippe in vasa vuluæ duo tunc infundit spermata mas ipse duplici infusione si duo sint gemelli. Et quidē Arist. nō solū. 5. Phy. loco præcitato, sed etiam. 2. de genera. tex. 70. idē docet

Eno n. 1. 2. 3.

Scotus refellitur, ob vnitatem numeralem rei producendæ

Vnitatem temporis necessaria ad vnitatem numeralem rei producendæ

Vnitatis mediū numeralis nō est necessaria ad vnitatem actionis.

Instantiū diuersitas colligit actionis diuersitatem non tamen vnitatis identitatem.

An successus collapsus possit reparare.

An quod dicitur Deus potest reparare collapsa tū successus quæ permanentia.

docet idē corruptū nō posse redire, si corruptio sit perfecta qualis est corruptio animalū, & aliorū mixtorū perfectiorū: quia corruptione incōpleta vetat nihil elementū corruptū redire posse. Aqua nā que diuisa si reuniatur, aut ignis, &c. idē consurgit qui erat, &c. 2. de gene. tex. 70. æterna redire eadē numero testatur, non tamen corruptibilia. Sol nanque & astra semper redeunt eadē numero, at non corruptibilia. Vnde neq; motus hodiernus cæli redibit vnquam, quia si redisset iam tunc esset præteritus & præsens, & hodiernus & nō hodiernus. Imō neq; tēpus eadē ratione, quia successiuū est redibit idē quia hæc etiā si secundū speciē sunt æterna, at individualiter nō sunt æterna, vide licet, hoc vel illud tēp<sup>o</sup>, hic vel ille mot<sup>o</sup>, vt Eudem<sup>o</sup> scite docuit cōtra putātes motū cæli semper esse vñū numero, item que tēpus lege simpli. 5. Physic. tex. 35. Nō melatet nōnullos Theologorū Deo subdidisse nō solū posse reparare collapsa eadē numero permanentia, vt hominē, bouē, &c. sed etiā & successiua, vt motū hesternū facere hodiernū, quia quāuis præteritū necessario iā sit præteritū, at Deo subest illud reuocare in præsens. alijs contra asserentibus Deo istud nō subesse successiua collapsa reparare. Id qđ vulgatius est placitū: cui subseripit Th. quod li. 4. q. 5. quo loco facile ostēdit successiua collapsa deo nō subesse, illa reparare ad identitatē numeralē: vt motū hesternū, præsentē facere. Et ratiūcula, quæ illū mouit, vt hoc doceret est, quia continuitas est de ratione motus: at verō postquā motus cessat, iam si repararetur nō esset cōtinu<sup>o</sup>, & ideo nō esset idē cū destructo motu. ¶ Petrus Paulus, multa cōuoluit. q. 3. huius distinctio: ad dissuasione huius rationis, & dogmatis quæ si legere iuuat cōsules autorē, quia in disputatione huius dubij nō subit diutius immorari: at vt paucis dixerim, nō est mihi admodū intelligibile, quod quibusdā est intellectū Deo subesse tam reparare collapsa permanentia, quam successiua. Enimvero, si motū hesternū Deus reparat, & præsentem facit, utiq; ille motus ideo reparatur, quia sit præsens, quod si præsens est, igitur est in tēpore præsentis, atqui hesternus erat in tēpore præterito, si ergo isti duo motus sunt in diuersis tēporib<sup>o</sup>, igitur nō sūt vnus motus. Pro hoc o-

sequentiā, quia tēpus est mensura motus, ergo si sunt duæ mēsuræ duo erūt motus. Consequentiā colligo, quia tēpus non est mensura, vt vlna pāni, quæ est extra rationem pāni, sed est mensura intrinseca motus: ergo si intrinsecū motus mutatur, variabitur etiā ipse motus. Quod autē sit intrinseca mensura inde cōficitur, quia nō possumus intelligere motū sine tēpore neq; tēpus sine motu. ¶ Cæterū quia diuina potestas est incōprehensibilis, idcirco etiā si videatur motū reuocare, vel tēpus, quia æqua ratio est quoad hoc vtriusque: siquidē tēporis præteriti est ratio, ipsa præteritio. Si igitur reuocatur, vt sit præsens, iam nō erit præteritū, ideoq; hæc reuocare videtur inuoluere contradictionē, nihilominus opportunius est rem hanc sub dubio relinquere, quā temere aduersus Dei immensam potentiā quicquā diffinire. ¶ Missis igitur successiuis, ad permanentia remeet oratio, & cepta compleamus. Dicamus quapropter cōtra Scoticū placitū virescugere nature, quod corrupta eadē numero restaurētur, quia specie illa restaurare, naturalis est functio. Et quidē postquā quicquā corrūpitur dispositio quæ formā conseruabat in materia, simul corrūpitur, ideo quāuis materia remota persistat eadē numero, & agens idē numero, quod erat prius adest modo, at verō proxima materia, quæ est ipsa materia cū dispositione ad formā, non adest, siquidē dispositio, quā modo introducit agens, alia est à priori dispositione, siquidē ex noua sit actione, quā etiam nū repugnans concedere debet Scotus. Nanq; si ignis corruptus semel in vrinario vase per te reproduci potest, igitur faciamus esse reproductū, utq; hic ignis iā bis est productus semel pductus, & iterū reproductus: igitur si bis est reproductus gemina est pductio, quare p nouā actionē reproductur: qđ si noua est actio, noua quoque erit dispositio producta per actionem nouam, igitur & forma substantialis noua. Adde si potest ignis huiusmodi, qui est in vrinario vase reproduci semel, cur non bis, ter, & infinities, & secundū hanc rationē natura est potens ad reproduendum infinities aliquē effectū, & quem nequit producere nisi semel, poterit reproductuere infinities, quod videtur absurdū. Neq; si hæc obseruas erit tibi accliuē argumenta

In corruptio  
ne formæ cor  
rūpitur ma  
teria prox  
ima.

Tempus in  
diuiduat pro  
ductionē, &  
inde cōsequē  
ter productū

An successi  
ua collapsa  
possit Deus  
reparare.

Apud quosdā  
Deus potest  
reparare col  
lapsa tā suc  
cessiua quā  
permanentia.

Ab eodē agē  
te ex eadē ma  
teria diuersa  
fiunt.

gumēta deludere Scotica siquidē donā-  
bis illi materiā primā esse eandē, at non  
materiā proximā, id quod debuisset ip-  
se probare. Et quidē locus ille peripate-  
tic<sup>9</sup> cui ipse innititur, nō illi astipulatur.  
Etenim Arist. nō dixit si agēs idē, & ma-  
teria eadē effectus idem, siquidē expref-  
se docet artificē vnū & eundē ex eadē ma-  
teria varia operantē, vt lectū & scānū, vt  
faber lignarius ex ligno vno facit varia,  
& faber argētarius, itidē ex argento facit  
patinū & aquale, &c. Docet tñ quod si  
materia est diuersa, & agēs diuersum di-  
uersum quoq; futurū esse ētū. Et. 5. Phys.  
ad motū cōmemorat esse vnū numero,  
esse necessariū vnū esse specie, & tēpore  
fieri cōtinuo, & subiectū esse vnū: igitur  
cū in reproductiōe ignis tēpus nō sit cō-  
tinuū nā interfuit corruptio ignis, neces-  
sariū est reproductiōē esse differentem  
numero ab ipsa productiōe, quare & re-  
productū differre numero à producto.  
Et hinc liquet solutio. 2. argumenti, quia  
cōtinuatio, licet nō sit de substātia lumi-  
nis, est de substātia vnus productiōis,  
quocircā productiō luminis in. a. instāti,  
& in. c. instāti, sunt duæ productiōes,  
quia intercedit mediū instās, vnde fit di-  
scōtinuata productiō. Tertio dices mul-  
tū interesse inter rē ante generationē, &  
post corruptionē, quia ante generationē  
est res in potētia materię, vt producat,  
at verò post corruptionē solū in diuina  
potētia actiua, vt reprodudatur & nō in  
potētia physica naturæ, sed solū est in o-  
bedientiali, quæ est potētia logica, scili-  
cet, nō repugnātia, quippe naturæ nō re-  
pugnat reproductiō. Est nāq; materia in  
obediētiāli potētia, vt suscipiat quācūq;  
formā, quam Deus voluerit illi conferre.  
Hinc quoq; solues argumentū aliud Ber-  
nardi de Ganaco: probat enim Deū pos-  
se reparare successiua, quia idē quatenus  
idē semper est natū facere idē: igitur cū  
Deus ante productiōē motus se habeat  
perinde, vt post illius cessatiōē, vt igitur  
ante productiōē poterat producere  
eodē modo post illius cessatiōē poterit  
eundē reparare. Et quidē Deus semper  
eodē modo se habet, at res nō semper eo-  
dē modo se habet vnde neq; Deus, si Deū  
cōferas ad rē. Eodē nō se habet quidē mo-  
do ad illā Deus, qui relatus ad se eodē mo-  
do sese habet: siquidē priusquā crearet y-

Res ante ge-  
nerationē est  
in potētia  
materiæ.

Solutio arg.  
Bernardi de  
Ganaco.

niuersa, vniuersorū non erat dñs actu, &  
modo est dñs: & ad peccantē se habet, vt  
vindex, & ad pœnitentē, vt donās gratiā  
& parcēs peccatis. Quocirca ad motū an-  
te productiōē habet se vt ad possibile  
produci, at verò post illius cessatiōē ces-  
sat quoq; iste modus se habēdi: quia iam  
præteritū motū respicit De<sup>9</sup>, vt impossi-  
bile, qui sit præsens. Et hic Bernard<sup>9</sup> su-  
dat in hac re, vt probet Deo esse possibi-  
le reuocare successiua, at nō video quāti  
sit estimādus sudor hic, siquidē Deus nō  
potest facere ne motus sit nō successiuis  
aut quod sit res permanēs, quia illud pu-  
gnat cū motu, quod habeat partes simul.  
Si hoc nō potest De<sup>9</sup>, scilicet, cōseruare  
motū ne labatur, quomodo poterit illius  
lapsus reparare: Nā si poterit, igitur totū  
tēpus præteritū poterit facere esse in ho-  
ta præsentī, & mille annos in die vno. Et  
quidē facilius est rē cōseruare ne pereat,  
quā post illi<sup>9</sup> perditionē, eandē reparare:  
si primū fugit dei potētiā circa successiua  
igitur & secundū. Aut cogēris cōcedere,  
idē secundū posse simul moueri cōtrarijs  
motib<sup>9</sup>. Nā si heri lapis mouebatur deor-  
sum, & hodie quādo sursum agitur, Deus  
reuocet in illo motū deorsum hesternū, si-  
mul cū hodierno: quāuis hoc argumentū  
eludetur facile, quia dicit amator placiti,  
aliud est posse reuocare collapsum motū  
aliud illud collocare cū cōtrario, sed hæc  
hactenus. Et reliquū est, vt argumēta ante  
oppositū obiecta diluamus, & quidē pri-  
mū argumentū pcedit ex hypothēsi nō  
vera, in homine esse plures aīas alias, præ-  
ter rationalē, quando quidē ostēdimus in  
cōm. nostris ad lib. Arist. de anima, vnā  
esse intellectuā in homine, & nō plures  
aīas. At verò occines forsan mihi, quādo  
homo moritur tū corrūpitur humana sub-  
stantia, quæ igitur est substantia, quæ ex  
morte perit hominis? non quidem mate-  
ria quæ incorruptibilis est, non anima ra-  
tionalis, & si hæc sola est in homine nul-  
la restat forma, quæ tū corrūpatur. Res-  
pō. fortē moritur homo, quia aīa & cor-  
poris cōpagosoluitur, at verò cōpago hæc  
est vnio vtriusq; & aīa & corporis, igitur  
mors non est corruptio substantiæ, sed so-  
lutio vnionis illius, vnio verò relatio est,  
& accidens est, igitur mors hominis so-  
lum solutio accidentis, & non substan-  
tiæ est corruptio. Quod si dixeris totū  
dissolui

Successiua  
non possunt  
reuocari.

Solutio arg.

Corpus vt  
predicamē  
substātiæ  
significat  
mensionē

Cōmentat  
Avicennā  
pendit.

dissolub, vñq; hoc totū homo est, & ho-  
mo totus non est aliud quam suæ partes,  
at partes essentialis eius non corrupun-  
tur, igitur neque totum proprie corrupi-  
tur, sed erit corruptio hominis instar dis-  
solutionis domus, quæ soluitur, quia la-  
pides & ligna, quæ colligata erant, eue-  
runtur. Ad hæc generatio vñus formæ  
sequitur corruptionē alterius, at mortuo  
homine generatur forma cadaveris; huius  
formæ generatio est substantialis, igitur  
necesse est fieri, aliā formam esse corru-  
ptam substantiāle. Quod si adhuc dixe-  
ris formā corporeitatis esse corruptam,  
hoc falsum videtur etenim qui hæc formā  
astruunt illam astruunt esse coquam mate-  
ria, igitur est incorruptibilis, vt est ipsa  
materia. Ceterū, vt ab hoc vltimo solu-  
tionem inchoemus argumenti propositi  
aduertendū est de forma ista varias in-  
ari sententias. Etenim quibusdā arrisit for-  
mā hæc esse ipsam materiā, vt est affecta  
dimensionibus interminatis tribus illis lo-  
gitudine, latitudine, & profunditate: &  
hoc placitū vt meminit Aueroes in para-  
phrasi ad Metaph. tract. 2. fuit Platonis, quæ  
amavit Porphyrius. Itaq; corpus quod  
prædicatur de indiuiduis prædicamenti  
substantiæ, significat hæc trinā dimensio-  
nem, vt est in materia aut potius ipsam materiā  
affectā illa trina dimensione: verū hoc do-  
gma constituit corpus in prædicamento  
quantitatis, & nullū corpus collocat in præ-  
dicamento substantiæ: siquidē formale, quæ  
significat corpus iuxta hoc placitū est di-  
mensio, at dimensio ad quāritatē spectat.  
Est & aliā opinio, quā Auicenna tueretur,  
corpus denotare formā substantiāle sim-  
pliciter corporeitatis, quæ est in materia ad  
quā formā sequitur quantitas, hoc autē  
placitū non prorsus evertit cōmentator,  
nisi ad quandā rationē intellectū. Bifa-  
riā namq; possumus intelligere Auicennā  
aut quod materiā, & illa forma corporei-  
tatis, constituit vñū cōpositū in actu quā-  
tum, quod sit subiectū reliquarū forma-  
rū elementariarū & mixtarū: & hæc ra-  
tione falsa docuit Auicenna. Nā sequere-  
tur generationē elementariā esse alteratio-  
nē: quadoquidē forma quæ aduenit enti  
in actu nō generatur, at quādo ex illo cō-  
posito quod astruis fit ignis, verbi causa,  
iā aduenit ignis forma enti in actu. Si ve-  
rō Auicenna distinguat hanc formā à for-

mis reliquis prouenturis secundū rationē  
non secundū rē illi annuit cōmentator.  
Existimat enim cōmentator Aueroes  
materiā primā suscipere verbi causa for-  
mam ignis, hæc autē forma primo cōside-  
ratur, vt tribuēs esse materiæ corporeū: si  
quidē ad illam formā sequitur quantitas.  
Et quauis corpus, vt est genus in prædi-  
camento substantiæ non significet quan-  
tatem, at verō ad illam formam, vt dat  
esse corporeū consequitur quantitas &  
per illam materia fit apta ad suscipiendas  
dimensiones. Secundō consideratur, vt  
dat esse igneū vel aqueum. &c. Itaq; vñi  
(ca forma est illa, quæ constituit materiā  
in esse corporeo, & in esse igneo aut a-  
queo, &c. tamen si ratione discrepāt, vt est  
constitutū ab Aueroe. In quē sanē mo-  
dum expendendę sunt aliæ formæ mix-  
torū. De anima vero rationali, si Platoni  
tam amaremus sententiā illam non esse  
formā hominis, sed motorem, nihil esset  
quod rem hæc redderet difficile: diceret  
enim Plato in morte hominis verē homi-  
nis substantiā perire non materiā primā,  
sed animā sensitīuā, quæ est in homine no-  
bilissima, & plantāle. Et sunt qui hoc cre-  
dant esse ad mentē peripateticā: quippe  
Aristo. intellectu de foris accedere testa-  
tur, ideo credūt illā esse motorem & nō for-  
mā quibus ego refragor, vt disserui cōm.  
ad lib. de Anima. At verō oportet fini-  
re secundū veritatē, animā rationālē esse  
partē essentialē hominis. Ceterū hæc ani-  
mā multifariā expēdi potest, aut vt præ-  
bet esse corporeū & hac ratione est forma  
simplex corporeitatis, aut vt largitur esse  
vegetale & est vegetalis, vt sensitīua im-  
partitur esse sensitīuū, & intellectuā in-  
tellectīuū. Hæc autē idē sunt, at ratione  
solū discrepāt in homine, & oīa sunt sub-  
stantiālia esse. Differūt tñ etiā ob hæc cau-  
sam, quod esse vegetale atq; sensitīuū, im-  
partitur toti homini, & partib⁹ eius, quia  
manus, pedes, stomachus, &c. fruuntur ve-  
getali & sensitīuo esse, at verō intellectu-  
uum essenō cōmunicatur ab anima ratio-  
nali partibus, quia manus vel pes nō intel-  
ligit, sed solum totus homo est, qui intelli-  
git. Quocirca quando homo vita fungi-  
tur corrumpitur esse substantiale vegeta-  
le, & sensitīuum etiā si esse intellectuuum  
non corrumpatur: nam anima rationalis  
quatenus est intellectuua, neci aut morti

Forma corporeitatis iuxta peripateticos.

Anima rationalis multifariam expenditur.

Esse vegetale et sensitīuum et intellectuuum sunt idem ratione sed re.

Deformacōr potestatis vñria placita.

Corpus vt in prædicamēto substantiæ nō significat dimensioes.

Cōmentator Auicennā expēdit.

subdi non potest, quia sub hac ratione à materia nō pēdet, ideo est expers mortalitatis, verum vt est vegetalis, & sensitua habet esse necessario pendens ex materia, quapropter hac ratione corrumpitur in hominis morte. ¶ Hincque argumenta facta soluuntur. Etenim primo dices, non solum in morte hominis esse solutionem partium, vt in domus euerfione contingit sed etiam esse substantiale hominis vegetale, & sensituum, quod illi elargiebatur anima intellectiua corrūpitur, imò ipsum esse intellectiuum quatenus iam non communicatur homini (nam cessat intellectiua ab informādo homine) corrūpitur nō simpliciter, quia superstes est, sed secundū quid quia anima intellectiua tūc nō animat hominē, quia definit esse forma hominis, & verè actiua nō est anima post mortē hominis, nisi solū potentia, quia illi non repugnat informare corpus, quādo placuerit Deo illam reducere ad corpus sub resurrectione mortuorum. Igitur, vt habet esse intellectiuū nō potest corrūpi: at vt erat anima hominis, & iā non est, imò neq; per vires nature potest esse, hac ratione, si illā corrūpi dixeris nō peccabis. ¶ Secundo argumēto iā se pandit respōsio, nam forma cadaueris succedit esse substantiali corrupto, vegetali & sensitiuo, quod sanè erat re vñ esse, diuersum solum ratione, ideo non duę succedunt formę cadaueris, sed vna duntaxat. Neq; tamen propriè respondet cadauerina forma corruptioni vegetalis animę, quia plantas emortuas, nullus dicet esse cadauera: sed corruptio animę sensitua cadauer est. Iam igitur argumēto principali respondebis, in morte hominis quadā tenus rationē resolutionē fieri vsq; ad materiā primā, & nihil manere illius quod erat nisi materiā primam: quia quāuis anima rationalis superstes sit, at vt anima nō est superstes, sed vt intellectiua, quia iā nō animat actu. ¶ Bruta vero mortua Deus potest suscitare, & qua facilitate, qua homines suscitabit. Nisi quod si suscitasset brutum, vt fertur suscitatum inter gesta S. Syluestri, bruti animā crearet de nouo sensituiam, at quando suscitabit homines, aut quando suscitauit Lazarum, & alios, animam intellectiuam non creauit de nouo, sed creatā iam infudit in corpora, quę sua omnipotentia disponit, vt

sint apta, quę animetur rursus. ¶ At obijcies, si animam brutalem Deus noue faceret si illud excitasset ad vitam, brutum non esset idem numero excitatū & quod prius vivebat: etenim illa anima quę noue fit à Deo est alia à priori: siquidem hæc creaturā Deo: non enim illam extrahit De⁹ ex potētia seminis, vt prior fuit extracta, sed hæc crearetur à Deo, & illa ex vi seminis fuit producta, iam colliges si duę sunt actiones, duo sunt acta, si duę productiones, duo sunt producta, nunc autem duas oportebit fateri productiones, vt videtur. ¶ Solues forsan annuens, non esse eandem animam bouis suscitati & viui prius nisi apparenter, aut dices, quod Deus cōseruauit animam illius bouis à Syluestro suscitati, quē ipse Deus sciebat suscitandum. Veruntamen quia Deo subest Angelum in nihilum vertere, & eundem recreare, hoc enim non implicat contradictionem, itidem suberit suę potestati animam bruti corruptam, reuocare ad vitā priorē, & quod sit idē brutū numero quod pri⁹. Quāuis maioris videtur miraculi brutū suscitare, quā hominē, quia hominis anima nō noue creatur, sed iā creata noue infunditur, secus de anima bruti. ¶ Fatemur igitur aliā actionē fuisse generationē animę brutalis, à creatione illi⁹, si suscitaretur, at verò quia ista actio, quę reuocasset brutale animā, est supernaturalis potitur vi prioris actionis: ideo idē quod fecit agēs naturale facit Deus per actionē supernaturalē. Et quāuis agētī naturali hoc nō subit per varias actiones totales idē facere, Deo tñ subest. Vnde cōsuetariū est, vt affirmem⁹ aliā esse mutationē, per quā homo resurget à morte in die illo nouissimo, à mutatione per quā primo format⁹ fuit in vtero matris suę: ex semine nāq; humano primo fait genitus, at in resurrectione nō ex semine regenerabitur, sed ex potestate Dei. Neq; morosa erit regeneratio hæc resurrectionis, vt fuit prima hominis generatio, quę moras agēs formabatur paulatim. Nihilominus etiā si duas esse hæc dixeris mutationes, non tñ probe colliges, nō esse idē numero terminū illarū mutationū: quippe vt dicebā idē homo numero surget, quoad partes essentielles, quę sunt materia & forma, & quoad partes integrates hominē, quę sunt mēbra ei⁹, vt caput, cor, manus, &c. quāuis materia-

Idem h  
surget  
ad parte  
sentiales  
integrati  
nō tamē  
ad partes  
nes mate  
les prop  
larū flux  
refluxum

Eandem ani  
mā bruti De⁹  
potest post il  
lus corruptio  
nem reparare  
ad vitam.

Mutatione  
diuerse a  
eandem ter  
minum,

Capitolo Inre  
follitord. 43.  
q. 2 art. 3.

Idem homo materiales partes nō necesse est esse tum surget quo eadem numero. Quippe multus sanguis ad partes essentielles et redundat sepe in homine, quā scissio venae euacuat, itē pituita, bili, & melancho- integrantes, lia sepe abundamus, quā antidotis exinaniantur, vt superflua: at huiusmodi non nō tamē quo refurgēt refurgēte homine: quia illi sunt ad partes om- res materia- les propter il- larū fluxū & refluxum.

que tota capillorū cefaries, quā barbitōso- ris decussit nonacula, & vnguiū superflui- tas, quā forcipe abscindimus, refurget cū homine: siquidē si omnes capilli detonsi, & vngues abscissi essent restaurādi mon- struosis capitibus & vnguibz refurgetēt homines. Verū resurrectio nihil turpe admittet, aut superfluum permittet. Plu- ralitas igitur mutationū, nō colligit plu- ralitatē mutati, quando Deus supra natu- rā operatur. Naturalē illo limite coer- cetur: vti plures exerceat mutationes ad plures terminos illas proferat, s. phy. tex. 35. Deus autē qui est autor naturā, domi- natur legibus, naturā, quippe ipse illas cō- stituit. ¶ Quid quod forsā etiam secun- dum leges naturā, nō est inuolata obser- uationis diuersas mutationes esse ad di- uersos numero terminos. Quippe augmē- tatio, & diminutio sunt eiusdem nume- ro quantitatis, vt Palud. autumat, nam ip- samet quantitas, quā augetur, minuitur, vt eadem qualitas quā intenditur, remit-

Mutationes diuersae ad eundem terminum.

titur. Verū aptius dixeris, quando mu- tationes sunt numero differentes, ex di- uersitate numerica terminorum haurire suam diuersitatem numeralē; at augmen- tatio, & diminutio sunt diuersae speciei, itemq; generatio hominis & resurrectio. Vel demū dixerim nō necesse esse diuer- sitatē esse terminorū in substantia, sed in modo se habēdi. Capreolus autē contēdit acriter diuersas actiones necessariō habe- re terminos diuersos. Nāq; actio & passio sunt ipsa res quae fit, ideoq; si sunt duae pro- ductiones, sunt duo producta, quia calefa- ctio est ipse calor productus. Et procedēs in re hac augmentationē, & diminutionē, testatur habere terminos realiter diuer- sos tamē si secundū essentiam idē: itemq; proficitur de intensione & remissione.

Capreolus re- fertur ad 43. q. art. 3.

¶ Enimuerō quantitas sub suo esse imper- fectio est terminus diminutionis, & sub es- se perfectio accretionis. Caeterum diuina actio cū ipse sit Deus nō est diuersa, vnde per eandē actionē Deus creat Angelū

& illū recreare posset. Verū tamē si hoc verum esset, annihilatio, & creatio eadē esset mutatio, siquidem vtraq; est diuina voluntas vel delectatio vel constitutio. Imō quando Deus ageret modo naturali, vt nunc agit, & modo supernaturali, eadē es- set actio naturalis, & supernaturalis.

¶ Porro augmētatio, & diminutio quod potiatur duobz terminis realiter diuersis gratis affirmat Capreolus, siquidē dona- mus illi quantitātē sub esse perfectio esse terminū augmēti, &c. c. z. terū eadē est nu- mero quātitas sub vtroq; esse: vt puer & vir idē numero homo sunt. Et est difficilē machinari, quomodo sit essentia vna perfectē & imperfectae quātitatis, & qd vtraq; sit realiter distincta ab alia nisi ve- lit in creaturis astuere esse essentia vnam cōmunē duobz rebus realiter differenti- bus, id quod deitatis solū esse propriū si- des catholica docet. ¶ Quāobrē fat sit, vt

Creatura nō habet essen- tiam vnam cō- munem rebz differentibus

mutationes sint differentes si termini ea- rū aliter & aliter se habeāt, quāuis re sint idē. Vnde duo locales motus numero dif- ferentes, possunt terminari in eundē locū ad quē, verū tamen erit in loco vno, vbi quatio diuersa. Quippe esse in loco vnus mobilis & esse in eodē loco successiuē al- terius mobilis licet inter se differūt reali- ter, ratione autē differūt quādo idē mobile ad eundē locū repeteret motū. ¶ Forsā in- sultabis in resurrectione mortuorū, erit noua vnio, ergo noua relatio, at noua rela- tio nouo fundamēto & termino potitur, igitur nō erit idē homo resurgēs, qui fue- rat ante resurrectionē. Resp. nouā tū futu- rā vnionē, quippe illa vnio aīc cū corpo- re, erit supra totā facultatē naturā: verū ad relationis nouitatē satis est, qd aīa & corp' aliter tū vniētur quā modo, quia tū vniētur solū Deo operāte: nā vt supra ad monebā ipsa aīa nō se vniēt, sed illā Deus suo sociabit corpori. An verō potentie al- triceis aīa, & sensitiuaz eadē numero re- deāt itēq; proprie passiones regrediatur eadē numero in resurgēte nō est leuē du- biū. Etenim Durād. q. 3. huius dist. cōten- dit semel corrupta Deo nō subesse repa- rare ad identitatem numeralē. Vnde si Deus destrueret Angelū, illum eundem non posset reperare: ideoque accidentia semel corrupta sub morte, non resurgent eadem numero. ¶ Quapropter neque potentia sensitiuaz eadē resurgēt, neque

En subitōt- quis dicit

An corrupta Deus repa- re possit ea- dem numero

vegetales potentia. Propria autē passio-  
nem docet si illam distinxeris realiter à  
suo subiecto, eandem non resurgere nu-  
mero sed specie, at verò si non distinguas  
illā realiter, surget eadē, quia subiectū est  
idem numero quod surget, & per suam  
habuit hanc sententiam, quia si Deus age-  
ret naturaliter, non posset reparare ad idē  
numero corruptum ergo neq; modo po-  
terit, quia modus agendi libere, non au-  
get potentiam. ¶ Rursum quia diuersa a-  
ctio diuersum habet terminum: & alia cō-  
gerit, quæ idem suadent. Consectatur ad  
suum dogma, Deum non posse excitare  
brutum idem numero, ipò si homo habe-  
ret triplicem animam, sensitiua eadē nu-  
mero non posset resurgere, neque plantalis,  
neque harum potentia: verū quia ani-  
ma rationalis remanet de sancto corpore,  
& materia illius prima, idē idem homo  
poterit reparari numero: quia Deus tum  
partes dissociatas, iterū sociat in resurre-  
ctione. ¶ Et Thomā indicat in eandē sen-  
tentia in 4. dist. 44. & quidē illius placiti  
videtur amator etiā in 3. part. q. 77. art. 5.  
in corpore; dicēs substantiā panis annihila-  
tā Deū nō posse reproducere eandē nu-  
mero, sed specie. Et 4. lib. contra gentes.  
cap. 81. idem sapere videtur docens poten-  
tias sensitiuas, & altrices, quæ sunt pro-  
prietates animæ, aut totius viuentis, non  
posse eandem surgere, sed ipsa anima in-  
tellectiua erit eadem, vel ipse homo cu-  
ius erant, idem numero surget. ¶ Porro  
autē argumenta Durandi non sunt tan-  
topere amplectenda, quæ satis sint, vt dis-  
suadeant vulgatum placitum Theologo-  
rum diuersum predicans. Et quidem si di-  
uinas lustramus scripturas aliud preferūt.  
Etenim Luc. 21. Capillus de capite vestro  
non peribit, igitur cum hæc verba non di-  
cta sint præcipue propter capillos, quos  
omnes non esse reparandos supra admo-  
nebamus: sed eò dictum putā vt insinua-  
ret omnia quæ sunt de essentia, & integri-  
tate seu perfectione humana, esse reparā-  
da eadem numero, quæ præfuerant. Quod  
si dixeris fat est quod huiusmodi sint eadē  
dem secundum speciem, vtique illa non  
fuerunt nostra, at Dominus ait. Capillus  
de capite vestro non peribit. ¶ Secundo,  
quia exod. 21. & 7. virga vertitur in colu-  
brū, & coluber dein reuertitur in virgā,  
vel ergo verè fuit corrupta virga vel non

idē de colubro, si non verè, igitur qua-  
tunc fecit, Deo cooperāte Moyses Exo. 4.  
& Aaron Exo. 7. vel prestigia fuerunt, &  
non magis veracia, quam quæ Magi in-  
cantationibus suis exhibuerunt, id quod  
nemo sani die et capitis. At si vera fuit cor-  
ruptio, & vera reproductio virgæ, igitur  
corruptum potest reproduci per Dei po-  
tentiam. ¶ Dices forte, eadem virga erat  
secundū speciem, & verè virga erat & nō  
prestigiola virga, at non numero eadem.  
Hoc sanè commentum refellit facile:  
quia illa virga semper Moyses vocatur vel  
Aaronis. Tolle, inquit, virgā tuā, & sem-  
per vt de vna eademque virgā contextus  
sacer meminit, & non de duabus. Porro si  
alia forma esset & nō eadē, quæ prior nu-  
mero, re vera essent duæ virgæ. ¶ Quid  
quod August. contra Faustum agens ex  
hoc loco resurrectionis credulitatem cō-  
firmat, vnde idem videtur colligendum  
Exo. 4. de manu Moyses, quæ introducta  
in sinum lepra fuit infecta instar niuis, &  
retracta reducta est in pristinam sanitatē  
& colorem: color igitur & sanitas, quæ iā  
corrupta erāt eadem sunt restaurata. Qui-  
bus accedit Ambrosij autoritas lib. de car-  
nis resurrectione vtentis istis eisdē exem-  
plis ad credibilitatem resurrectionis au-  
gendam. ¶ Tertio, Iob clamat. Et in car-  
ne mea videbo Saluatorem meum, quem  
visurus sum ego ipse, & non alius, & o-  
culi mei cōspecturi sunt. At verò si non eadē  
caro numero resurgit, si non idem vi-  
sus numero, quomodo ait, & in carne  
mea, & oculi mei: Quod si dixeris hæc ef-  
se eadem numero si referantur ad animā  
rationalem, quæ erit eadem numero, vtique  
de carne sua & oculis suis loquitur  
Iob, & hæc nō sunt anima. Vnde quia ca-  
ro necessario temperatur ex complexio-  
ne calidi, & sicci, frigidi & humidī, si caro  
eadem excitabitur, & complexio surget  
eadem, ceterum longe perfectior quam  
erat. ¶ Ad hæc sanguis domini idē nu-  
mero qui defluerat in terram surrexit,  
at hic non erat animatus rationali anima  
rursum eadem numero cicatrices, quas  
Dominus Thomæ iubet palpandas & vi-  
dendas si cicatrices erant eadem nume-  
ro, vt oportet fateri, quādo quidem si nō  
erant eadem numero non erant confir-  
matio resurrectionis dominicæ: igitur &  
caro erat eadem numero, quæ illarum sub-  
iectum

Do erant  
nullo  
de man  
dos an  
reduo

Durandus nō  
probatur.

Loci sacri  
probates idē  
corruptū nu-  
mero posse  
Deū repa-  
rare.

mod male  
quæ legunt  
1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu

1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu  
1202-10 ha  
- nichu

Cicatrices e-  
de numero  
surrexerunt  
in dno quæ  
præfuerant.

Altrices  
mæ pote  
beatis co  
ribus nō  
necessari

Vires senti-  
uz eadē su-  
gē numero

Et cum erat. Facit cum istis, etiam quia surget idem animal, & non solum idem homo, ergo idem sensus tactus, qui erat. Quia quanquam solum in homine sit una intellectiva anima, & hæc sit idem cum re sensitiva, ceterum qua est intellectiva non est sensitiva, aut contra. Igitur si sensus tactus non surget idem, sed alter numero, neque homo surgit idem quatenus est animal, id quod videtur absurdum, quod surgat idem ut homo, & non secundum rationem animalis.

Altrices animæ potentie beatis corporibus non sunt necessariae.

Quamobrem videtur dicendum hominem sub utraque ratione reparandum eundem numero, verum considerandum est altrices potentias esse varias, est enim vis alteratrix ciborum, atque concoctrix: est vis digerens, vis expultrix, vis attractrix, vis generatrix, &c. & has vires nemo concedet hominibus post resurrectionem: anima namque illis tunc non eget, quia dum erat in corpore mortali cibo egens, propter se & generationem, propter speciem illarum functiones poscebat, & illis fruebatur. At vero iam in corpore immortalis regnans, cessat illarum virium usus, quia indigentia cibi, aut proles nulla est immortalibus. Quo circa si dixerimus has vires, tunc non resurrexerunt quæ sunt vires totius viventis, & non solius animæ, non ineptimus: ut neque surget cum homine facultas ad dormiendum, quia sancti non egebunt refocillatione somni, quippe lassitudine nulla prementur & quidem dum agebant in caduco corpore, perfectionis erat illas habere, at in corpore glorioso illæ iam non sunt ad perfectionem.

Scito tamen illas vires manere easdem non formaliter, sed fundamentaliter, & radicaliter: quia anima est fundamentum, & radix illarum, & hæc tum erit eadem numero quæ erat: unde si Deus corpus gloriosum exautoraret & reduceret ad mortalem naturam, illæ potentie formaliter redirent nullo addito, sed solum dotibus ablatis gloriæ. Verum potentie sensitivæ, in quovis animali corpore sunt de perfectione animæ & corporis siue beati siue non beati, idcirco illæ surgent formaliter eadem quæ fuerunt sublatis tamen imperfectionibus. Nam qui luscus erat perspicax efficietur, & infans cæcus natus luminibus donabitur, &c. Argumenta vero Durandi ut non conturbent lecto-

Vires sensitivæ eodem surget numero.

Altrices eorum numero reserunt dno quæ fuerant.

rem, illa solues dicens primo Si Deus ageret ex natura necessitate non posset corruptum reproducere, quia penderet tum actio divina à causis creatis, at causa creata, non potest collapsa eadem numero reparare: deo neque tum posset Deus. Agendo autem libere, non coangustatur limitibus naturalium causarum, idcirco non utens illis, agat supra illas. Secundo quod respondebis quando querit, unde Deus potest collapsa restaurare: aut quia agit sine motu: aut quia est infinita potentia? Respon. propter secundum. Namque virtutis infinitas est causa cur Deus agendo non dependeat à continuatione actionis ad producendum unum eundemque effectum, ut pendent causa creata, propter suam finitatem idcirco etiam si interpellatur actio, Deo subest eundem reproducere, quem primo produxerat effectum.

Hinc quoque tertium solues quod est eorum dogmatis. Causa tota inquit ille effectus non potest reparari à corruptione, est interpollatio actionis, at verè hæc interpollatio, etiam accidit actioni divine, quæ aliquando potest intercipi, igitur si intercipiatur non poterit quod est corruptum reparare. Prompta autem est responsio, Deum non pendere à continuatione suæ actionis, ut unum producat effectum: quare neque impediri poterit ab interpollatione actionis ut corruptum non reproducat. Quartum solues, Si Deus angelum Michaelum annihilaret, & eundem recrearet, angelus esset bis productus, non numeratione agentis, quia Deus unus est, neque numeratione extrinseci alicuius igitur numeratione angeli, igitur alter angelus esset productus. Respon. numeratione actionis est bis productus, & productio passiva si usurpetur pro re producta unum esset, at productio passiva si formaliter sumatur, pro ipso angelo ut habet esse à Deo, utique duplex est productio, quia bis habet idem angelus esse à Deo, & productio activa materialiter est Deus produciens at formaliter est Deus concedens esse, & quia Deus bis concessit esse angelo quamvis ut Deus est unus est ut agens tamen, bis est agens. Argument. 3. principali liquida ex disertis patet responsio. Item. 4. arg. nos enim supra meminimus resurrectionem esse naturalem: hoc solo nomine quia non est violenta.

Solutur at gu. Durand.

Deus ex virtutis infinitate non pendet continuatione actionis ad unitatem effectus.

291A

291B

291C

291D

291E

DISPUTATIO  
TERTIA.

Num. resurrectio genera-  
lis futura sit in instanti.

Arg. 1.



**I**TEM VIDE B. I-  
tur forsan alicui non ef-  
se futuram instantaneā,  
sed morosam. Primo  
ex loco Paul. 1. ad Thes-  
sa. capit. 4. Mortui, qui  
in Christo sunt resur-  
gent primi: deinde nos

Arg. 2.

qui vivimus igitur mortui omnes electi  
qui fuerit mortui resurgēt priores, & dein-  
de qui vivi inveni fuerint sub die iudicij:  
igitur non simul tempore resurgent om-  
nes. Secundo idem videtur suaderi ex  
illo alio loco. 1. Corinthio. 15. In momen-  
to in ictu oculi, in novissima tuba, at ve-  
rō ictus oculi non fit in instanti, neq; elan-  
gor tubarum editur nisi in tēpore. Tercio  
Matthæi. 24. dominus Iesus mittet an-  
gelos suos, vt congregent mortuorum ci-  
neres, à quatuor cardinibus mūdi, at hæc  
congregatio cinerum, non potest fieri nisi  
sub tempore. Quarto ex Psalmo. 17.  
didicimus, Ignis ante ipsum præcedet, &  
inflamabit inimicos eius, igitur si con-  
flagratio præcedet iudicium & resurre-  
ctionem, non erit in instanti. Quinto  
Matthæi. 24. sicut fulgur exit ab oriente,  
& paret in occidente, ita erit adventus fi-  
lij hominis: igitur cum fulguratio, seu ful-  
guris discursus non est instantaneus, sed  
morosus, ita erit morosa resurrectio.

Arg. 3.

Sexto. 1. Corinthio. 15. Primitiæ Chris-  
tus, deinde ij qui sunt Christi, deinde fi-  
nis. Ergo resurrectio ordinem hunc habe-  
bit. Primus omnium surrexit Dominus  
noster Iesus Christus ad gloriam immor-  
talem, deinde surgent instar illius, illius  
membra, quæ sunt omnes electi à Deo ab  
exordio mundi in tempora iudicijque,  
& tandem erit consummatio. Septimo  
decenissimum videtur, vt qui electione  
præcedunt, vt iusti omnes præcedūt pec-  
catores, quod primo resurgant, & quod  
peccatores postremam teneant resurre-  
ctionem, quippe fæces sunt humani gene-

Arg. 4.

ris, & ideo tanquam fæces erunt postre-  
mo deijciendi ad suum locum. Et con-  
firmatur, quia Dominus primum dicet  
electis venite benedicti patris, quam re-  
probis, ite maledicti, &c. Matthæi. 25.  
Octavo Ezechielis. 37. Facta, inquit, est  
commotio, & accesserunt ossa ad ossa, v-  
numquodque ad iuncturam suam: hæc au-  
tem commotio ossium, & accessio ad suas  
iuncturas non potest fieri in instanti.  
In diuersum est, quia Paulus ait, in mo-  
mēto futuram resurrectionem, seu in ato-  
mo, vt legitur Græcè, at atomus indivisi-  
bile, aliquid denotat, siue in continuo, si-  
ue in discreto, ergo erit in instanti futura  
resurrectio.

Arg. 5.

Disputatio hæc est satis litigiosa, quia  
patrum placita non sunt sibi consona. Et  
quidem tria est expendere in resurrectio-  
ne: alterum est, quod est omnium primū,  
videlicet, congregatio cinerum omnium  
defunctorum: vocant autem sancti cine-  
res ipsam materiam cuiuslibet defuncti.  
Enimvero non omnes mortui sunt reda-  
cti in cineres, quia non omnes sunt deu-  
sti: sed diuersis sunt affecti mortibus. Ma-  
terias igitur omnium defunctorum, quæ  
sparsæ sunt in elementa, vel in aerem, vel  
in aquam, vel in terram, vel in mixta,  
quia ex temporis longinquitate iam reso-  
luta sunt in alia mixta, vel in elementa:  
sunt enim pleraque comesta à bestiis, alia  
conuersa in arbores, aut herbas, &c. Nam  
cadaver humanum est mixtum corpus,  
quod actione terræ transit in terram, &  
ignis actione in ignē. &c. quamvis quod  
frequentius est, in terram vertitur iuxta  
Domini maledictionem, puluis es, & in  
pulverem reuerteris.

Arg. 7.

Deo igitur (quæ est eius infinita sapien-  
tia) notæ sunt materiæ singulorum defun-  
ctorum. Quia oculi eius lucidiores sunt so-  
le omnia penetrantes: ideoque angelis suis  
hoc reuelabit, videlicet, latebras materia-  
rum huiuscemodi, vt angeli, illas mate-  
rias in aggeres conducant seorsum san-  
ctorum à materijs iniustorum. Hæc au-  
tem congeries, denotata est apud Eze-  
chielem capitulo. 37. vidit enim prophe-  
tico spiritu immensum ossium aceruum,  
postmodum suscitandorum ad vitā. Hæc  
autem cōgregatio puluerū non fiet in in-  
stanti, sed morosula erit vt est omnibus  
theologis probatissimū. Nāq; angeli non  
pos-

Cadavera  
sunt resoluta  
in varias res.

Sancti angel  
coaceruabūt  
pulveres om-  
nes omnium  
defunctorū.

Cōflag-  
præceder  
ceruatio  
puluerum

Coacerua  
puluerum  
qualis e  
corporibus  
excitandi

Organizat  
puluerum  
animatio.

Conflagratio  
precedet coa-  
ceruationem  
puluerum.

possunt illos congregare mortuorum pul-  
ueres in instanti, quamuis celerrimè illos  
coaceruabunt. Quia tamen vt dicebam,  
in bestias & mixta alia erunt tunc resolu-  
ta cadauera multorum, videtur ante hu-  
iusmodi puluerum aggregationem præ-  
cessisse iam conflagrationem ignis uni-  
uersalem, quæ bestias, & mixta alia soluat  
in cineres: vnde angeli accipient, quod  
Deo reuelate defunctorum esse videbunt.  
¶ Obiter forsan exquires à me num isti  
cineres, erunt maiores, quam corpora ex  
illis suscitanda? an minores? an æquales?  
Quippe, vtcunque dixeris videntur im-  
pendere incommoda vacui, vel penetra-  
tionis dimensionum. Et quidem Duran-  
dus, multa agit in definiendo dubio hoc:  
at vero citra agitationem nimiam facile  
dixerim esse futuros pulueres illos æqua-  
les corporibus, neque tamen consequitur  
ad illorum condensationem, vel rarefa-  
ctionem, vacuum, vel dimensionum pe-  
netratio. Est sanè necessario fatenda illo-  
rum puluerum, & condensatio, & rarefa-  
ctio. Nam vt ex illis fiant ossa defabuntur,  
vt verò caro fiat rarefcent: cæterum Deo  
dispensante circumstans illos aer ad illo-  
rum densitatem rarefcent, vt ad illorū ra-  
refactionem condensabitur, vt modo vi-  
demus gratia euitandi vacui vel penetra-  
tionis dimensionum naturaliter fieri.  
Post istam puluerum coaceruationem, quã  
angelica exercebit virtus Deo cooperan-  
te, quod dixerim quia forsan fugit mentem  
angelicam particulatim nosse, vbi sunt  
tot puluere seu in thesauros reconditi ab  
orbe condito in diem illum, ideo dice-  
bam supra Deo reuelante, angelos scituro-  
ros tunc puluerum latibula, aut scire mo-  
do. ¶ Quod si contendas, hoc subesse an-  
gelicæ cognitioni, & non egere speciali  
Dei magisterio, ideoque neque dandum  
esse miraculo, quod angeli cineres illos  
cogregent in aggeres, quia istud subest vir-  
tuti naturali angeli, vt alij motus corpora-  
les, ego non refragor: quam rem tamen se-  
cundus liber sententiarum satis disseruit,  
igitur post coaceruationem puluerum, erit  
illorum configuratio, & animatio confi-  
gurati corporis. Et istæ duæ actiones erunt  
solius Dei actiones. Enimvero organiza-  
tio illorum puluerum, non erit ab anima  
rationali: anima enim rationalis quando  
infunditur in embriorem, iam reperit or-

ganizatum corpusculum, quod animat, at  
non perfecte, sed solum quantum ad mem-  
bra interna principalia, ipsa vero residens  
iam in corpore reliqua organizat mem-  
bra. Verum tunc in die illo subintrabit a-  
nima in corpus perfecte organizatum di-  
uina operante manu: vt Christi anima in-  
fusa fuit in corpus iam perfecte formatum,  
quando verbum caro factum est. Has igitur  
duas actiones, vt pote diuinas instan-  
taneas futuras dubitat nemo. ¶ Porro quod  
controuertitur illud est, nū simul omnia  
defunctorum corpora animabuntur, vel nū  
simul omnes mortui exurgent? Vulga-  
tiorque sententia est affirmans omnes si-  
mul excitandos. Et verbum Pauli, Et mor-  
tui, qui in Christo sunt resurgent primi,  
soluit illam primitatem non esse referen-  
dam ad resurrectionem ad eum modum,  
vt intelligamus quosdã priores surrectu-  
ros alij, quippe omnes simul surgent: at  
verò traditur surgent qui mortui fuerant  
primi, quia prius resurgent isti, quam alij  
occurrant Domino descendenti de cælis.  
Itaque mortui, qui in Christo, id est in Chri-  
sti fide mortui sunt prius resurgent, quam  
ij, qui tunc viui reperientur per resurrectio-  
nem suam Christo eant obuiam. Quia om-  
nes pii simul ibunt obuiam Christo & nō  
prius illi, qui tunc in orientur & resurgent,  
quam ij, qui mortui iam erant & resurgent.  
¶ Et hanc expositionem amplexus est Tho-  
mas elucidans locum prænotatum. Indi-  
cat præter hæc aliorum sententiam tradē-  
tē locū Pauli esse intelligendū, de primi-  
tate dignitatis, hoc est, Mortui, qui sunt  
in Christo resurgent primi, id est, erunt dig-  
niores quam alij, qui tunc viui reperientur.  
Verum hæc expositio non consonat apud  
Thom. & vulgatos Theologos veritatis  
quoniam tunc reperientur multi, qui non  
excedentur dignitate ab ijs, qui iam de-  
functi fuerant. Et hæc item ratio mouit  
Nicolau, vt ab hac discederet expositio-  
ne. ¶ Quanquam non est ratio hæc apud  
me tanti momenti quanti sufficiat ad rei-  
ciendam commemoratam declarationem.  
¶ Fateor enim tunc futuros pios, qui æque  
digni erant, vt aliqui eorum, qui iam obie-  
rant in Christo. Cæterum si totum aggre-  
gatum piorum defunctorum, qui præces-  
serunt diem finalem illum conferas ad to-  
tum illum piorum conuentum, qui tunc ad-  
rit aduentante die iudicij, vtique priores  
mul

Locus Pauli  
surgens primi.

Defenditur  
expositio que  
da Pauli con-  
tra vulgatio-  
re opinionem.

Coaceruatio  
puluerum æ-  
qualis erit  
corporibus  
excitandis.

Organizatio  
puluerum &  
animatio.

multis excedent partibus, posteriores illos. Quippe in prioribus annumerabis apostolos Christi, & prophetas omnes, & discipulos Domini, & martyres praclarissimos Deiparantique Virginem, & ceterasq; sanctissimas virgines. Et omnia haec simul excellunt dignitate, omnes pios illos nouissimos, quibus neque apostolos, neq; prophetas, &c. numerare valemus: quamuis virginibus, martyribus, confessoribus decorabitur turba illa tum futura piorum. Quid quod ipsa numerositate praecellunt priores pii, illos tunc futuros pios: quia omnes pii ab exordio mundi ad illa usq; tempora plurimum in modum plures sunt, quam tum futuri. Vnde non incommode exponemus Paulum, & mortui, qui in Christo sunt, id est, omnes pii, qui diem illum praecesserunt, surgent primi secundum dignitatem: quia si simul illos conferas alijs, digniores fuerunt meritis, quare & gloria erunt praestantiores. Et si haec arriserit expositio, non patimur angustias ex Paulinis verbis: quandoquidem etiam si fateamur omnes simul resurrecturos & priores, & posteriores, at vero si priores pii tempore non sint priores in resurgendo, erunt gloria resurrectionis illis priores.

Græcancum placitū de resurgentibus.

Porro autem Græci tractatores diuini oraculorum, ut Chrysostomus, Theophilactus, & Theodoretus, in comment. ad locum quem differimus longe aliter sapiunt. Credunt enim ordinem esse temporis tum in resurrectione futurum: quia quamuis resurrectio sit celerime absoluenda, verum ij qui mortui pridem fuerunt in Christo primum surgent: ceterum qui viui tunc reperientur non surgent a morte, sed viui rapiuntur. Qui vero surrexerint primo illi simul cum viuis pijs rapiuntur obuiam Christo: at impij surgent postremo. Et sicut quando princeps venit in ciuitatem suam, magistratus, & primores populi exeunt obuiam principi, verum delinquentes manent coclusi carceribus, & non vadunt obuiam, quia a carcere sunt destinandi ad supplicia: ita tum pii ibunt obuiam Christo venienti iudicaturæ orbem, & rapiuntur in aera: ideo isti surgent primi, quam impij, quia isti non surgent, ut occurrant domino: propterea que in terra subsident expectantes finalem damnationis suæ ab æternò iudice proferendam

Pii tempore prius surgent a mortuis quam impij quamuis breuissimo interstitio.

sententiam. Hæc autem expositio plerisque ex Latinis autoribus ingrata est, quia testatur non omnes morituros, & subinde non omnes resurrecturos. Enimvero obijciunt contra illam peccatum originale irrepsisse in omnes mortales: & quia poena peccati mors est, propterea omnes tandem subdentur morti. Adde, quia ignis conflagratorius praecedet diem Domini, & ignis hic deuret omnia tum viuientia, igitur homines etiam absumet.

Rursum quia purgatorio igne sunt pii qui tum erunt viui excolandi breuissimo quidem, at acerbissimo quia post diem iudicij nulla erit futura peccatorum purgatio: ergo ignis ille pios tunc viuentes colliquabit, & rediget in pulueres. Et crutamen primum horum argumentum, supra dilutum est. Dicebamus enim euerue esse, quia praerogatiua paucorum, non legit legem generalem, at Paulus dixit viuos tum rapiendos, ideoque non officiet generalitati mortis illorum piorum praerogatiua, ut supra nos differebamus. Neque secundum persuadet argumentum: quia quamuis pii illi ab illo igne torquentur non tamen euidentis est ex sacris literis ignem illum etiam absumpturum pios illos. Quid quod tribulationes illius temporis quæ maximæ erunt, illis erunt in purgatorium, etiam si ab illo conflagratorio igne, non expurgentur. Et t. vero, ut semel dicam arcana resurrectionis intelligere exactè quis poterit? & illius omnes euacuare difficultates, quis audebit? Ideo dixerim secundo loco de narratam expositionem, non esse absonam, & Græcancam non esse dissonam. Etenim satis est plausible rationi pios omnes prius esse resurrecturos, quam peccatores. Et itaq; beata illa sanctorum caterua surget in primis, & rapietur in aera Christo Domino venienti obuia, moxque peccatores resurgent: quamuis inter vtramq; resurrectionem breuissimū sit futurum interstitium ex Pauli verbis comonemur. In momento, inquit, in ictu oculi. At momentum, seu atomus, Paulo non vsurpatur, ut philosophis pro indiuisibili temporis puncto: sed ea ratione vsurpatur, quia & apud vulgares est in vsu ad significandam breuissimam morulam temporis. Et per hæc disertata argumenta non sunt difficilia soluta, quare illis soluendis superfedemus.

Soluuntur argu. cōtra placitū Græcancum.

Græcancum placitū de resurgentibus.

**D I S T I N.**  
 44. cuius initiū est.  
 Postremo de condi-  
 tione, &c.

**DISPUTATIO  
 PRIMA.**

Num omnia, quæ fuerunt  
 de veritate naturæ hu-  
 manæ surgent in resur-  
 gentibus.



**T** V I D E B I-  
 tur alicui fortassis ne-  
 gatiua pars, quia si om-  
 nia hæc surgent igitur,  
 & potētia altrix, & ge-  
 neratrix, & auctrix, sur-  
 gent. At vero si hæc e-  
 runt tum temporis, igitur

erit nutritio, generatio, & auctio & fan-  
 eti vefcentur cibis, & stercore egerent, &  
 lotia reddent, & generabunt filios & fi-  
 lias, &c. At verò hæc sunt aliena ab illa Sā-  
 ctorum resurrectione, quia neque nubēt,  
 neque nubentur: sed erunt æquales ange-  
 lis Dei: verum angeli Dei non vefcentur  
 alimentis Tobia. 12. igitur neque resur-  
 gentes. ¶ In diuerfum est, quia surgent ij-  
 dem, qui prius vixerant, ergo quod erat il-  
 lis proprium & germanum surget cum  
 eis.

Disputatio hæc ex disertis superius non-  
 nihil lucere potest: at vero vt exacti⁹ eno-  
 demus illam in gratiam Magistri illā du-  
 ximus denuò differēdam. Et quidē opor-  
 tet disputare primum quid vocemus esse  
 de veritate naturæ: namque hinc pendet  
 quæstionis germana decisio. Et quidē Ma-  
 gister sententiarum in. 2. lib. sent. dist. 30.  
 fere ad calcem id solum censuit pertinere  
 ad veritatem humanæ naturæ, quod de-  
 cisum fuit à protoplasto Adamo, in filios  
 suos, & ab illis in posteros. Putat namque

semen humanum, non esse decisionem ex  
 superfluo tertix digestionis, sed solū por-  
 tiunculam quādam deriuatam ex primo  
 Adami semine, quod sane fuit decisum  
 ex substantia Adæ: & ex illa substantia  
 modica ab illo excisa in Euam, geniti sūt  
 filij, & filij illam etiam substantiam com-  
 municarunt propagatione suis filijs, &c.

¶ Quod sanè semen non crescit ex cibili  
 alimento, quia solum in se multiplicatur  
 & augetur, vt illa costa Adæ non ex ci-  
 bali humido multiplicata fuit, sed ex se  
 ipsa. Hoc autem probat dogma, quia  
 puer, qui continuo à natiuitate mori-  
 tur surget in die iudicij cum corpore per-  
 fecto, non aliunde aucto, igitur in se mul-  
 tiplicato. ¶ Fatetur tamē ex humido ciba-  
 rio procreari in nobis, & carnē & sangui-  
 nē, at vero caro hæc, & sanguis iste, nō re-  
 surgēt in die illo iudicij: quippe quod ex  
 cibus fit non est de veritate naturæ huma-  
 næ, sed solum illa substantia feminaria à

Magistri plā-  
 citū quid est  
 quod est de  
 veritate hu-  
 manæ natu-  
 ræ.

protoplasto in nos sensim deriuata, & in  
 se multiplicata, & Thomas quæstio. 80. ar-  
 ticu. 4. in additio. Magistro, non refraga-  
 tur. ¶ Porro Magistro sunt plura, quæ illi  
 refragantur, & primo est August. qui lib.  
 de vera relig. capit. 40. aduertatur. Quip-  
 pe testatur ex alimentis, partem quandā  
 cedere in humanam substantiam, partem  
 in fœculentam, partem in feminariā por-  
 tionem, quæ ex cerebro, & alijs membris  
 per genitalia membra deriuatur in prolē  
 cui subscripsit Damascen. libr. 4. de fide.  
 cap. 14. Et Augustinus libro. 22. de Ciuitate  
 Dei, cap. 20. non longe à fine repudiat  
 hoc dogma. Et quidem Elias ambulauit  
 in fortitudine cibi vsque ad mōtem Dei  
 Oreb: & Saul confortatus ex cibo Pytho-  
 nissæ refedit: & Panis cor hominis confir-  
 mat canente Psalm. & Dominus pascit  
 turbas ne deficient in via Ioan. 6. Si vero  
 humidum cibale non transfret in substan-  
 tiam nostram, ex cibo non esset conforta-  
 tio maior, quam ex odore recreatio, vel  
 quam ex aspersione aquæ frigidæ, quan-  
 do ex illa patientes syncopim expergi-  
 scuntur.

S. Tho. quæ-  
 80 ar. 4. in ad-  
 di. ad. 3. part.

3. Reg. 19.  
 1. Reg. 28.

¶ Rursum ista portio feminaria aut est  
 simplex, aut est composita: non simplex  
 quia humana est, si composita ex quibus  
 obsecro? Sanè dicēs, mixta est, & ideò ne-  
 cesse est fateri, illam esse ex contrarijs cō-  
 flatam, igitur generabilis est, & corrupti-  
 bilis,

Mat. 22.  
 Luc. 20.

Arg. conuel-  
lenta Magist.  
placitum.

bilis, iam ergo quando ex semine fit ho-  
mo, semen corrumpitur, quomodo ergo  
illud semen manet, aut est de veritate na-  
turae humanae illud, quod necessario desi-  
nit esse, quando ex illo fit embrio. ¶ Rur-  
sum, si corrumpitur, non multiplicatur in  
se ipso. ¶ Praeterea vel haec substantia se-  
minaria est eadem numero in nobis, quae  
praesuit in protoplasto, aut diuersa nume-  
ro & eadem specie. Quod si vna numero:  
igitur filius est eiusdem substantiae nume-  
ro, cuius erat pater, & sunt vnū numero,  
quia quod est de veritate naturae humanae  
in ambobus est vnum numero: si vero est  
diuersum numero, igitur semen illud cor-  
ruptum fuit, vnde progenitus fuit filius,  
& substantia illa, quae erat de veritate na-  
turae in patre non extat in filio, non ergo  
in se multiplicabitur in parentibus & fi-  
lijs. ¶ Ad haec, haec substantia seminaria,  
quid erat in Adamo? nunquid erat caro  
eius? aut os eius? aut sanguis eius. &c. Si ca-  
ro vel necessaria, sibi vel superflua: non su-  
perflua, quia perfectus fuit creatus Adā  
nihil superflui, habens vel diminuti si ne-  
cessaria, ergo ex generatione filiorum pa-  
rentes manent imperfecti, quia deest illis  
quod est de veritate naturae nēpe, quod  
impartiunt filijs procreandis. ¶ Facit cū  
istis, quia est in nobis alia caro, quae nō est  
de veritate naturae, & itidem dicit esse al-  
lia ossa. &c. vt Magister profiteatur, saltē  
de carne & sanguine. Exquiram igitur,  
num caro illa seminaria, & caro ex cibis  
generata sunt vnum numero, an diuer-  
sum? Si primum: igitur cum caro semi-  
naria sit de veritate naturae etiam caro ex  
cibis illi coagmentata erit pertinens ad  
veritatem naturae. Si vero dixeris il-  
lam carnem alimentariam esse numero  
diuersam, colligam contra quia caro vtra-  
que animatur vna anima rationali, igitur  
sunt vnum numero. ¶ Adde istis, quia  
Dominus Iesus progenitus fuit ex purif-  
simis sanguinibus beatæ Mariæ. Iam sci-  
scitor, quales erant isti sanguines? nūquid  
ex alimento geniti, an qui erant de veri-  
tate naturae humanae? Si ex alimento pro-  
geniti, igitur sanguis huiusmodi pertinet  
ad veritatem naturae. Si secundum proce-  
dam quærens vltra. Vel sanguis iste erat  
necessarius, virgini, vel superfluus? si ne-  
cessarius igitur Maria ex conceptu Chri-  
sti imperfecta mansit: si superfluus igitur

non erat virgini sacra de veritate huma-  
nae naturae: quippe hanc fieri non potest  
esse superfluum, quam natura poscit pro  
veritate sui ipsius seu necessitate. ¶ Et de-  
mum quia propagatio, vt iam philosophi-  
ce res agatur communis est omnibus per-  
fectis, & non orbatis animalibus, quia vis  
generatiua est illis communis: igitur sub  
eadem ratione congruet homini, sub qua  
cæteris animalibus. Verum cæteris com-  
petit per decisionē feminis ex superfluo  
tertiæ digestionis, igitur & homini. Et in  
hanc sententiam coit totus philosophorū  
cætus, & medicorum suffragatur calcu-  
lus. Habes in Aristote. 1. de gene. animal.  
cap. 17. & 4. de gene. ani. cap. 13. vbi com-  
memoratur in femine esse similitudines  
parentum, & auorum, & proauorum: &  
Aucēna cano. 3. Et quidem semen elabo-  
ratur in testiculis & alteratur, & disponi-  
tur ad generationem, id quod non fieret  
nisi sanguis esset, qui per vasa feminaria il-  
lo deducitur absoluendum. Ibi enim san-  
guis coagulatur, & albescit, vt cap. 10. Job  
meminit, Nonne sicut caseum me coa-  
gulasti, & Sapi. 7. Coagulatus sum in san-  
guine. Igitur ex sanguine coagulato fit  
humana propagatio. ¶ At res esset supe-  
rans omnium fidem, & miraculo plena, si  
sanguis Adami & Eua huc vsque incolu-  
mis in posteritate perseverat. Quid quod  
sanguis non est de veritate naturae huma-  
nae, quia non est animatus rationali ani-  
ma, quia est vltimum alimentum libr. de  
somu. & vigilia: & continetur in animali  
sicut liquor in vase, tametsi ex illo fit caro  
& membra compinguntur quæ sunt de  
veritate humanae naturae. Est sanē neces-  
sarius vitæ ducēda, quia anima est in san-  
guine Leui. 17. non tamen est de veritate  
naturae humanae. ¶ Porro Alexander  
Aphrodiseus, vt refert commen. in. 1. de  
gene. tex. 38. aliam est ingressus philoso-  
phandi viam: censuit enim humidum ra-  
dicale esse principaliter de veritate huma-  
nae naturae, at humidum cibale, quatenus  
extendit, & confortat radicale humidū,  
minus principaliter esse de veritate natu-  
rae. Et cum Magistro sapit Alexander do-  
cens istud humidum radicale perseverare  
idem numero. Verum illi etiam obijcia-  
mus istud humidum radicale sanguis est:  
vel si aliud esse fingas, necessario est coal-  
litum ex contrarijs, igitur est corruptibi-  
lc:

2. de part. c. 3.  
& 4. de gene.  
capit. 4.

Alex. & Ma-  
gist. aliquate-  
nus idem sa-  
piunt.

Alex. Aphro-  
dit. argu. fol.  
vult.

Signis est vlt-  
timū alimētū

le: quo modo ergo perseverabit quoad ho-  
mo vel aliud animal vixerit idem & ille-  
sum? Et videmus ex modico semine vastif-  
simam excitari molem vt esculus est no-  
bis indicio in arboribus, & Elephas, in  
terrenis animalibus, & cetera in piscibus.  
¶ Præterea si hoc humidum non corrup-  
pitur, cibale humidum cum illo non mi-  
sceatur proprie, quia illud humidum non  
esset alterabile, igitur neque miscibile ex  
finitione alterationis: est enim miscibiliū  
alteratorum vnio. Vnde, vt colligit com-  
ment. spinæ, & ossa, non possent nutriri,  
quia humidum radicale in eis non admit-  
tet mixtionē ex humido cibali, quia mi-  
scibilia sunt liquabilia at spinæ & ossa nō  
sunt liquabilia. Nihilominus cum Alexā-  
dro Aphrodiseo sapiūt nostrates quidam  
theologi vt Bonauentu, & eius magister  
Alexander. Et conferunt humidum radi-  
cale fermento, quod modicum cum fit to-  
tam massam fermentat. At vero radicale  
humidum cum fit valde modicum colla-  
tum ad humidum cibale, nō poterit cum  
humido cibario commisceri, vt neq; gut-  
ta vini amphoræ aquæ. Quamobrem si  
cibarium humidum non misceatur cum ra-  
dicali, illud non corrumpet, neque altera-  
bit, nam si corrumpet, non idem perse-  
ueraret: vnde homo esset immortalis. Ce-  
terum Alexander iuit in sententiam cō-  
memorata, quia legebat in Aristot. au-  
gmentationem fieri non secundum mate-  
riam, sed secundum formam: quia partes  
materiales fluunt, & refluent. i. de gene-  
tex. 38. Et adde, quia vox hæc radicale, si  
gnificat perseverantiam: nam si non perse-  
uerat idem numero, cur potius radicale  
dices quam cibale, quod fluit, & refluit.  
¶ Cæterum Aristot. verbum intelligend-  
um est ad hanc rationem ab ipso edoctā  
mox subdēdam: sanguis enim vt dudum  
referebam ex eodem est vltimum alimē-  
tum non tamen alit, donec albescit, &  
excoquitur, & fit similis nutritio: siqui-  
dem caro non nutritur nisi ex carne, &  
os, ex ossē & cartilago ex cartilagine.  
&c. Ideoque cum nutritionem exigit au-  
gmentatio, augmentatio fit semper secun-  
dum partes similes in specie, propterea di-  
xit Aristot. fieri secundum formam, &  
non secundum materiam: quippe alimen-  
tum proximum est idem secundum for-  
mam. At ex humido cibali præstat ma-

teria augmentationi, cæterum humidum  
cibale non auget formaliter, sed materiali-  
ter. Appellatur autem radicale humidū,  
non quia idem perseverat, sed quia adest  
homini à prima conceptione hominis hu-  
midum illud, siue sanguis ille, qui tamen si  
evanescat, quod ex illo dissultat prioris  
humidi retinet similitē virtutem. Quo cir-  
ca Albertus Magnus, & philosophi vul-  
gatiores probatum habent dogma diuer-  
sum, humidum radicale nō semper idem  
esse secundum materiam: quia corruppi-  
tur paulatim, sed manere idem secundum  
formam vel speciem, Alias quorsum ef-  
fet restauratio ex cibis, si humidum radi-  
cale non resoluitur? Etenim perinde se ha-  
bet atq; lucerna, quam si oleo vel seuo nō  
paueris extinguetur. Iam igitur conclu-  
siones aliquot accipe. Primā esto, aliud  
est quicquam esse de veritate naturæ, a-  
liud de necessitate. Etenim sanguis est de  
necessitate naturæ animalis, quia animal  
sanguinem habens, non potest vivere sine  
sanguine: at sanguis non est de veritate na-  
turæ animalis vnde neque hominis. Quā-  
do quidem sanguis est vltimū alimētum  
hominis, & aliorum animalium sanguine  
præditorum: at alimentum non pertinet  
ad veritatem naturæ illius, quod alitur: ali-  
mentum enim extrinsecum est alito.  
¶ Secunda conclusio, id est de veritate na-  
turæ humanæ, quod vel est pars essentia-  
lis eius, vt illud de integritate, quod est  
integralis pars. Primi exemplum sunt ma-  
teria, & forma: membra vero omnia sunt  
de integritate.  
¶ Tertia conclusio, non solum resurget  
totum quod est de veritate naturæ huma-  
næ, sed etiam quod est de necessitate hu-  
manæ naturæ, & de integritate. Etenim  
sanguis, & alij humores non sunt de veri-  
tate humanæ naturæ, at sūt de illius neces-  
sitate: quia homo non potest, vivere sine  
sanguine, bili, pituita, & melancholia. Qua-  
propter etiam si August. dubium hoc tra-  
xerit epist. 146. & videatur sensisse sangui-  
nem, & humores non esse tum futuros in  
corporibus beatis: at vero intelligendus  
Augustinus non esse futuros hos humo-  
res, sub distemperie, sub qua modo vigent  
in mortalibus nostris corporibus, sed re-  
ducti erunt ad summum temperamentū.  
¶ Quippe temperamentum beatorū cor-  
porum, multo excellentius aderit beatis  
illis

Sanguis ex cō-  
ceptione ac-  
ceptus est ra-  
dicale humi-  
dum.

Humidū radi-  
cale eget pa-  
rti ex humi-  
do cibario in-  
star lucernæ  
ex oleo vel  
ignis ex lig-  
no.

Humores nō  
sunt de veri-  
tate humane  
naturæ, sed  
solum de ne-  
cessitate.

Humores nō  
sunt de veri-  
tate humane  
naturæ, sed  
solum de ne-  
cessitate.

par. c. 3.  
de gene.  
4.

Alex. Aphro-  
dit. argu. fol-  
uuntur.

ii. & Ma-  
liquante  
dem la-

Sanguis est vlt-  
imum alimētū



¶ Quinta cōclusio corollaria placitū Ori-  
genis, cuius Hiero. meminit scribens Pā-  
machio nō est catholicū. Origenes enim  
in Strom. tres scripsit quāsdā de resurre-  
ctione sentētiās, aliā, quam rusticis fide-  
libus ascribit, aliā hareticis tribuit, vt Mar-  
cionistis, Mediā verō, quē illi placuit ex-  
illimat esse catholicā. Rustica igitur sen-  
tētia, vt ipse putat est tū esse surrecturam  
hanc nostrā carnem istā, & eandē distri-  
butionē nostrorum mēbrorum, eadēque  
gradiendī vires eisdē sensus, ventrē & os.  
&c. Hanc refellit, quid si vēter, & dentes,  
stomachus, intestina resurgent, igitur erit  
cōcoctio ciborum, & egestio, & digestio  
erit, pituita q; & aliorū humorū ex crea-  
tione. ¶ Marcio verō credebāt phantasti-  
cā futurā resurrectionē nō verā. Quē autē  
ab ipso probatur resurrectio est animas  
tūc accepturas corpora ætherea, & subti-  
lia, quæ tota erūt visus, tota audit. &c. Et  
Origenes quia Platonicus fuit philosophus,  
aduerteat aīas cælestes huiusmodi gau-  
dere corporibus iuxta Platonis dogma,  
& talia corpora aptauit animabus nostris  
in resurrectione. Et quia illi imminēbat à  
tergo argumentū dissoluens suū placitū,  
quia Dominus surrexit in corpore palpa-  
bili, & mēbris suis distincto, atq; ornato  
vt prius erat, respōdet Domini corpus nō  
fuisse conceptū ex semine, vt nostra: sed  
quid ad rē respōsio hęc? corpus siquidē il-  
lud Dñi, fuit mortale vt nostrū. Imo con-  
sequēs est eū corpora ætherea & subtilia,  
vt ipse docet sint futura resurgentium, &  
Domini corpus sit tāgibile & palpabile,  
& vere humanū corpus, quod solus Chri-  
stus surrexit in corpore suo humano, &  
alij resurgent in corporibus nō humanis,  
quia ætherea corpora nō sunt humana. Et  
quidē animæ cælestes, si quæ essent, illæ  
essent intellectuæ solū, ideo non egent  
corpore organico: at anima rationalis est  
sensitiua & plātalis, ideo nō poterit infor-  
mare corpus nō organicū. Quā ergo Ori-  
genes rusticā dicit esse sentētiā ample-  
xa est fides catholica: & quā ipse cōstituit  
tanquā catholicā ecclesia dānat ceu hære-  
ticā edocta à Iob qui quondā resurrectio-  
nem diuino præsentens spiritu, In carne  
mea, ait, videbo Saluatorē meum. &c. Et  
quidē articulus fidei est, quē profitemur  
ex symbolo, carnis scilicet resurrectionē  
& equidē si illa corpora sūt fumēda, nulla

prorsus est resurrectio, quia anima non re-  
surgit, vt pote quæ nunquam mortua est,  
neq; corpus illud, ob eādem causam, quia  
tum formabitur. Et quid est quod Paulus  
ait, nolimus spoliari, sed superuectiri, igitur  
resurrectio erit vt superinduamus glo-  
riam sempiternam: at vero si alia sunt tūc  
futura corpora, & non quæ deposuimus  
moriendo nihil gloriæ superinducemus.  
¶ Quid quod Dominus Iesus, quādo trās-  
formatus est, vultum præbuit fulgentem  
tanquam sol. &c. vt specimē exhiberet  
qualis erat futura gloria corporum beato-  
rum, & quidē non deposuit corpus, quan-  
do illud glorificauit, sed idem quod gere-  
bat mortale splendore gloriæ transeūtis  
illustrauit. ¶ At forsan obijcies si capilli,  
& vngues, tunc erūt in corporibus beato-  
rū, num hæc augebuntur, an non: si auge-  
buntur, vbi barbitonfor, qui illos deton-  
deat, aut forcipes, qui vngues abcidat: Di-  
ximus supra hæc futura in sanctis, quia  
sunt illis magno decori, seu vt alij dicunt  
sunt de secunda perfectione hominis, ce-  
terū arbitror hos tum non augendos vt  
neque minuendos propter rationem præ-  
tactam. Quod si dixeris capilli & vngues  
innascuntur ex superfluitatibus, at in bea-  
tis nullæ erūt superfluitates. Dicito in bea-  
tis corporibus nullas enasci superfluita-  
tes, at vero ex superfluitatibus anti quisquā  
do vitæ ducebant mortale deus illis aptā-  
bit comas, & vngues, & illa superfluitas  
non generabitur in beatis amplius, sed  
Deo operante seruabitur coma incolumis.  
Nā si quæ superfluitas generaretur, alia  
corrūperetur, & esset in beatis generatio  
& corruptio, quod est abhorrens valde  
ab illo statu. Erit autē in capillis & vngui-  
bus, & dētibus sanctorū si illos contendas  
esse animatos anima rationali, nō vt ratio-  
nalis, sed vt plātalis, nō actu, sed fundamē-  
taliter, vt supra edocuimus. ¶ Quod si ad  
huc scisciteris nū erit reditio partis ad par-  
tē eandē in resurrectione mortuorū? Itaq;  
caro huius partis signata, scilicet quæ erat  
in manu dextera redeat ad dexteram, &  
quæ erat sinistra ad sinistra, itidē de par-  
te ossis. &c. Eni mūero Magist. in hac dist.  
indicat August. in par tē negatiuā propo-  
sito exēplo vasis testacei, vel statue fractę  
quā si argētarius, vel aurifex reparasset, il-  
lā rursū cōflādo, nō aurū quæ erat in manu  
redibit ad manū necessario, et si tota massa

Tom. 3. C fractæ

Lib. cōtra Io-  
uianum,

Placitum Ori-  
genis est hæ-  
reticū de re-  
surrectione.

Corpora san-  
ctorū surgēt  
eū primis &  
secūdis perfe-  
ctionibus.

22. lib. de Ci-  
uitate, 19.

fractæ massæ, est in reparata statua. At vero hoc exemplum non quoad omnia est æquabile proposito: siquidem statua si reparatur eadem quoad materiam, est reparatio: quia eadem statua manet quoad materiam. Et idè refert nihil, quod pars auri, vel argenti, quæ præerat in fracta statua in pede vel manu eius, in reparata sit in capite illius, vel brachijs. Verum quoad formam non reparatur eadem numero statua, quia in reparata statua non est eadem numero figura, quæ præerat. neque potest esse. ¶ At vero in resurrectione mortuorum, idem homo reparatur secundum materiam sibi necessariam, & secundum eandem formam essentialem, imò & accidentalem sub motis imperfectionibus. ¶ Quamobrem secundum quandam tenus rationem statuæ exemplum seruiet huic instituto, videlicet, quia carnis partes vel sanguinis non est necesse, quod surgant in eodem situ, in quo præfuerunt. Quippe ista varietas situs, nihil obstat idètitati numerali resurgentiū, si sanguis verbi causa, aut caro, quæ erat in brachio dextro surgat in sinistro. Namq; aquam, quæ erat in vase vno, si transfundas in alterum vas, & partes illius superiores facias superiores, & contra, inuertitur enim in transfusione: nihilominus manet eadem numero aqua, siquidem homogenea hoc habent familiare, vt nihil lædat illorum vnitate transpositio partium. Cæterum quia ad vnitatem membrorum necesse est, quod eadem quæ præfuit materia, illis tribuatur, nam si manus habuisset aliam materiam, iam esset altera, idè materia horū in eodem situ suscitabitur, in quo præfuerat. ¶ Porro autem quia Deo vniuersa subsunt, non ab re credere erit, omnia hæc resurrectura in eisdem sitibus, & locis, quibus prius erant secundū suam naturam: si quæ tamen superfluitas erat in membris, illa vt sæpe dictum est amouebitur, & parti indigenti dabitur. Vt Nani qui abundat latitudine corporis, at breuissimā habent longitudinem nimietas latitudinis corrigetur, & in longitudinem illis cedet. Et si qui sunt, qui longissimæ sunt quantitates, & latitudinem necessariam pro tanta longitudine desiderant contra fiet in eis. Quia omnis deformitas abolebitur à corporibus beatis, vt Augustinus inquit, lib. 22. de Ciuit. c. 20. Quod si scisciteris, quid

ergo si nani forma corrigenda tum erit, & ad magnitudinem decentem, permutanda, num quoque gigantea forma erit corrigenda, & ad decentiam magnitudinis conuertenda? Et quidem est quædam mensura magnitudinis hominibus familiaris, quæ est septupedanea, nū omnes ad hanc mensuram resurgent? At Paulus ad Eph. 4. Occurremus ait, omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. At Christus, vt fertur proceram habuit staturam maiorem, quam communis nostra est. Quod si ita est, omnes homines surgemus maiores, quam sumus, nisi solum ij, qui forte æqualem cum Domino sortiti sunt quantitatis mensuram.

¶ At qui de ætate nō reuocatur in dubiū, siquidem omnibus beatis resurrectio accidet in florenti illa ætate, in qua Dominus occubuit, & surrexit à mortuis agens, scilicet. 33. annum, vel illum annum ingressus, vt Lucas meminit. ¶ Augustinus autè hoc versans dubium non duxit esse in modum resurrecturos omnes in ea magnitudine, in qua mortui sunt, submota deformitate & defectu: adolecentes vero præuenti morte & paruuli in ea surgent magnitudine, ad quam peruenissent si vixissent. Et iuxta hanc rationem gigantes sub sua magnitudine resurgent sub qua defuncti fuerunt. Etenim beatum Christophorum tradunt fuisse gigantem, & nō videtur, quod illius magnitudo sit tunc minueda: siquidem forma gigantea, quando nō adest proportio vel disparitas membrorum pulchra forma est, & idè non erit incongruens beatis: secus si brachia sunt maiora quam pro corpore, aut caput, aut manus, aut si quæ alia adest monstrifitas. Hæc enim monstrifitas repugnat cum pulchritudine, quæ erit beatis corporibus: similiter si quis senos habet in qualibet manu digitos, aut biceps est. Etenim hæc monstrifitas non coheret cum beatitudine naturali nedum supernaturali. ¶ Quod si rogitas, quid ergo de bicipite agendum erit? ytique quia biceps non est reputandus vnus, sed duo homines, soluetur monstrifitas illa à Deo sub resurrectione, & duo resurgent, vt verè erant homines: qui verò vel senos digitos, aut quatuor brachia, &c. Hæc monstrifitas non duplicat hominem, sed membra, surgent huiusmodi ijdem, qui fuerant, sed correctæ monstrifitas.

Reparabitur  
homosecūdū  
perfectiōem  
essentialē, &  
accidentalē  
primas & secundas.

in statu quo  
25 gudi  
30 dicitur  
aliquibus  
additur

Nani nō erūt  
informa Nani  
norum in resurrectione.

et ante dicitur  
in statu quo

Ætas resurgentiū, flos erit iuuentutis.

Homines  
sunt homines  
et sic homines  
sunt homines

Pygmaei.  
Fauni.  
Satyri.  
Syluani fœ-

Gigantes in gigantea forma resurgent.

Monstrifitas beatis repugnat.

Abertini a  
surgent in resurrectione  
gerali.

strositate. Porro gigantes & homines proceri, qui decentem & sibi concinnam habent proceritatem cum sua forma excelsa videtur. Cicatrices autem martyrum non extabunt in beatorum martyrum corporibus sub ea ruptura, & diuisione, quæ illis incussæ sunt: led vt ait Augustinus loco pridem commemorato, sub quodam fulgore apparebunt quædam indicia pristinæ passionis, quæ sustinuerunt pro Christo. Veruntamen difficile est videre, qui vel strangulati perierunt in vertices deiecti aquarum, aut in flammis ignium coniecti sunt, qualia habebunt indicia super præteritæ pro Christo mortis. Nam qui gladijs impiorum occubuerunt, & decollati sunt ob Christi amorem forte guttura illorum eximio fulgore præ cæteris gutturbus micabunt. Verum hæc diutius perferuari & elaboratius inuestigare, quæ Deus omnipotens solus nouit, qui solus facturus, fortassis maioris erit indaginis, quæ vtilitatis. Hæsitat alius quid de Pygmæis dicemus, quos Arist. vocat Trogloditas, & Pygmæi appellatur, quia sunt quætitatis cubitalis, & isti re vera pugnant cum gruibus 8. de histo. ca. 12. Quid rursum de Satyris, de Faunis, & Syluanis dijs gentium, qui vt meminit Hiero. in vita Pauli primi eremitæ videtur esse homines, & loquuntur instar hominum, & collocuti sunt cum Antonio? Quid dicemus rursum, de foetibus abortiuis? Et vt ab hoc vltimo initium respiciendi capiamus foetus abortiuus, si illi abortiuit mulier post animatum foetum, dubio procul iam ille foetus est vere homo, & ideo surget in nouissimo die. Et quod sibi defuerit ad perfectam quantitatem hominis Deus illi supplebit ex redundantia aliorum hominum ad modum obessorum, aut aliam sex membris monstruose redundantibus: itaque humores ex aliorum redundanti copia sufficiuntur vel aliunde, vt omnipotenti Deo gratius fuerit, vt Aug. meminit in. e. 20. lib. indicati. Porro si exanimis fuit foetus, verbi causa, ante. 40. diem, si vir erat, aut ante. 80. si foemina tum non resurget, quia homo non fuit. Pygmæi autem etsi referant homines forte non sunt homines, siquidem cubitalis quantitas, & illorum operationes, non plane proficiuntur illos esse vere homines: sicut neque Satyri, quos dicit Arist. esse animalia quadrupedia amphibia, idem de Faunis dicit, & Syluanis, etiam non nihil isti ho-

minis naturam præferant. Illi autem appellati sunt moticola, quia motum sunt cultores. **¶** At vero vrgentior est dubitatio, quam Aug. insolutam reliquit in Enchiridio vt Magist. hic testatur si impij resurgent cum ea membrorum concinnitate, quæ & pios surrecturos hæcenus constituimus. Durandus indicat opinionem afferentem sine aliquo vicio deformitatis impios omnes surrecturos: esseque concinnitatem membrorum futuram communem pios, atque impij: at vero probabile duxit distinctio hæc quaestio. 3. diuersum placitum cum Bonauentura. 9. postrema. Siquidem impij non surgent ad gloriam, sed ad opprobrium Dani. 12. & damnationem. Vnde Ioan. 5. resurrectio horum appellatur resurrectio iudicij, seu damnationis, vt piorum resurrectio vitæ, ideoque videtur non esse necessariam impijs istam deformitatis carentiam, sed qui lusi aut cæci mortui sunt, aut claudi. &c. ita resurgent. **¶** At vero Tho. diuersum autumat, quia sine deformitatibus illos surrecturos putat, & in carentia monstrositatis illos non differre credit à corporibus beatis, quamuis consentiant omnes illos etiam futuros cum integris membris. Nam sicut in creatione Deus creauit hominem perfectum, ita in reparatione. Et quæuis ratio non sit peremptoria, quia satis est dicet aliquis, si homo perfectus reparatur quantum ad statum iustorum, iniusti verò quia obierunt sine iustitia, ideo noluerunt illam reparationem, propterea excitabuntur imperfecti. **¶** Vt cum Augustinus. epist. ad Cosentiunum, quæ est. 146. tradit omnines surrecturos pios & impios sub integritate suorum membrorum & incorruptos, & ite forte diceret sine monstruositate, quia deformitas quædam videtur corruptio. Et quidem hoc probabile est: siquidem cum solus Deus sit futurus autor resurrectionis huiusmodi quantum ad organizationem, & animationem, & opera Dei sunt perfecta ipse organizabit perfecte corpora omnium resurgentiū siue piorum siue impiorum. Non sane damnationis iudicium hoc poscet, sed quia diuina operationis hoc dignitas exiget. Quod si integri surgent, cur non sine vicio deformitatis? **¶** At vero distinctio sexuum dubio procul id temporis erit, tam in damnatis, quam beatis, vt supra ad monebam: siquidem sexus diuersitas est ad gloriam conditoris, qui fecit masculum & foeminam. Et esset equidem magna monstruositas in celo

Bonau. & Durandus. deformitates quas habuerunt impij quæ mortuorum tribuunt eis de resurgentibus.

Abortiuus foetus

Pios & impij in integritate membrorum suorum exaltabuntur à mortis somno.

Sexus distinctio negata à Grecis doct. quibusdam in resurgentiibus.

Pygmæi.  
Fauni.  
Satyri.  
Syluanis foet.

Abortiuus an  
surgent in re  
surrectioe ge  
nerali.

strositas  
s repug

si homines tunc neque essent masculi, neque foemina: quippe tum hermaphroditum non erunt, huiusmodi enim tunc in sexu resurgent quo magis abundabant, & illius naturam magis redolebant. Origenes autem loco commemorato credens corpora resurgentium esse futura aetherea cogebatur fateri sexus discrimen non esse futurum, unde & accepit Basilium loco precipitato. At vero quae ramus ab Origene, nūdamnati surgent in corporibus aethereis inficiabitur. Vt ergo damnati in proprijs corporibus luent poenas facinorum suorum, ita beati in proprijs corporibus reportabunt suorum meritorum coronas, quia contrariorum eadem est disciplina. ¶ Vertunt in dubium qualis futura resurgentium sit aetas, siquidem nulla erit beatis senectus, sed renouabitur, vt aequilarū illorum iuuentus. Theologi autem cōfessum habent esse suscitandos beatos in iuuenili aetate, in qua Dominus surrexit a mortuis, vt supra commonebam. Ducuntur in hanc sententiam ex Pauli testimonio, ad Ephe. 4. Occurremus in virum perfectum secundum mensurā aetatis. &c. Verum locus hic, etsi vulgatus interpretatur de resurrectione mortuorū siue de statu ecclesiae triūphantis, ceterū Theophilactus cū Chrysostomo ad ecclesiam reuoluit militantē, & ad perfectam cognitionē fidelium de Christo pro praesenti statu, quae non est perfecta relata ad statum beatorum. Et glossa ordinaria hanc expositionē etiam admittit: & interlinealis ab eadē non abhorret. Et quidem locus non clare admonet esse necessario habendum de aetate resurgentium. Veruntamen mihi satis est plausibilis Theologorū assertio, siquidem beati surgent in constantissimo robore virtutis, ideoque recte conferuntur iuuenibus sub aetate perfecta, quae est annorū triginta vel triginta triū. Ceterum quia robur sanctorū excedet multis partibus robur omnium iuuenū, nāque nulla aetate adeo robusta erit, & vigēs vt erunt tū corpora sanctorū, ideo recte dixeris illos excessuros omnes vigore & florem nostrae aetatis. Veruntamen, vt manuducamur ad intelligendū illos surrecturos vegetos viribus, & non defectos, propterea traditur in aetate florentissima Dñi illos surrecturos. Quod verò in Apocal. traditur, viginti quatuor seniores, percidisse ante thro-

nū, non referas ad senectutē beatorum, sed quia senectus est sanē infirma viribus, at grauis consilio, & moribus; ideo, vt sapientiam sanctorū, & grauitatē insinuaret Ioānes, illos vocat senes, non ex aetate, sed ex grauitate. Et vt Adamū si proprie loquamur non dicemus fuisse alicuius aetatis, quando illū creauit Dñs, quia nullam tū transegerat, at verò referat viribus, & aspectu iuuenem; ita de beatis dicitur.

## DISPUTATIO SECUNDA.

An beata corpora ab intrinseco erūt impassibilia.



**T** VIDEBITUR alicui fortassis non esse ab intrinseco impassibilia, quia corpora beata eiusdē erūt natura, cuius sunt corpora non beata: beatitudo enim non peruertit sed absoluit humanā naturam: at vero natura humana in viatoribus est mortalis ab intrinseco, ergo in beatis idē erit. Aut dices corpora sanctorū, esse aetherea, quae heresis est, in uisita Origene. ¶ Secundo corpora sanctorum sunt mixta, & non sunt simplicia, sunt etenim animata ergo organata, & necessario mixta ex contrarijs: at ubi est mixtio contrariorum, necessario est corruptibilitas. ¶ In diuersum est, quia corpora beata longē perfectiora erunt, quā corpus Adami fuit creatum à Deo: & hoc patet, quia corpora beata gaudebunt anima nobiliori, quā fuerit tunc anima Adami, quae nō fuit creata beata ex visione clara Dei, sed beatitudine quadā naturali. Igitur si erunt nobiliora corpora, igitur eū corpus Adami fuerit creatum immortale, ab extrinseco: quia si perstitisset in paradisi felicitate Deo prouidente, cuncta ledētia submouerentur, & fructus ille vitalis arboris illum semper florentem seruasset & incolumen: beata igitur corpora, quae sunt illo corpore Adami multo praestantiora ab intrinseco erunt immortalia. ¶ Augebis argumentum, quia corpora damnatorum erunt immortalia ab extrinseco, quia nihil illos extrinsecus priuabit vita, ergo beata ab intrinseco erunt immortalia.

¶ Dispu-

Aetas resurgentiū qualis.

¶ In diuersum est, quia corpora beata longē perfectiora erunt, quā corpus Adami fuit creatum à Deo: & hoc patet, quia corpora beata gaudebunt anima nobiliori, quā fuerit tunc anima Adami, quae nō fuit creata beata ex visione clara Dei, sed beatitudine quadā naturali. Igitur si erunt nobiliora corpora, igitur eū corpus Adami fuerit creatum immortale, ab extrinseco: quia si perstitisset in paradisi felicitate Deo prouidente, cuncta ledētia submouerentur, & fructus ille vitalis arboris illum semper florentem seruasset & incolumen: beata igitur corpora, quae sunt illo corpore Adami multo praestantiora ab intrinseco erunt immortalia.

Apoc. 4. & 5.

Cor Christi  
à resurre  
ne nō se p  
buit fūgē  
quōdā mō  
quōdā mō

Quae or  
tū dotes,

Disputatio hæc introducta est, vt exquiramus quæ sunt tum futurae dotes gloriae. Et quidẽ si diuinas iustitias scripturas ex illis admonebimur beata corpora esse donada immortalitate siquidẽ Christus surgens à mortuis, iã non moritur, & mors illi vltra nõ dominabitur ad Rom. 6. & cũ resurrectio Domini sit exẽplar nostræ resurrectionis, qualis ipse resurrexit, tales & nos. **R**ursum Ioã. 20. penetravit fores, quas cõclusas tenebat apostoli, post resurrectionẽ suam, & lapidem sepulchri, itidem penetravit surgens ex mortuis, id quod subtilitate corporũ beatorũ attestatur. **P**raeterea, & se visibile cõstituebat, & inuisibile pro suo placito, quia Luc. 24. euauit ab oculis discipulorũ: vnde colligere licebit beata corpora plenẽ subdenda fore arbitratũ suarũ animarũ. Quod verò non legimus Dominũ post resurrectionẽ suam resplenduisse, vt inde colligeremus lucentia esse futura beata corpora, nõ ofuscit veritati, quæ est certa, illa tũ futura lucentia, Domino docente Matt. 13. fulgebunt iusti tanquam sol in regno patris eorum. At verò dispensante Deo, Dominus Iesus, nõ se exhibuit splendidũ à sua resurrectione, vt se prebuerat dũ trãfiguraretur in monte Thabor. Match. 17. Et causam exhibebo, eã esse dicens, quia Christi institutũ à sua resurrectione fuit animis apostolorũ fidei suæ resurrectionis insingere: siquidẽ est valde difficilis articulus iste resurrectionis, Quãobrem nõ se fulgentẽ demonstrauit tũc, quia etiam sine fulgore ostensus, & palpabilis, & conuescens cũ discipulis suis, adhuc visa sunt discipulis Domini resurrectionis domine cõdocumenta prolata à mulieribus esse tanquã deliramenta: & Thom. pertinax propositi, experimentũ quesuit veterum vulnerũ in Christo, vt resurrectionis fidẽ haberet: quid quod si lucidũ & fulgentẽ Dñs se exhibuisset? E quidẽ planẽ distiteratur, esse illũ fulgentem, Christũ quem dudum morientem in cruce aspexerant. **C**õstituitur aut quatuor dotes beatorũ corporũ, scilicet, claritas, impasibilitas, agilitas, subtilitas: quæ sanẽ quatuor adũbrantur à Malachia Dei vate. cap. vltim. Orietur, ait, tempẽtibus nomen meũ sol iustitiæ: en tibi claritatẽ qua donabũtur corpora beata. Et sanitas in pennis eius, en tibi impasibilitatẽ, morbus nãq; ex passione

procedit. Ideoque quia tũ semper erũt sana corpora, non erunt pasibilia passione corruptiua intellige: nã de passione perfectiua nulla disputatio. Nam hæc passione etiã celo cõcedimus recipiendo luminis influxũ. Et egredie mini subdit, & salietis vt vituli, en tibi agilitatẽ. Et calcabitis impios, istud subtilitatis erit. Sancti enim ferẽtur ad æthera, & calcabũt impios, quia sub pedibus eorũ erit infernus, vbi impij cruciabuntur. **C**larior autẽ rẽ hanc Paulus memoratur. 1. Cor. 15. seminatur in corruptione, surget in incorruptione, & hic sermo significat dotem impasibilitatis, quia quæ sunt impasibilia, sunt incorruptibilia: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: istud ad claritatẽ referas. Quia per gloriã claritatẽ intellexit Paul. quia dixerat supra alia cælestiũ gloria, alia terrestriũ: & subdit se exponẽs alia claritas solis. &c. Seminatur in infirmitate, surget in virtute: istud spectat agilitatẽ. Cadavera enim graua & pöderosa mandantur sepultura: at agilia supra omnẽ volatũ auisũ surgent iustorum corpora. Dein subdit, seminatur animale, surget spirituale: istud subtilitatem concernit, nõ quod æthera aut aerea sint futura corpora beata, sed spiritualia dicũtur nõ natura, sed imitatione, vt etiã à Paulo homo spiritualis dicitur, qui spiritualia amat. Has quoq; dotes insinuat Esai. c. 40. Qui autẽ ait, sperat in Domino mutabũt fortitudinẽ, assument pennas sicut aquila, current, & non laborabũt, ambulabũt, & nõ deficient. Et. c. 58. Tunc erũpet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur: & anteibit faciem tuã iustitia tua, & gloria Domini colligete. Mutare autẽ fortitudinem, illud notat quod Paul. ait. 1. Cor. 15. Omnes quidẽ resurgemus, sed non omnes immutabimur. Iusti igitur immutabũtur tunc ex morte ad vitã æternã: mutabunt igitur fortitudinem, quia reddentur impasibiles, & assument pennas sicut aquila, quod dotẽ agilitatis ostendit. Id quod in lib. Sapiẽ. etiã denotant verba illa, Fulgebũt iusti, & tanquã scintilla in arundineo discurret. Neque hæc verba solũ agilitatem docẽt sanctorũ, sed etiam summã illorum claritatem, quia claritati solis illorum claritas confertur, cuius specimẽ Dominus exhibuit transformatus in monte, quia facies eius resplenduit, tanquam sol. Et quod subditur,

Cur Christus à resurrectione non se prebuit fulgentẽ.

Cur Christus à sua resurrectione non se exhibuit splendidũ.

Cur Christus à sua resurrectione non se exhibuit fulgentẽ.

Quatuor dotes.

Corpora beata non erunt aerea vel æthera.

Corpora beata non erunt aerea vel æthera.

Loc. scripturae dotes sanctorum futuræ gloriæ docentes.

Id est claritas solis illorum claritas confertur.

Resurrectio  
generalis ma-  
tutina erit.

ditur, current & non deficient, ambula-  
bunt. &c. repetitio est priorū, quia in bea-  
tis corporibus nulla erit lassitudo, etiam si  
cardines cæli perambulent: sed mira cele-  
ritate orbem lustrabunt ex agilitate illis  
diuinitus concessa. **E**saia autem locus  
secundus orietur sicut mane lumen tuum  
&c. claritatem esse mane futuram admo-  
net sanctorum, vt credunt multi ex clas-  
se theologorum futuram esse matutinam:  
quia Dominus surrexit de sepulchro val-  
de mane, ideo Esaias ait, Orietur sicut ma-  
ne lumen tuum. Sunt qui putant media  
nocte futuram, quia legimus Mat. 25. me-  
dia nocte clamor factus est, ecce sponsus  
venit. &c. At vero locus hic non conuin-  
cit, docente enim Augustino, non tempo-  
ris signatur qualitas, sed resurrectionis fu-  
tura instantia, quia quando dixerint ho-  
mines, pax, & securitas, tunc repentinus  
eis superueniet interitus. 1. ad Thess. vlti.  
Nam dies Domini sicut fur veniet. Erit  
enim dies ille, vt diluuij dies, sub Noc.  
Mat. 24. & Luc. 17. quamuis loca hæc so-  
lum nos admonent, diem illum futurū in-  
speratum, & apprehensurum homines in-  
cautos: non tamen ex illis colligetur non  
esse futurum mane vel nocte, imo videtur  
incertū. Sed apparet non abhorreere a pro-  
babilitate, quod dudū aiebā, sub dilucula-  
te aurora esse futuram generalem resurre-  
ctionem.

**¶** Iam vero exploratis istis, vt quæstionē  
propositam decidamus aduertendū, mul-  
tiplicē esse quæstionis propositæ sensum.  
Competere enim beatis, ab intrinseco im-  
pafsibilitatem, bifariam est intelligendū,  
aut quæd ex essentia corporis beati sit ip-  
sa impafsibilitas. Et hic sensus planē est  
falsus, nā ex natura beati corporis, non est  
quod sit impafsibile, neque hoc est de es-  
sentia eius: aliās enim corpora beata, & nō  
beata essent diuersæ essentiæ, id quod es-  
se hæreticum iam supra est demonstra-  
tum. Alter autem sensus est corpora bea-  
ta, quatenus sunt beata, sunt impafsibilia.  
Et hic sensus verus est, quia non possunt ef-  
se beata, si obnoxia sunt passioibus, qui-  
bus nostra subduntur. **¶** Est autem obiter  
notandum passionem esse duplicē & cor-  
ruptiuam, & perfectiuam. Et perfectiuā  
esse corporibus sanctorum, extra contro-  
uersiam est: siquidem oculus beatus vide-  
bit cælum, & astra, & vniuersi pulcherri-

Nō est impaf-  
sibilitas de es-  
sentia corpo-  
ris beati.

mam constructionem, & reliqua alia om-  
nia. At visio fit suscipiendo species ab ob-  
iectis, quare necesse est, vt beatus oculus  
patiat, imō & omnes sensus beati patiū-  
tur visus videndo, auditus audiendo, ta-  
ctus tangendo. Verum istæ passiones sunt  
perfectiuæ: quia sensus speciebus perfici-  
tur, non tamen corrumpitur. Et non solū  
verum esse hoc crede, de sensibus exter-  
nis, sed de etiam internis. Scio te mihi ob-  
iecturum sensiones quasdam celebrari sine  
alteratione, vt visionem, auditionem:  
at vero tactus non potest celebrari sine al-  
teratione, quæ sit à qualitibus primis.  
Vt ergo beatus tanget alium beatū, si ta-  
ctio exigit alterationem? Nūquid corpo-  
ra sanctorum poterunt calefieri, aut hume-  
fieri, aut in frigidari, si frigiditas forte vo-  
luerint tangere aquas? Forte respondebis  
sensum tactus excepturum tunc species so-  
las tactiles, sine alteratione reali. At verō  
difficile intellectu, quod beatus tactus tan-  
gat calidum, & nō sentiat calidum, quia si  
non calefit, non sentiet. **¶** Veruntamē cor-  
pora sanctorū calida sunt & humida, sub  
eximio temperamento, ideo beatus se tan-  
gens, vel alium beatum, calorem & tem-  
peramentum necessario suum vel alterius  
tanget: at vero alteratio nulla tum erit cor-  
ruptiuā, vt quamuis solem intuentur oeu-  
li beati excellentia sensibilibus, non ledet il-  
lorum obtutum, vt noster ab illius excel-  
lentia corrumpitur. 2. de anima. Et istud  
erit propter excellentiam sensuum beato-  
rum, & ita nō corrumpetur beatus tactus  
ab eximio calore, neque alterabitur alte-  
ratione læsiva, sed solum perfectiuā. Qui-  
dam sunt commēti presci difficultate hu-  
ius rei, beatos sensiones habituros extra  
mittendo, iuxta Platoniciū dogma, & ideo  
nihil recipiēt, alij verō sensiones exte-  
res profluxuras aiunt, sensibus externis, à  
sensibus internis. At verō isti longe disce-  
dunt à veritatis scopo. Primum enim pla-  
citum nos abunde reieciimus in commēt.  
nostris ad secundum de anima. Quid quod  
non euadunt sensuum beatorū passionē, si  
de internis agatur, quia sensus cōmunis,  
aut imaginatiua, aut memoria non sentiūt  
extra mittendo vt liquet. Secundum pla-  
citum ipsum se deicit, siquidem quando  
species defluunt à phantasia in visum ver-  
bi causa, tum illa visio non est vera, sed  
phantastica visio, quæ phænēs laboran-  
tibus

Beati sensus  
vt sentiēt ob-  
iecta extrin-  
seca.

Sensiones vt  
exercebunt  
beati.

Placita var-  
de quæstio

tibus accidit ex cerebri inflammatione, aut etiam ex delusione diabolica. At vero, ut redeamus ad nos ipsos, dicebamus corpora beata ut beata non esse passibilia passione lapsiva. Verum quanquam hoc verum sit ut tradidimus nihilominus est distinguendum: quia bifariam intelligere possumus, aut quod corpora beata hoc habeant insigne, ex qualitate sibi coherenti, quæ est forma infixæ corporibus beatis, unde quodammodo ab intrinseco non ex essentia, sed ex qualitate sibi ipsis infixæ erunt impassibiles beati, aut quod non ex aliqua qualitate coherente perpetuo hoc illis congruat: sed solum ex diuino præsidio. Nempe quia diuina prouidentia illis adisset, ut nihil illis possit nocere, sed omnia disponet ut illis cedat.

Placita varia  
de quæstione.

¶ Unde in Apocalyp. legimus. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Deo igitur tribuitur, quod sint submoti ab omni lachrymatione, id est, ab omni passione, quia ille fugabit pericul omnia, quæ illos lædere poterunt. Et sane disputatio hæc est satis sinuosa, neque se facilem præbet disputantibus, ut illi attestantur varia de illa placita. Sanctus Thomas quæstio. 80. artic. 1. & 2. in addi. facile docet reiectis alijs sententijs, beata corpora à qualitate coherente esse impassibilia: siquidem passibilitas corporibus nostris accidit, quia anima nostra non habet plenum dominium in corpus suum, indeque lædentia corpus non potest ipsa fugare, neque potest a se depellere. Passio namque corruptiua ex victoria agentis super passum contingit: nempe quia forma cedit ex sua infirmitate corruptiuo. At vero anima beata plene dominabitur corpori suo, ideo corruptiuum non poterit habere victoriam supra corpus beati.

¶ Durandus vero quæstio. 3. planè discedit à placito Thomæ, & acquieuit opinioni Scoti dist. 49. quæstio. 13. & aliorum credentium non per formam inharerentem, corpora sanctorum esse impassibilia. Etenim sicut beatis repugnat passio contra naturam, ita repugnat motus localis contra illorum voluntatem, quia beatus nullus poterit violenter mouere corpora sanctorum: at vero quod moueantur violenter non erit ex qualitate coherente, sed ex Deo disponente: igitur quod sint impassibilia corpora ex diuino præsidio erit. ¶ Secundo, quia

effectus communis exigit causam communem, at vero damnati sunt incorruptibiles, & non per aliquam qualitatem inharerentem, igitur & beati. Media probatur, quia si aliqua forma prohiberet corruptionem in damnatis, etiam prohiberet passionem, verum damnati patiuntur ab ignibus æternis. ¶ Tertio, quia Augustinus in epistola ad Consentium tradit sicut ignis ille fornacis Chaldeorum suspendit actionem deurendi pueros Deo operante relicta sibi sua natura comburendi ligna, ita beatorum humores seruabit Deus in sanctis sine corruptione in reliquis sue nature relictis. Igitur Deus præseruabit humores sanctorum, ne inuicem agant, & patiantur, unde consequitur corruptio.

¶ Quarto contra placitum Thomæ est argumentum, quia istud dominium animæ in corpus, erit sanè quoad motum localem, quia sancti vertent sua corpora, & mouebunt illa quoquo velint, nullo impediente, at vero istud dominium non tollit qualitatem actiuarum, & passiuarum contrarietatem, quia semper corpora sanctorum ex contrarijs sunt composita, & ideo istam contrarietatem, animæ dominatio non tollit, igitur si non obstante dominatione, sunt inuicem contrariæ qualitates, quæ erunt in corporibus sanctorum, non obstante eadem, erit actio & passio nisi aliunde ab extrinseco impediatur. ¶ Quod si dixeris animam uti qualitibus istis tanquam instrumentis, siquidem tradentibus Aristot. & com. 2. de ani. tex. cõ. 30. calor ut est instrumentum animæ ad aliquam functionem eleuatur, quam non habuisset, si non esset animæ instrumentum. Siquidem calor ignei est absumere, sibi apposita, at calor vitalis non absument in cineres, sed excoquit cibos, & mediante calore isto anima cibum vertit in substantiam aliti. Igitur etiam qualitates illæ, quæ erunt in corporibus sanctorum, regentur ab animabus beatis. Verum hæc obiectio argumentum propositum eneruat nihil. Etenim quod calor naturalis sit animæ instrumentum, & ab eo regatur fatendum est: at vero non proinde sequitur animam posse a deo dominari in calore naturalē, ut illius naturam tollat. Aliud est enim moderari, aliud est tollere: primū damus animæ, & multo præstantius exhibebit moderationem anima beata, quam non beata: at vero tollere

Contra placit  
tū S. Thomæ.

Quæstio 80.  
artic. 1. & 2.  
in addi.

De motu  
locali  
sanctorum

De motu  
locali  
sanctorum

actionem in humidum, & humidi in calidum, istud est solius auctoris naturae Dei, non animae. Adhuc dominium animae in corpus, aliud est naturale ex quo administrat anima vigente calore naturali omnes operationes vitales recte, vt non recte quando debilitatur. 7. coll. capit. 16. aliud est voluntarium, ex quo mouet corpus pro suo arbitratu. Ita duo dominia sunt absolutissima in animabus sanctis supra corpora sua: quippe sensationes omnes externas, & internas lyncerrimas illas habebunt sancti, & sine impedimento, mouebuntur quoquo versus animus illorum tulerit. Potro quod faciat sua corpora impassibilia non est dominij naturalis, neque voluntarij. Primum liquet, quia superat naturam dominij reddere impassibile corpus, quod suapte natura est passibile. Neque voluntarij est dominij, siquidem si hoc annuis, igitur ex eo redditur impassibile corpus, quia vult anima. Quod si ita theologizare libuerit non est necesse exquirere formas coherentes, vnde fiat impassibile si satis est voluntarium animae dominium. Facit cum istis, quia si admittamus dominium hoc, esse causam impassibilitatis, adhuc diceret aliquis si anima est domina huius corporis, & ideo redditur impassibile, quia potentior, & vincens est naturam sui corporis, vtique non erit potentior quam omnia alia. Si Deus permitteret, irruere illa in corpus beati, vt non est potentior flammis igneis si in spheram ignis conijceretur, aut marinis aquis si in illas demergatur, aut in quod malueris aliud. Vt accidere potest regem aliquem pacatissime regnare in regno suo, quia perfecte dominatur suis subditis, at vero a potentiore rege poterit deturbari. Verum his non obstantibus placitum Thomae est placitum veteris theologorum. Nam Henricus Gandensis, & alij veteres theologij, illud sunt amplexi, impassibilitatem a forma infixam concedentes prouenire beatis corporibus. Et istam qualitatem infigi a gloria animae, vnde resultat in corpus impassibilitas. Et D. August. epist. ad Dioscorum, quae est. 53. docet ex animae gloria redundare in corpus beatum impassibilitatem, ceterasque dotes, siquidem esse quod habet gloriosum impartitur animae. At vero neque hoc absoluit animum, quia anima non tale esse quale ha-

bet exhibet suo corpori. Alias cum anima rationalis sit immortalis & spiritalis redderet suum corpus spirituale immortale, id quod experientia quotidiana dissuadet. Et anima Domini Iesu beata erat quoadiu apud mortales agebat, ceterum hoc esse beatum non conferebat suo corpori. Dabis forsitan hoc miraculo, & ideo in praesentia non figo pedem in argumento hoc. Disputatio igitur haec non pro foribus habet solutionem. Et quidem multa astipulantur placito veteri Theologorum. Primo sane si oracula consulimus diuina non nihil illud praeserunt: quia Paulus inquit, Mortale hoc induet immortalitatem. 1. Cor. 15. at indumentum hoc videtur praeserferre virtutem impressam impassibilitatis. At hic locus eludetur ab aduersario dicente immortalitatem non esse dotem: etenim damnati sunt immortales & incorruptibiles, iuxta verbum Pauli surgent mortui incorrupti, at vero nulla dote sunt exornati. Verum si Pauli verba referenda sunt ad dotem, quia ait, induet immortalitatem, immortalitas esset dote. Alius locus est seminatur in infirmitate surget in virtute, virtus autem formam denotat coherentem. At vero phrasia scripturae virtutem saepe usurpat pro potentia, vnde Deus dicitur virtutum: & rursus in virtute tua letabitur rex. Et ideo Paulus sermone praehabito hoc insinuat corpora beata esse futura potentia: quippe quibus nihil poterit nocere, & quia Apo. 7. non esurient, neque sitiunt, neque estum patientur, aut rigores frigiditatis. Adhuc ille alter locus. Nolumus expoliari, sed superuelli, etiam non est peremptorius locus, siquidem non de sola gloria corporis meminit ibi Paulus, sed etiam de gloria animae. Et hanc consummatam gloriam Paulus vocat esse tanquam supernum indumentum: quippe ex viribus naturae nulli accidere potest beatitudo illa sanctorum, ideo confertur vestimento superuenienti. Sunt autem rationum suadentes vt cunque hanc opinionem, quam primam accipe, Quia Deo hoc est familiaris cuncta disponere per medias causas, vnde redemit per mediatorum Christum, & mediator Christus per intermedia sacramenta. Itaque Deus opera naturae per medias causas administrat, igitur faciet quoque corpora beatorum impassibilia per medias causas, scilicet, per qualitates inherentes. Quamuis

Dominium naturale. Dominium voluntarium.

Naturae dominium non subest efficere impassibile corpus.

A gloria animae resultat in corpus impassibilitas.

1. Cor. 15.

Excitantur persuasiones ex locis sacris concinnae.

Immortalitas non est dote.

Dotes sanctorum non sunt caelestes elementarij aut mixtae et mixtae lecti.

Deo familiaris cuncta disponere cum percausa medias.

Quamuis enim possit ex sua assistentia idem facere, at verò congruentior & nobilior modus est, ut faciat per medias formas. Et hoc rursus patet quia multo nobilior est conditio beati corporis, si non possit pati etiam ab intrinseco, quam si esset impassibile solum ab extrinseco, ex diuino praesidio submouente laedentia.

¶ Unde per medios habitus fidei, & charitatis, & spei, quos Deus infundet ferimur in Deum: & ecclesia hoc censuit rationabilius esse dogma, quam illos non credere infusos ob eandem causam. ¶ Facit etiam cum hoc dogmate, quia corpus domini, aliter erat, impassibile post triumphalem suam resurrectionem, quam quando erat iacens in sepulchro, at quando erat iacens in sepulchro, erat impassibile ab extrinseco, ex diuina virtute illi assistente, & praeseruante à corruptela: ergo post resurrectionem suam fuit impassibile à propria forma. Et eodem argumenti filo probabis claritatem sanctorum esse formam illis inhaerentem, ceterasque dotes: siquidem quando claruit in monte Christus aliter claruit, illius vultus, quam post resurrectionem suam. Et alia fuit illi agilitas & subtilitas quando sicco vestigio maria calcavit, & quando intacto clauitro virgineo, natus est ex virgine, quam penetrans fores clausas post resurrectionem suam. Etenim Thom. & alij antiqui non solum impassibilitatem existimant esse formam, sed & ceteras dotes. Non tamen has formas putant esse qualitates caelestes, aut elementarias, aut mixtas, sed esse qualitates supernaturales, quae resultant in corporibus beatis ex anima gloria. ¶ Ad haec, quia corpora gloriosa magis erunt impassibilia, quam corpora hominum si perstitisset felicitas Paradisi, at tunc essent homines impassibiles solum ab extrinseco. Unde probabile est dogma istud, ut Palud. q. 3. recte putat, at non est perspicuum, sed admodum difficile videre, quo modo anima rationalis causet has dotes in corpus suum? Rursus corpus humanum est ex se passibile ex natura sua, anima autem non potest tollere naturam sui corporis. Vel ergo beatum adhuc ex natura sua manet passibile, & hoc intendunt Scotus dist. 49. huius. q. 13. & Durand. loco praenotato, aut variatur natura, igitur non est idem corpus numero,

quod erat prius. Quid quod passibilitas est passio propria corporum omnium mixtorum, igitur necessario consequitur ad illorum naturam. Et rursus Aristo. 1. de gene. tex. com. 54. materiam esse causam passibilitatis. Et comen. Aueroes illum explanans docuit ubi est similitudo materiae, etiam est similitudo passionis, & ubi est dissimilitudo materiae, est dissimilitudo passionis. Unde voluit solum separata à materia esse impassibilia. Et caelum inde colligit non habere materiam, vel esse aequiuocè materiam cum materia sublunari. Cum ergo corpora sanctorum tum erunt materialia & ex eadem materia constabunt, ex qua constiterunt dum viuerent mortali vita, consequi videatur esse illa ex se passibilia. ¶ Ad haec materia illa vel habebit appetitum ad nouam formam, vel non, si non ergo iam non erit eadem materia, quae praefuit, si habebit igitur illa corpora ex hoc appetitu erunt ex se passibilia: & si non patientur, erit ab extrinseco, à diuina, scilicet, praeseruante, ut commemorat Plato in Timaeo dicens, angelos, & caelestes globos esse ex propria natura corruptibiles, quia omne compositum, dissolui potest, at Deo praeseruante, non solum illorum compositionem. Credebat enim etiam angelos esse corporeos. ¶ Quod si in re hac obscura, quam vltrocitroque egimus, meam fortassis sententiam exigis dixerim tibi problema mihi esse dogma alterutrum. Verum forsitan aliunde inuestigare possumus impassibilitatem beatorum corporum, etiam si formam coherentem non astruamus. Enimvero si materia est principium passibilitatis, ut dudum Aristo. cum suo comen. docebant, illud sane est, quia ipsa semper machinatur maleficiū, id est, corruptionem formae habitae & nouae informationem. Ex appetentia igitur nouae formae, est passibilitas ex materia, igitur si materiam Deus orbasset hac appetentia, utique materia non esset passibilitatis ratio. Deus autem materiam beati corporis exiit ab hoc appetitu, siquidem appetitus non est essentialis materiae, ideo fieri potest, quod sit materia & non sit appetens formam nouam, id quod si arriserit doctrina multorum philosophorum facile sublucebit. Dixerunt enim philosophi quidam, caelestem conuenire

Materia est  
passibilitatis  
p. incipium

Decisio quaestio-  
nis ex au-  
toris placito

Dotes sancto-  
rum non erunt  
caelestes qua-  
litates, aut e-  
lementariae,  
aut mixtae li-  
cet mixti sub-  
iecti.

o familia-  
disponere  
ta percau-  
medias.

materiam, cum materia sublunari, at cælum est incorruptibile, quia materia celestis satiata est sua forma. Quid ergo obstabit quominus dicamus materiam corporis beati expletum habere appetitum quia formata est forma beatissima, & ideo non esse principium passibilitatis beatorum materiam. Et quia ex materia non subduntur passibilitati, & dubio procul neque ex forma, inde esse impassibile beatum corpus. ¶ Vel si mauis aliter hunc enodare modum, recolito ex superioribus, tria futura in mortuorum resurrectione, & aggregatione puluerum, & organizatione, & animatione. Et hæc duo postrema si recte diserta memoraris diuina sunt opera, dixerim quapropter Deum organizando corpora illa beata, reducturum qualitates actiuas & passiuas ad æqualitatem secundum pondus, ideoque cessabit inter illas actio & passio. Hæres forsan in sermone isto. Vt hesitatione discutias, scito mixtionem qualitatum istarum bifariam expendi à Philosophis, aut secundum æqualitatem quoad pondus, aut secundum æqualitatem quoad iustitiam. Est quoad pondus, quando æquales considerantur istæ qualitates quoad gradum, quoad iustitiam vero, quando sunt inæquales gradibus suis. At verò eam sortiuntur proportionem, quæ congruit ad functiones proprias peragendas recte. ¶ Actio autem & passio est inter qualitates, quia sunt inæquales, quoad gradum & virtutem, quod dixerim quia etiam si sint æquales intentione calor & frigus, at verò calor, ut quatuor, actiuior est quàm frigus, ut quatuor, quia calor est actiuior cæteris paribus, quàm sint cæteræ qualitates. Ad vitam autem habendam mortalem, non potest esse mixtio quoad pondus: siquidem si quoad gradum, & virtutem essent æquales qualitates istæ mixtum esset incorruptibile & impassibile, ut cõm. decet. 2. de gene. & .1. cæli siquidem nulla inter eas esset actio & passio: proindeque nulla corruptibilitas. ¶ Et hinc capio mihi ansam ad docendam causam aliam impassibilitatis corporis beati, siquidem Deus organizando corpus illud quod est animatura anima beata, reductet illud ad tantum temperamentum qualitatum harum, ut reducantur ad æqualitatem secundum pondus quoad intensionem & virtutem. Vnde fiet

ri non potest, ut sit inter eas actio: siquidem à proportionem maioris inæqualitatis actio fit. Quo fit ut ex duabus procedat causis beati corporis impassibilitas, & quia illius appetentia expleta est, & quia qualitatum temperamentum est æqualitas tanta, quanta non admittit actionem & reactionem primarum qualitatum. Quo circa corpus beatum ob has causas erit impassibile, citra formam nouam impressam, vel ab anima, quod est difficilius creditum, vel à Deo, quod plausibilis videtur si forma hæc admittenda sit. Neque Augustinus voluit animam beatam influere has qualitates in corpus suum, quia non videtur posse animam influere claritatem visibilem corpori suo quam ipsa non habet ut neque subtilitatem, quia subtilitas est corporalis, non animorum affectio, nisi metaphoricè dixeris mentem esse subtilem, aut grossam. Verum quia simul cum infusione illa anime beatæ corpus fiet clarum, & ideo dixit ab anima beatum corpus sortiri beatas dotes. ¶ Forsitan obijcies mihi quia cause à me assignate non cohibent extrinsecus leuius. Resp. Imò prohibent siquidem si materia non est appetens nouam formam, nihil potest nocere beatis. Et si qualitates actiuæ, sunt redactæ ad præfatum temperamentum lædere potest beatos nihil, quippe nulla læsio fit sine actione, vel passione qualitatum istarum. ¶ Hæc forsan, si qualitates actiuæ redactæ erunt tunc ad pondus, ut diximus, ergo & motiuæ, quia motiuæ sunt pedisse quæ actiuarum. Namque calidiora sunt leuiora, ut grauiora, frigidiora. Quid ergo grauitas corporis beati, & leuitas temperabitur id temporis à Deo, at si grauitas esset in corpore beato, quo pacto erit beatum corpus in cælo, illud namque esset contra naturam grauius esse supra cælestes globos, qui superferuntur igni. ¶ Respondebis forsan nihil miratu dignum hoc esse, quandoquidem etiam respirabunt tunc sancti. Sed ubi erit aer? in cælo enim non est aer, & rursus cor habebit suam distolen, & syctolen, & oportet aerem admittere in cælo, ut fiat spiritus pulsus, & tractus. Et rursum cessabit motus cæli, quo modo ergo cor mouebitur, & arterie mouebuntur? Et quidem quod corpora sanctorum nihil afficientur grauitate, vel inde colligito, quia agilitas summa sanctorum grauitatis

Dux causa  
cur corp<sup>o</sup> bea-  
tum non est  
passibile.

Æqualitas se-  
cundum pon-  
dus, et secun-  
dum iustitiã.

Plausibilis  
est concedere  
dotes à deo  
imprimendas  
in corpora  
beata, quam  
quod anima  
illas imprimat.

An motiuæ  
qualitates in  
corporibus  
beatis redige-  
tur ad tempera-  
mentum æqua-  
litatis.

An corpora  
sanctorum reser-  
uati in cælo  
ante vitam  
illam beatorum

grauitatis gradum nullum permittet: nisi secundum quid contendas, quædam forte tunc grauiora alijs, quia agilitas non ex æquo illis impertietur, & ideo minus agilia erunt grauiora respectu magis agilium. Secundum quem modum Thomas theologizat dicens impassibilitatem non ex æquo ad futuram corporibus sanctorum quia animæ, quæ beatiore erunt, corpora obtinebunt impassibiliora: etiam si secundum se omnia sunt impassibilia. ¶ At verò quod inculcabat argumentum aliud, non est perspicuum ad discernendum. Forte dicit aliquis beatos tum non egere respiratione: siquidem respiratio est ad sanguinis refrigerium, qui est in corde feruentissimus, verum sanctorum humores sunt iam conducti ad summum temperamentum, vt dudum admohebam, ideoque sanguis tunc non summe feruebit, ideoque non indigebit aeris refrigerio, quod sane est necessarium nobis agentibus vitam mortalem, illi autem degentes vitam beatam, sine vllius rei indigentia, non egebunt aere refrigerante. Vt enim in illis cessabit actio, & passio, quia iam qualitates actiue non poterunt agere ita cessabit illa cordis refrigeratio, quæ non potest naturaliter fieri extra actionem corruptiuam. Namque refrigerans aer depellit calorem eximium, illum temperando, & calor cordis item frigiditatem aeris corrumpit, ideo iugiter attrahit spiritum cor refrigerantem, quem calefactum, rursus depellit, Tho. verò. q. 7. de poten. Dei, art. 10. motum cordis humani credit esse ab anima rationali de qua re dist. 45. vberius differetur. ¶ At forsitan allus non amans hoc dogma, illud dabit miraculo, quod respiret in celo sancti resumptis corporibus. Non me latet dominum respirasse post resurrectionem, nam insufflauit in Apostolos suos: at verò vt comedat, non ex indigentia, ita potuit respirare non egens respiratione. Quid quod agebat id temporis apud nos, & aer illum erat circumstant, qui potuit illi deseruire ad respirationem. Nunc verò de beatis corporibus celo sublatis, ubi non est aer, agitur. ¶ Porro corpora damnatorum egebunt respiratione ad vitam, quia quamuis sint incorruptibilia futura, verum non sunt impassibilia, de qua re impensius docebitur dist. 45. q. 2. ideo possunt pati à frigiditate & calore, &

fortassis loca inferi, quæ ipsi tenebunt, erunt repleta aere propter cauernositates terræ. Verum hæc persecrari exactè humani non est ingenij, quia post multam persecrutionem, plura latebunt, quam patebunt. Hactenus de dote impassibilitatis, de qua & aliena protulimus, & nostra non vt certa suggessimus, sed tanquam disputationi exposita. Dices scio, si dos est, ergo forma hæres est, at verò dos vocabulum, proprie dicitur de dotibus nuptialibus, & de dotibus beatis translaticie, ideo nihil opus est vtrinque, vt omnia consentiant. Quia quod nuptialis dos, non est forma hærens coniugi, sed possessio eius & ita prope modum quamuis impassibilitas non sit forma hærens, si nostrum dogma verum est cæterum possessio est sanctorum. Item que secundum alios, qui ab extrinseco concedunt istam impassibilitatem beatis, possessio est eorundem, quia semper gaudebunt illo Dei præsidio, illos præseruante ab omni læsione & nocumento.

¶ Argumenta verò, quæ ante oppositum sunt obiecta ex disertis eluuntur. Primo concedimus, vnam esse naturam beati, & non beati corporis: at verò quauis vnam materiam testemur esse cælestem, & sublunarem, ceterum non subinde cogimur cælos esse concedere corruptibiles, quia nobilitas forme cælestis arcet ab illis corruptionem omnem, vt prædicebamus secundum illorum placitum, qui cælestem materiam sublunarem esse contendunt, similiter dicitur in præsentia. ¶ Adde quia qualitates actiue sunt in beatis redactæ ad temperamentum, & a qualitate, vnde cessabit actio & reactio, ideoque quamquam sint eadem qualitates, ideoque eadem illarum natura perseuerat, cæterum modus illarum longe excellentior quam erat. ¶ Obijcies, igitur in beatis corporibus non erit complexionum diuersitas, nempe quod alij sint sanguinei, alij cholericj, &c. Et hoc mihi persuasum est, quando quidem sanguinei sunt qui excessum habent sanguinis, at tunc in humoribus non erit excessus, sed summa æqualitas. Non diffiteor in quibusdam beatis corporibus plus sanguinis esse futurum, quia non omnia beata corpora erunt ad eandem lineam æqualia, ideoque maius corpus maiori erit sanguine imbutum, at istud

Responsio argumentorū.

In beatis non erit diuersitas complexionum.

finē

Dotes non ex æquo donantur beatis, sed secundum differentiam essentialem beatitudinis.

An corpora sanctorum respiratione egent ad vitam illam beatam

motus in corporibus resurgere ad tempus.

sine vicio sanguinis erit, vel in quantitate, vel in qualitate. Argumento secundo liquet responsio ex praehabitis. Argumenta autem Durandi, & Scoti contra Thomam Capreolus, dist: 44. q. 2. soluit. Mihi enim non subit moras ducere, in solucendis illis, quia problematicam duxi esse disputationem.

DISPUTATIO TERTIA.

An ex dote subtilitatis corpora beata penetrare poterunt corpora alia.

Arg. r.



**I**TEM VIDEBITUR forsitan alicui id fieri non posse. Siquidem vel dote haec faciet corpora beata non quantitate, vel quantitativam affectionem non tollet. Si primum, igitur corpora beata non erunt corpora animata, quia anima non potest esse in corpore non quanto, siquidem anima est actus corporis physici, & organici, & pugnat cum ratione esse corpus organicum, & non esse quantum. Si vero quantitativa affectio persistet, ergo non poterit ex dote subtilitatis aliud corpus penetrare: probo consequentiam, quia quantitas est quae impeditur duo corpora simul. Undi uersum est, quia si non possunt penetrare alia corpora, igitur non possunt residere in caelo. Quia vel ibi residebunt penetrando, vel diuidendo caelum, non primum per se igitur secundum. Sed neque secundum, quia caeli sunt indivisibiles, docente Ioh. 37. solidissimi quasi aere sunt. Disputatio haec non est minus implexa, quam quae haecenus discussa. Et ante omnia praemittamus ex Aristotele, quid vocemus subtile, & cuius subiecti affectio sit. Dixit porro Aristoteles, 2. de generibus, text. 8. subtilitatem esse contrariam qualitatem grossitiei secundum tactum, esseque subtile effectum humiditatis text. 10. Et hoc ideo quia subtile est penetratiuum, ut in oleo, & aqua experimus, unde ibidem ait, subtile

is ostendit...

Arg. in disputatione.

Subtile & grossum affectio...

esse repletivum, & paruarum partium. Et grossum idem dixit esse atque densum. 3. de caelo, text. 43. unde rarum erit dicendum subtile. Possimus autem subtilitatem duplicem considerare aut ex parua quantitate secundum profundum, ut aeri vel aciculam, vel styli appellamus acutissimam, aut secundum repletionem, quae ratione aquam & aerem subtilia dixit Aristoteles, quia subtilitas est effectus humiditatis. Igitur nem vero subtilem etiam dicimus etiam ex materiae paucitate, & ex operatione, quia ocysimam habet operationem, & est valde penetratiuum, propter nimiam illius actiuitatem. Quae ex re fit subtile aut dici ex paucitate quantitatis secundum profunditatem, & latitudinem, aut ex paucitate materiae, & ideo rara vocat Aristoteles subtilia, aut denique ex velocitate operationis, & inde dicimus ignem subtile habere operationem, quia cito penetret profunda eorum, quae sibi apponuntur deurcanda. Translatiue autem, mens vocatur illa subtilis, quae cito profundam rei intelligentiam assequitur. Unde Angelos spiritus esse subtilissimos tradiderunt Theologi, & spiritus diuinus sapientiae subtilis esse commemoratur. Conuentum igitur est apud Theologos subtilitatem annumerare inter dotes beatas. Legerunt enim Paulum 1. Cor. 15. tradentem seminatur, animale surget spirituale, & per spirituale corpus subaudierunt illius subtilitatem. Quamquam haeretici haec Pauli verba alio detorserunt, quidam, ut crederent corpora vertenda tum in spiritum, alij vero vertenda in aeream subtilitatem, ut fuit Eutichius, cuius meminit Gregorius 14. lib. Morae in postre. capitibus. Hic autem Eutichius retractauit bene iam iam obiturus quae male sapuerat viuendo. Isti ergo haeretici cum ex hoc loco Pauli, tum ex illo, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt excogitarunt corpora tum non esse futura ex carne & sanguine & ossibus compingenda. At vero Paulus per carnem & sanguinem carnalem concupiscentiam, non naturam carnis ibi subaudit, ut illi alias familiaris sermo. Caro inquit concupiscit aduersus spiritum. Et admonet idcirco Paulus carnales concupiscentias non esse sectandas, quia huiusmodi non possidebunt regnum Dei: significatque plura per verba haec quam praesefert sermo,

Subtile molitissimam...

Officia & factus animalium.

Heretica commenta,

Subtile quo pacto...

mo, videlicet, non possidebunt, hoc est, deturbabuntur à regno Dei. Nos plura de re hac supra differuimus, idè illis in præsentiarum supersedeamus. ¶ Iam vero vt propositum locum, seminatur animale surget spirituale, discutiamus, videbitur alicui forsau locum hunc non probare subtilitatis dotem, siquidem spirituale non opposuit Paulus grosso. Non enim dixit seminatur grossum, surget autem spirituale: sed opposuit animalis corpori, at animale corpus non est contrariū subtili corpori: quia poterit esse animale corpus, & tubtile corpus, vt corpora pleraq; multa sunt auicularum. Et rursus quæramus quid velit animale apud Paulum, & ipse docebit alibi. 1. Cor. 2. Animalis homo non sapit, dicens quæ Dei sunt: igitur per animale corpus intellexit Paulus, illud corpus quod incumbit animalium officijs, qualia sunt comedere, bibere, dormire, generare, nam hæc sunt animalium opera. Et rursus animale denotat corpus quod subditur affectibus animalium, qui sunt concupiscere, irasci, inuidere, &c. Et denique subdi fami, & siti, & laboribus multis, & morbis, & demum morti. Et quia corpora beatorum ab omnibus istis abhorrebunt, idè appellantur spiritualia. Vnde videtur locum non convincere subtilitatem esse dotem corporū beatorum futuram dotem. Cæterum siue cōvincat siue non cōvincat, probatissimi dogmatis est apud Theologos quatuor esse futuras dotes corporum beatorum: in quarum albo refertur subtilitatis dos. ¶ Porro autem si subtilitas vel contingit ex paucitate materiæ, aut ex modicitate quantitatis, vidèdum restat vtra istarum corporibus beatis congruet. Et quidem beata corpora non minuent suam, quam habuerunt quantitatem, nisi superflua, aut monstruosam, aut dissonantem, à reliqua proportione & harmonia in membrorum: idcirco non reddentur subtilia, quia minuent quantitatem secundum profunditatem, vel latitudinem. Quippe si profunditas illorum non erat superabundans, qualis est obessorum corporum, vt erat corpus Agag regis Amalechitarum, non minuetur. Neque etiam pauciorē fortientur materiam, quam habuerunt: quia corpora beata non rarefcent plus quam erant, nisi materia esset superabundans,

id quod faceret corpus beatū, turpe quale est corpus, verbi causa, gibbosum, tunc enim gibba detrahetur, & materia illius, vt supra monstratum est, itemque de quavis alia monstrositate. ¶ Quamobrem Durandus, q. 5. huius dotem subtilitatis retulit ad operationes sensificas: siquidè beati habebunt sensiones omnes & intellectiones longe synceriores, quam modo quippe spiritus animales erunt tunc subtiliores multo, quam modo. quia modo ex redundātia humorum, sunt sensiones impure, sæpe: ob hocque spirituale tunc dicendum corpus beatum. Itemque quia corpus subdetur plenè tunc animæ, & nulla erit rebellio carnis ad spiritum: sed illi plenè in motibus animalibus cedet cunctis. At ad aliam rationem theologizat Thom. hac distin. q. 2. art. 3. Existimat enim animam relatum ad corpus esse & formam illius quantum ad esse, quod illi largitur & esse principium, quantum ad operationes animales, & esse motorè corporis. Sic ergo secundum primam considerationē per dotem impalsibilitatis animæ subijcitur plenè corpus, quia perfectissimè susceptum esse conseruatur ex hac dote. Secundum verò secundam, plenè subditur animæ corpus, quia operationes animales assequetur purissimè per agilitatem, quæ est dos, & non solum puritatem & velocitatem sensionum, sed etiā motus localis promptitudinē. Quæstione autem 2. & art. 2. docet spiritualitatem corporis beati ex duobus pendere, scilicet, ex subtilitate, & agilitate. Itaque hæc duæ dotes reddunt corpus beatum spirituale, quod Paulus commemorat seminatur animale, surget autem spirituale, vtraque enim dos, subdit animæ corpus completè. Et quia iuxta Thomam agilitas subdit corpus animæ quoad sensionum synceritatem, & motus localis promptitudinem, super subtilitatem subdere corpus animæ quoad motus animales, scilicet, quoad affectiones partis sensitivæ: vt si eut in Adam iustitia originalis cohibebat illarum affectionū insultus ita & subtilitas in beatis arcet omnino illos, & retinet carnem sine vmbra aut vestigio titillationum. Et idè Tho. has dotes credit esse qualitates consequentes beatæ animæ infusionem in corpus, vt de impalsibilitate prædixerat & supra disertum est.

Beatum corpus quoad sensiones & animales motus perfecte seruiet sane repugnantia animæ beatæ.

Officia & affectus animalium.

Dos agilitatis quid seruiet beatis.

Subtilitas quo pacto congruet corporibus beatis.

Dos subtilitatis quid præstat beatis.

est. Vnde iuxta Th. subtilitas nō est ad penetrādum corpora alia. Beati enim per hāc dotē nō possunt penetrare alia corpora, quia dos hęc nō facit esse ea nō quāta.

**Bonauē. quid de subtilitate** ¶ Porro S. Bonauē. q. vltim. huius art. i. dotē hāc credit esse ad penetrādū corpora alia, quia per illā, beati poterūt penetrare oīa alia corpora. Modū autē penetratio nis multifariā exponit iuxta aliena placita. Et est modus quidā docens, animā beatam posse abstrahere quantitātē à suo corpore, sicut ante beatitudinem poterat abstrahere per intellectū: ita tunc poterit secundū rem, vnde poterit ob hanc causam penetrare corpora. ¶ Verum hic modus est admodum commentitijs, quia tum anima beata posset occidere corpus suū, etenim si potest illud nudare à quantitātē, exuet vitā, quia corpus animatum citra quantitātē nō potest habere vitam, quia corpus non quantū, est non organicū & hoc est non viuū, quia anima est actus corporis organici. ¶ Alius est modus corpora beata per dotem subtilitatis posse penetrare omnia: & sicut aer cedit sagittę volanti, ita corpora cedent omnia corpori glorioso. At iuxta hoc commentū cęlestes globi cedent beatis, at verō post diuisionem eorum, quærendum restat quo modo diuisio restaurabitur: cęlum namque cum non sit rarefactibile, vel condensibile, si diuideretur à corpore beato, necessario condensarentur partes diuisę circūstantes corpus beatum, & quando locum illum cęlestem desereret corpus beatum, rareficerēt partes cęlestes nē esset penetratio dimensionum id quod est contra cęlestem naturā. ¶ Alij verō confugerunt in alia figmēta credentes, corpora gloriosa posse penetrare alia corpora propter eorundem porositatē: quia ex dote subtilitatis hoc nanciscuntur vt sese vertere possint in quascunque volent figuras etiam minimas: vt possint subintrare alia corpora vel per minutissimum porum. ¶ Atqui hoc commentū frivolum satis est. Etenim quærendū esset, vt corpora gloriosa subintrabunt cęlos, qui quidē non sunt porosi? Adhęc omnīū natura constantiū est terminus augmenti, & decrementi. Habent ergo cuncta animalia præfixas sibi figuras vltra quas, vel citra quas non possunt subsistere. Null⁹ enim hominū viuere po-

test sub quātitate fabæ, aut milij, vt neq; sub proceritate montis, ergo sancti nō se possunt vertere in minimas figuras: & fabulis Ouidianis, hoc esset tribuendū, magis quā Theologica veritati. ¶ Bonauē. loco prænotato, post hos modos, adiecit aliū cui hæret. Et modus hic est, dotē subtilitatis auferre à corporibus beatis corpulentia manente illorum quantitate. Et quia quantitas illa nō est corpulēta poterit per dotē subtilitatis, alia corpora penetrare vel subintrare, siquidē corpulentia causa est quod corpora se expellant ab vno loco. ¶ Fatetur igitur quod non sunt corpulenta corpora beata, sed habēt subtilē corporeitatē, & vim actiuā ex dote subtilitatis ad subintrandū alia corpora. ¶ At vero seiscitemur à Bonauē. quid velit per hāc corpulentia, quā submouet à beatis? nunquid grauitatē, & grossitiē corporis? Quod si hoc intellectū voluit, obijciem⁹ illi ablatio grauitatis, imò & qualitātē actiuarū et grossitiē nō facit corpus beatū esse nō corpus. Quāuis enim non sit sine istis sensibile corpus, est tñ verē corpus, igitur si est verē corpus, ergo verē implet locū, si replet locū ex natura sua depellet aliud corp⁹, vel nō permittet esse in eodē loco, vt Arist. dixit de dimensionib⁹ separatis, quas credebāt quidā esse vacuū: illæ enim etiā si essent separate, cęterū replebāt & occupabant locū. Quia ergo sola quātitas est ratio, quare duo corpora nō se admittūt in eodē loco idēo manēte quātitate in corpore beato, nō poterit per dotē subtilitatis aliud subintrare corpus. Refertq; nihil siue adsit qualitas sensibilis, aut grossities siue nō, quia corpora mathematica etiā nō possūt esse in eodē loco propter diuersas illorū dimensiones. Quod verō Bonauent. inquit, corpora nō esse duo ex loco vno vel quantitate, sed ex seipsis: idēo que etiam si sint in loco vno possunt esse duo, nos illidonamus, quātitatē non in diuiduare substantiā, neq; alia accidentia, vt in primo libro Sentent. disserēbamus. Cæterum hic non agimus de principio indiuiduante, sed de principio repugnantia coexistendi duo corpora in eodem loco, & dicimus esse dimensionem quantitatiuam. ¶ Scotus verō dist. 49. q. 16. quantitatem docet non esse causam formalem repugnantia coexistendi duo quanta in eodē loco sed solum virtualem

tualem esse rationem: itemque subtilitatem non esse qualitatem actiuam, vel passiuam. Rursum subtilitatem dotem, esse Dei legem vel ordinem quendam ad posse esse cum alijs corporibus simul. Et hic ordo competit corpori beato ex diuina ordinatione quæ statuit propter merita beatorum, vt beata corpora ex diuina illis assistente cooperatione possint penetrare alia corpora. Vnde primo dixerat dotem hanc esse possibilitatem ad esse cum alio corpore, dein exposuit esse non repugnantiam, tandem esse respectum quendam quæ habent beati ex Dei ordinatione ad esse cum quo voluerint corpore, & illud subintrare. ¶ Consentit igitur & dissentit à Thoma. Cōsentit sanè quia Tho. etiam persuasum habet beata corpora per dotem subtilitatis non posse penetrare alia corpora, quia dos illa non detrahit quantitatem continuam à beatis corporibus. Dissentit verò, quia Thom. contendit dotem subtilitatis esse qualitatem hærentem corporibus beatis & esse actiuam, id quod etiã Bonauēt. & alij vetusti Theologi testantur. At Bonauēt. per solã dotem sine nouo miraculo beatos alia penetrare corpora posse testatur, Tho. verò negat. ¶ Scotus autē secundum rem miraculum confitetur esse necessarium, at quia ex diuino ordine fiet hoc concedente beatis, ideò iustificabitur esse miraculum: quippe quæ ex lege fiunt, miraculo non damus: quandoquidem miraculum, est id quod raro & præter legem naturæ fit. Neque enim operationes sacramentorum miraculosas esse testatur Theologus cum alioqui magni sit miraculi eucharistica operatio. Ioan. Maior iuit in sententiam Scoti, dist. 49. q. 20. credit enim subtilitatem non esse qualitatem fluentem ab anima beata in corpus suum: sed significare in recto ipsum beatum cōnotando Dei legē, ex qua beatus potest esse cum quo voluerit corpore ipsum penetrando. Itemque theologizat de dote impassibilitatis: propter merita enim beatorum, hanc legem Deus statuit, vt essent incolumes, & quod possint penetrare quæ voluerint corpora. ¶ Pueri autem qui ex solo baptismo beatitudinis sunt consortes, non propter sua merita, sed Christi eadem dote subtilitatis insignientur. ¶ Maior igitur sola sermonis phrasi discre-

pat ab Scoto, nã sensu illi consentit. Quod dixerim, quia Scotus dixit possibilitatem ex Dei lege adesse beato, vt cum alio corpore quocumque coexistere possit: esseque istud subtilitatem beatam, & item diceret impassibilitatem esse impassibilitatem ex lege diuina ne beata corpora lædantur ab intrinseco vel extrinseco. Maior verò ipsum beatum secundum, quod ex lege Dei potest penetrare alia corpora dixit esse dotem, et si prius esse dixisset gratiam finalem, at gratia finalis animæ beatæ, est non corporis forma. Et qui luunt purgatorias pœnas habent gratiam finalem, non subtilitatis hanc dotem: ideoque exactius & formalius Scotus loquitur. ¶ Quibus tamen omnibus non subscripsit Durandus, censens beata corpora non posse penetrare alia corpora: siquidem arbitratur istud opus, non solum fugere vires naturæ, sed etiam diuinis non subdi. ¶ Primò quia ex sola diuisione quantitas vna fit duo. Etenim si aquam diuidas, iam sunt duæ aquæ, & hoc ideò, quia quantitas quæ erat vna, & in vno loco, fit duæ, & in duobus locis: itē si partes duas aquæ, quæ erant in duobus locis colligas in vas vnum, iam fit vna, quia existunt in vno loco, quæ erant in duobus, igitur situs vnus facit quantitatis partes esse vnum, & differentia situs facit illas esse diuersas. Vnde videtur situm, seu positionem in loco esse de ratione quantitatis continuæ: igitur si duo sunt quanta duas habebunt loci positiones. Verum hæc ratio ex falso procedit fundamēto, positionem esse essentialem continuæ quantitati. Etenim positio est prædicamentum diuersum à quantitatis prædicamento, & essentialis prædicamentorum nõ permiscetur: quapropter alia est essentia quantitatis continuæ, alia positionis. Siquidem positio est ordo partium quantitatis in loco, vnde sedere vel stare, &c. pertinent ad positionem: verum neque sensio, neque statio, vel cubitus, &c. sunt essentialia quantitatis. At quæ vocat quantitas continua in suam essentialiam est habere ordinem partium in suo toto quarum sit vna extra aliam, id est, distincta ab alia. Et hunc ordinem semper habet quantitas cōtinua, etiam si duo quanta essent in eodem loco. Tunc nanque vna est positio illorum duorum quanto-

Scotus dicitur.

Subtilitas est impassibilitas quid Scotus.

Durandus dissentens à vultu placito Theologorum

¶ Quod dicitur de miraculo hæc est opinio Scoti.

Positio non est essentialis quantitatis continuæ.

rum: at verò singulum illorum suo ordine partium distincto ab altero gaudet, vt partes corporis Christi in Eucharistia sunt sane in eodẽ loco, at verò caput Christi, non est pes, neq; hæc, sunt manus. &c. quia omnes istæ partes non confundunt suum ordinem, ex eo quod vnum obtinent locum. ¶ Hoc exemplum non probaret Durandus cui non arridet corpus Christi in Eucharistia, esse quantum. Verum quando de Eucharistia disseribamus probatissimum fuit nobis corpus Christi in Eucharistico mysterio quantum esse. ¶ Fateor tamen quod quamuis non sit essentialis quantitati continuæ habere partes in distinctis locis, at aptas esse, vt quæ sunt distinctæ partes, distinctis respondeant locis, & ab illis posse circumscribi esse essentialis quantitati continuæ. ¶ Dicamus igitur partes aquæ esse vnum quando vnum occupant locum, & esse diuersas quando duobus circumscribuntur locis. Cæterum hoc exemplum non colligit vnitatem loci esse essentialem vnitati rei, aut diuersitatem loci esse essentialem diuersitati rei sed solum quod à posteriori ex vnitatem loci vel diuersitate testatam habemus rei vel vnitatem vel diuersitatem. ¶ Secundo nititur summi persuadere placitum, quia si Deus posset duo corpora collocare in eodem loco, etiam posset partes eiusdem corporis replicare supra seipsas, vt decupedaneam conducere, ad quinquipedaneam quantitatem, & hæc ad pedaneam, & hæc ad semipedaneam & deinceps ad minimam quantitatem. Quod si istud concesseris, posset Deus montem conducere in minimam quantitatem, & ita maximum corpus posset Deus collocare in minimo loco & totum cælum cogere ad quantitatem milij, quod videtur impossibile. Hoc tamen solues, argumento donando, quod putat incommodum. Deo enim subest maximum montem cogere ad minimam quantitatem, siquidem tum partes montis essent eadẽ, quæ prius, quamuis alium ordinem haberent ad locum quam prius habebant. Et istud nullam implicat contradictionem. Maxime quia credimus partes dominici corporis sine ista replicatione partium, esse omnes simul in eodem loco in Eucharistia. Non me later ibi partes esse modo non quan-

Argum. Durand. soluantur & proponuntur.

titatio: verum istud maioris est miraculi, quod sint partes quantitativæ, & sint modo non quantitativæ. ¶ Sed neque tertium illius argumentum nervos habet: colligit enim satis extra rem, quia inquit, partes vnius motus non possunt esse simul duratione, imò repugnat motui, partium simultas durationis: ergo similiter repugnabit duabus quantitativis simultas secundum positionem. ¶ At verò prompta est huius nodi solutio, successio enim secundum prius, & posterius est essentialis motui, est enim motus actus entis in potentia secundum quod est in potentia, at verò quantitas continua non finitur per ordinem ad locum, sed continuum est cuius partes sunt vnum: esse autem vnum, non denotat esse in eodem loco, sed quod vnica copulentur superficie, quare alia est ratio, huius & alterius. ¶ Quartam etiam argumentum est flaccidius propositis ab eo hæc enus, quia inquit, duo accidentia eiusdem speciei, non possunt esse in eodem subiecto, duo etiam corpora non possunt esse in eodem loco. Est enim in primis antecedens falsum: quia in oculo meo est visio Petri & Pauli, quæ sunt eiusdem speciei: & relativa accidentia solo numero diuersa, accidit esse in eodem, vt duæ similitudines albi vnus ad duo alba: & duæ paternitates vnus patris ad duos filios. Et si donamus antecedens, etiam nū nihil colligit: etenim duæ dimensiones duorum subiectorum non sunt accidentia loci, etenim dimensio non est in loco, vt accidens in subiecto, sed vt circumscriptum in circumscribente, vel vt locatum in loco. Sunt autem duæ dimensiones & si faciat illas Deus esse in eodem loco in distinctis subiectis, idè argumentum ruit. ¶ Sunt porro aduersus Durandi sententiam argumenta non pauca, quæ ipse soluit, sinistre tamen. Primo quia Christus natus est ex Maria virgine, illæ sis pudoris claustris, igitur Christi corpus fuit simul quando nascebatur cum claustro virgineo. ¶ Hoc obiectum diluit dicens fuisse alium modum Deo possibilem, vt Christus nasceretur illa sa matris virginitate, nempe per dilatationem meatuum, & nervorum sine vlla ruptura & fractione ad quem modum mulieres parerent, si status ille Paradisi persistisset, yt

Successio est essentialis motui, at posito quantitati permanentiori est essentialis

Quo virgo etia & in potuit re Chr

Durus Tertullianus

vt August. cōmemorat. 14. de Ciuit. Dei, quia tunc parerent sine vllō dolore, item que conciperent. Et quod ita factum fuerit in Virgine sacra nititur probare proferens verba Gregorij Nisseni, & Ambrosij tractantis verbum illud, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur, Lucæ. 2. Hoc inquit, Nissenus legis decretum, in solo incarnato Deo singulariter, & ab alijs differenter impleri videtur. Ipse nanque solus ineffabiliter conceptus, at incomprehensibiliter editus virginalem veterum aperuit, non ante connubio referatum, seruans post partum mirabiliter signaculum castitatis. Ambrosius illi concinens, inquit, lib. 2. cōment. in Lucam. Non enim coitus secreta vuluæ virginalis referauit, sed immaculatum semen inuiolabiliter Spiritus sanctus infudit. Et subdit, Qui ergo vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt anima exiret. At verò in re hac Durando non est acquiescendum etiamsi verba Sanctorum præferunt Durandi placitum, & non solum quæ ipse protulit, sed etiam apud alios Doctores fere sunt eadem verba. Nam Origenes libr. 14. in Lucam omnium inquit mulierum, non partus infantis, sed coitus viri vuluam referat, matris verò Domini eo tempore vulua referata est, quo & partus editus. Tertullianus quoque ad finem libri de carnis resurrectione sic inquit, Hæc denique vulua est, propter quam & de alijs scriptum est, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. Quis tam verè sanctus, quam Dei filius? quis propriè vuluam adaperuit quam qui clausam patefecit? Cæterum omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa, itaque magis virgo non dicenda est, quam virgo saltu quodam mater ante quam nupta. Et quid vltra de hoc retractandum est cum hac ratione Apostolus non ex virgine, sed ex muliere editum filium Dei pronuntiauit? Agnouit adaperitæ vuluæ nuptialem passionem. ¶ Quæ quidem verba si cum aliorum citatorum Doctorum contuleris sermone, videtur confessum illis fuisse, Christum adaperuisse propriè vul-

uam matris & proprius, quam alij nati. Quippe alij, iam quando enascuntur, inueniunt vuluam maternam ex coitu apertam: at Christus nascens, non inuenit apertam, sed ipse illam aperuit, id quod Durandus exposuit per dilatationem neruorum, & meatuum accidisse.

¶ At verò si Anathomici antiqui sunt audiendi, virginibus est quidam virginalis panniculus, cuius nos meminimus, quando de matrimonio agebatur. Hunc autem panniculum vocant Hymen, aut Hymenæon: & vt aiunt in primo coitu rumpitur, ynde femine testantur primam coitionem esse acerrimam. Quod si hæc anathomia vera est, nulla dilatatio neruorum, aut meatuum sufficit ad edendum infantem, nisi prius rumpatur hic virginalis panniculus, veruntamen hoc non probant iuniores Anathomistæ, quia in Anathomia virginum hic panniculus non extat, at fatentur, collū matricis quod est musculosum, & neruosum ex ipsa textura esse angustum valde in virginibus. Iam verò si tanta esset dilatatio in sacra virgine, & relaxatio musculorum, & neruorum, vt Durandus fatetur, quæ satis fuisset edendo Domino vtique non posset esse insignis hæc dilatatio sine dolore musculorum & neruorum virginis, quia illi esset violenta, & dolor est sensio ex diuisione continuitatis. Hoc autem concedere esset hereticum, neque Durandus illud concedit, quod tamen cōsecrarium est ad illius placitum. Quod si dixeris fuisse illam dilatationem non dolorificam, ex miraculo, vtique si miraculum amas aptius est fateri miraculum penetrationis, quod scilicet corpusculum infantis Christi nulla dilatatione relaxante neruos & musculos colli matricis virginæ prodierit in orbem, quam quod illa relaxatio fuerit facta citra dolorem ex miraculo impediente dolorem.

¶ Quamobrem ego nō subscribo Durando in placito isto, sed potius certum habeo Christum dominum natum ex sacra virgine integris, & non dilatatis, aut relaxatis virginis claustris. Neque solum puto virginem dicendam quia nunquam fuit experta coitum, aut Venereæ voluptatis pruritū, sed etiam propter integritatē claustrorum, yt fit vndecunq;

Tom. 3. D virgo

Quo modo virgo intacta & integra potuit parere Christum.

Anathomistæ antiqui de virginali.

Durus locus Tertulliani.

Durandus resellit.

virgo, & mente & corpore, & vndecun-  
que integra & mente & corpore, vt illi  
concinant, quæ Ecclesia illi aptat ex Can-  
ticis capit. 4. Hortus conclusus, fons si-  
gnatus. Et quæ ex Ezech. capit. 44. Hæc  
porta clausa erit, &c. Virgo igitur con-  
cepit Maria, quia citra coitum, & sine ti-  
tillante libidine, & virgo peperit, quia  
integerrima peperit. Quocircâ magis  
probo dogma Scoticum. Fide, inquit, te-  
nemus, quod Christus natus est ex Ma-  
ria virgine, & remanserunt integra clau-  
stra virginis. Neque ab re credidit, hoc  
esse fide tenendum, quippe fides confite-  
tur Mariam esse virginem ante partum,  
& post partum: si verò illa dilatatio & re-  
feratio claustrum virginis concederetur  
non prorsus virgo post partum esset nun-  
cupanda, quia virginalis hæc deficiebat  
integritas. Vnde Tertullianus admittens  
hanc refectionem virginalis vuluæ, item  
concessit non nihil habuisse non virgi-  
nis, vt supra indicabam. Et quidem Du-  
randus lapsus est in hunc, quem existimo  
errorem, propter rationes Sophisticas  
probandes duo corpora non posse si-  
mul esse in eodẽ loco. Propterea autẽ pu-  
to fuisse erratum à Durando, quia omne  
dogma lædens vel in modico splendo-  
rem virginitatis Beatæ Mariæ, erratum  
est. Quod vero citat ex Gregorio &  
Ambrosio, & ego citabam ex Origene,  
& Tertulliano diluetur si dixerimus, ver-  
ba sacra omne masculinum adaperiens  
vuluam, &c. intelligenda ad hunc mo-  
dum. Omnis masculus quis nascetur san-  
ctus Domino vocabitur: hoc enim signi-  
ficat adaperire. Dominus igitur quia ve-  
rè natus est ex Maria virgine, ideo Lucas  
hoc testimonium illi aptauit, quando  
fuit in templo oblatum. Non ergo ape-  
ruit referando, sed nascendo: aut non re-  
ferauit frangendo aut dilatando beatæ  
vuluæ claustra, sed per illa prodiens. Ter-  
tul. autem verba non est cur multi facia-  
mus, cū in alijs etiã alienus est à veritate.

Secundũ er-  
racũ Durãdi  
Qua ex re peius erratum erit si dixeris,  
vt ipse dixit Durandus, Christum in nati-  
uitate sua non penetrando vuluam virgi-  
neam natum fuisse, sed cum esset in vte-  
ro, se collocasse extra vterum Virginis:  
quia potest Deus facere quod corpus v-  
num transeat ab extremo in extremum  
intactò medio. Et istud est aliud cõmen-

rum, quod est commentus ipse, vt Chri-  
sti natiuitatem fieri citra penetrationem  
corporum defenderet.

¶ At verò si hoc admittendum foret,  
equidem admittendum quoque esset,  
Christum non fuisse ex Maria virgine:  
siquidem non exiuit per natalitium lo-  
cum, per quem naturaliter exeunt quot-  
quot nascuntur. Siquidem si Deus corpus  
Christi intacto medio, scilicet, virginea  
vuluam, collocauit extra, nõ ergo natus est  
ex Maria virgine, aut virgo Maria illum  
peperit, id quod est hæreticum. ¶ Simili  
arte deludit argumentum secundũ, quod  
illũ videbatur premere. Num Christus est  
ingressus ad discipulos suos ianuis clau-  
sis, & exiuit de sepulchro clauso lapide:  
nanque mulieres cõquirebant inuicem,  
Quis reuoluet nobis lapidem: & venien-  
tes ad sepulchrũ Dñi inuenerunt lapidẽ  
reuolutum, quem reuoluerat Angelus de  
cælo. Mat. 28. Marc. 16. Igitur dñs surre-  
xit de sepulchro obdito lapide: vnde pe-  
netrauit lapidem corpus dñi: & fores itẽ  
domus vbi erant discipuli absconditi pro-  
pter metum Iudæorum. Ioã. 20. Christus  
penetrauit, quia clausæ erant, quando do-  
minus intrauit. Huic argumento respon-  
det ex scripturis non colligi, neq; ex de-  
creto ecclesiæ, Dominũ per fores clausas  
ingressum fuisse visurum Apostolos suos  
aut obditum sepulchrũ lapide dominum  
subintrasse, quando resurrexit à mortuis,  
Quia, inquit, potuit Christus ex agilitate  
sui corporis, per fenestras ingredi, aut  
potuit sua potentia subito referare fores,  
& subito claudere post ingressum, & hæc  
referatio latuit discipulos, ideo scripsit  
Ioannes, quod credidit fores, scilicet, esse  
clausas: aut potuit se vertere in pusil-  
lam figuram, vt per rimulas domus in-  
traret. Aut quod illi videtur probabili-  
us, potuit Christus suum corpus quod  
iacebat in sepulchro, collocare extra se-  
pulchrum intacto sepulchro, vt in Eu-  
charistico mysterio credimus fieri Do-  
mini corpus intactis globis cælestibus  
præsens esse altari. Itemque non pene-  
tratis foribus, se præsentem potuit fa-  
cere Apostolico Collegio. Porro duo  
puto consideranda in re hac, alterum  
est, quod omnium istarum euasionum,  
quæ coloratior, vltima est: siquidem  
quod dominus non perforares, sed per fene-  
stras

Refellitur  
mentum Du  
randi.

stras intraverit, figmentum est sine colore. ¶ Quandoquidem cum fenestras sint strictiores ianuis Dominum oportuisset minuere staturam suam, ut per fenestras pateret sibi ingressus. At vero etiam si beati se possent ostendere in minori statura, quā sunt, & aliā demonstrare obtutibus nostris formā, ut Dominus obiecit Magdalene hortulani formam: at quod possint minuere verē illam nō videtur, ut neque poterunt illam augere. ¶ Indeque eliditur altera Durandi euasio, dominum per rimulam domus Apostolicę fuisse ingressum. Quid ergo accepit breuitatē cicadę dominus, aut vesperilionis, aut culicis, ut per rimulas posset ingredi? Equidem sub tanta breuitate non potest subsistere humana natura nisi nouum effingas miraculū. ¶ Accedit eodē quia Ioā. ait, dominum venisse ad discipulos, tum cum sero esset factū, quia expectauit dominus ut omnes Apostoli congregarentur, ut exponit Theophilaet⁹, forte ergo ob hanc causam iam nox erat & clausę erant ianux, imo & fenestras, idē nō poterat ascendere per fenestras nisi penetrādo. Et quid euāgelica cōmemorat lectio, qui non intrat per ostiū sed ascendit aliunde fur est & latro? Non autem decebat, ut Dominus instar latronis ascenderet aliunde, & non intraret per ostium. ¶ Et quod subdit Dominum fortē subito aperuisse ostia domus Apostolicę, & intrasse, & subito clausisse, nō probo, siquidem si res ita se habuisset Ioānes mendaciter scripisset cum fores essent clausę, significans Dominum intrasse clauso ostio. ¶ Quod igitur postremo subiecit videtur probabilius, si dogma quod amat verum esset, videlicet, Dominum se collocasse vltra fores, non pertransendo fores, & extra sepulchrū simili modo. ¶ At si ita factum est dñs non accessit ad fores, si per illas non erat transiturus Dominus? Et equidem ex diuinis literis non est perspicuum, ut gesta hęc sunt, an pertransiuit Dominus sepulchri lapidem, & fores Apostolicę domus. Cæterum diuinę literę satis ostendunt si librentur, dominū clauso sepulchro surrexisse à mortuis, & clausis ianuis venisse ad Apostolos bis. Neq; Ioā. tanti faceret memoriā ostij clausurę, semel, atq; iterū docens dominū venisse cū clausę erant ianue, nisi ut

Ioan. 20.

insinuaret miraculū, quod clausura illarū domino non obstitit quominus ingrederetur, Et rursus Mattheus & alij Euangelistę nō siuerunt lapidē post resurrectio nē fuisse reuolutū, nisi ut docerent dominū clauso sepulchro surrexisse. ¶ At vero modus huius exitus, si fuit se collocando extra sepulchrū, non pertransendo sepulchri lapidē operculū, aut ingressus in domū; Apostolici conuentus, si fuit eodē modo, non penetratis foribus, aut penetrādo fores, istud est magis latēs, & quod scriptura docere non videtur. Cæterū si natiuitatē domini ex Deipara Maria, nō possum⁹ aliter rectē intelligere, nisi quod corpus Christi infantile penetrauerit virginalia claustra, quid obstabit quo minus idē dicamus de ingressu ad discipulos, & de exitu per sepulchrū clausum. Vnde August. homil. 120. super Ioan. Moli quidem corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterūt: ille quippe eis nō aperitis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et rursus in sermo. 1. de resurrectio. Nonnulli de hac re ita mouētur afferentes cōtra miracula diuina præiudicia ratiocinationū suarū: sic enim disputāt, si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno quomodo per ostia clauia intrare potuit? Si cōprehendis modū non est miraculū, vbi deficit ratio ibi est fidei edificatio: vbi vides Augustinū corpus Christi tradere intrasse per ostia clausa, id quod fieri non poterat nisi illa penetrando. Et demū hoc est recipiendū, & probandum dogma dominū natum penetrando claustra matris, & surrexisse superiacente lapide sepulchrū, & ingressum ad Apostolos per ostia clausa. ¶ Et quidem male se extricat ab argumento alio Durandus, videlicet, Dominum ascendisse in cælum & supra omnes cælos, quid ergo diuisit spheram aeris, & ignis, & cęlestes globos? Ille fatetur Dominum diuisisse cælos donec ascenderet in Empyreum cælum. Et consequenter testatur beatos ascendētes in cælos post diem iudicij gloriose acceptis corporib⁹ diuisuros cęlestes spheras, quia reputat absurdum beatum corpus non posse esse nisi cū cęlo. At vero nullā absurditatem video, quod corp⁹ beatum sit semper intra cælum, & cælum intra ipsum, quippe cælum est nobilissimū & di-

Matth. 28.  
Luc. 24.  
Marc. 16.  
Ioan. 20.

Christus surrexit clauso sepulchro & penetrādo lapidem sepulchri.

gnissimum corpus, intra quod esse volu-  
ptati erit nō radio. ¶ Et rursus si diuidunt  
corpora sanctorum caelestes globos: ad  
eum igitur modum mouebuntur in cæ-  
lo, ad quem pisces in aquis. Quare con-  
sequitur sicut ad motum piscium fit ra-  
refactio aquæ, & eiusdem condensatio,  
ita erit in cælesti corpore. Vnde cum ra-  
refactio & condensatio, sint alterationes  
quædam, quia sunt motus ad qualitates  
nempe ad raritatem, & densitatem, cæ-  
lestes globi erunt alterabiles à corpori-  
bus sanctorum: imo cum sanctis liberum  
erit, per omnes discurrere cælos, cæ-  
li semper alterabuntur, & erunt in per-  
petua diuisione, & rarefactione, & con-  
densatione. Quamobrem, vt hoc vite-  
mus incommodum, aptius theologiza-  
bimus cum communi schola si dixerim-  
us corpora beata penetratura cælestia  
corpora: & hæc penetratio quia erat fa-  
cillima, illis voluptifica erit, & maxime  
ad laudem Dei, qui talem potestatem de-  
dit hominibus beatis, vt essent instar An-  
gelorum Dei. Nanque hæc in re etiam e-  
runt similes spiritibus Angelicis: nanque  
spiritus penetrat corpora. Et illud Euan-  
gelium hic. 20. in resurrectione, neque nu-  
beant, neque nubentur, sed erunt æquales  
Angelis Dei, non solum dictum puto,  
quia beati nulla venere agitabuntur, sed  
etiam propter rationem commemorata-  
tam. ¶ Quid quod ex Paulo ad Hebræos. 4.  
Admonemur Christum ascendendo à the-  
ra, penetrasse cælos. Habemus ait, Ponti-  
ficem magnum, qui penetravit cælos:  
Hæc autem verba nisi torqueas illa pla-  
nè denotent dominum non diuisisse cæ-  
los, sed penetrasse. ¶ Scio hoc verbum  
in scripturis sanctis non semper denota-  
re penetrationem Philosophis consue-  
tam, quia. 2. Timoth. 3. de quibusdam tra-  
ditur quod penetrant domos viduarum.  
Cæterum locus citatus ad Hebræos, pla-  
nè penetrationem ad sensum Physicum  
denotare videtur. ¶ Quod si Christus  
cælos penetravit, beati etiam penetra-  
bunt: quippe ad Philip. Paulus scribit. 3.  
reformabit corpus nostrum configura-  
tum corpori claritatis suæ, igitur beatitu-  
do corporum sanctorum, quæ vocatur à  
Paulo reformatio, erit similis beatitudi-  
ni corporis Christi.

Christus ascē-  
dens in cæli  
non diuisit il-  
lud sed pene-  
trauit.

1. Conclusio.

¶ Iam verò aliquot tibi subiungam con-

clusiones decidendæ quæstionis huius  
gratia. Prima conclusio, duas quantita-  
tes non posse esse simul nō procedit, quia  
sibi inuicem sunt contrariæ. Hæc non est  
obscura ex Aristo. quia quantitati docet  
in categorijs, nihil esse contrarium, igitur  
duo corpora quæta non habent repugnan-  
tiam contrariorum. Rursum contraria  
nata sunt fieri circa idem, at quantitates  
duæ non possunt esse in eodem subiecto.

¶ Secunda conclusio, habet repugnanti-  
am duæ quantitates quoad locum. Hæc li-  
quet, quia locum occupat quantitas cor-  
porea, & ideò occupat, quia impedit ne  
alterum corpus simul in eodem loco exi-  
stat. Aliàs si admitteret aliud corpus, ip-  
sa non occuparet: at verò ipsa occupat. Et  
ideò expellit à se non formaliter, quia ex-  
pulsio formalis est contrariarum qualita-  
tum, sed expellit impediendo, & obstan-  
do ne alterum corpus secum coexistat.

¶ Tertia conclusio, hanc repugnantiam  
naturalem diuina potestas euincere po-  
test faciens duo corpora quæta esse simul.  
Hanc habebis, quia prius natura est quan-  
titas habens esse quantitatis, quam quod  
occupet locum. Illud nanque est ceu ef-  
fectus quidam, qui consecratur quantita-  
tem, Deus autem potest facere quod prius  
fit sine posteriore: & quod quantitas sit &  
non occupet: quod si quantitas potest ef-  
se & non occupare, poterit admittere tunc  
aliam quantitatem, quia prior non occu-  
pat ex Dei miraculo locum, etiam si sit  
in loco. ¶ Ad hæc Deus potest collo-  
care corpus quantum in vacuo. Vel igitur  
poterit simul cum illo aliud corpus  
constituere vel nō: si non potest cur non?  
maximè quia occupat locum: sed tum  
non occupat locum, igitur si non occu-  
pat, poterunt duo corpora tunc Deo præ-  
stante esse simul. Quod si in vacuo pos-  
sunt esse simul cur non in pleno? nun-  
quid potest plus Deus in vacuo quam in  
pleno?

¶ Quarta conclusio, corpora beata pene-  
trabunt cælestes globos: liquet ex dilertis.

¶ Quinta conclusio, si per dotem subtili-  
tatis corpora beata penetrabunt cælos, vt  
credit Bonauent. per eandem possent pe-  
netrare alia corpora gloriosa. Etenim vir-  
tus illa subtilitatis non est arctata magis  
ad gloriosa, quam non gloriosa, quauis  
sancti non vtentur hac facultate pene-  
trandi

2. Conclusio

3. Conclusio.

Deus potest  
facere quod  
corpus quan-  
tum non oc-  
cupet locum  
& quod sit in  
loco.

6. Concl

7. Concl

trandi alia corpora gloriosa, quia indecens erit. ¶ Si vero virtus hæc subtilitatis seu potentia non ad hoc seruit, sed solum Dei miraculum hoc donabit sanctis, ut Thomistæ autumat, tunc non poterunt beati penetrare alios beatos, quia Deus istud non operabitur: quia non est necessaria beatis, neque expediens hæc penetratio, nam ad nihil seruiet. Beati enim non se obijcient alijs beatis penetrandos, quia non prementur angustia locorum, ut sit necesse beatum penetrare beatum. Sunt qui colligant, si possent penetrare se inuicem, igitur vir beatus posset penetrare beatam foeminam: At verò istud nihil pendas argumentum, quia tunc neque vestigium tenue Veneris erit in beatis. Idem dicito, si libet cum Scoto de dote subtilitatis philosophari. Enimvero si dos hæc est non repugnantia ad subintranda alia corpora ex lege Dei concessa ad istud beatis, utique non poterunt penetrare gloriosa corpora, quia lex diuina de re hac non erit, utpote quæ superuacanea fuisset. ¶ Sexta conclusio, per dotē subtilitatis non poterunt beata corpora alia penetrare, quæcunque illa dixerit esse. Hanc collige, quia dos subtilitatis non detrahit quantitatem à corpore beato, quia dos hæc erit qualitas hærens quantitati, at manente quantitate penetratio repugnat cum quantitate. ¶ Septima conclusio, si dos subtilitatis est qualitas, aut non qualitas, sed quædam possibilitas ad penetrandū alia corpora, ex Dei lege, problema est: quamuis mihi non est ingrata opinio negans esse qualitatem, & concedens esse illā non repugnantiam quam sepe cōmemorauī. ¶ At obiectabis forsan, vel Deus potest facere qualitatem aliquā per quā corpora beatorū possint penetrare alia corpora, vel non: si non ostende implicationē, si potest, cur non faciat? siquidē hæc qualitas exornabit oppido sanctos. ¶ Respondebis, quod implicatio hæc est, si per qualitatem huiusmodi quātitas gloriosi corporis, aliud penetrare potest, igitur ex quātitate fiet nō quātitas ipsa manente alioqui. Probo cōsequentiam: quia si penetrat quātitas aliam quantitatem per formā sibi coherentē, iam ergo penetrat per naturā suæ formæ, & ita naturaliter penetrabit, sed quod penetrat naturaliter quantitas non est, & per te est

quantitas, igitur idē erit quātitas & non quātitas. Neq; subterfugiendū erit penetrare, non per naturā suā, sed per accessoriā qualitatem: etenim hæc accessoria qualitas est per quā ipsa quātitas distrahitur à propria natura. Nā si contēdis quod seruatur illius natura, igitur nō potest penetrare, si nō seruatur, ergo diluitur quātitas. Quod si dixeris, mēs hominis per charitatem nō amittit naturā, sed leuatur ad diligendum Deū super omnia, quod est supra vires illius, & hoc fatemur: aliud est leuari supra vires, aliud est cogi cōtra vires, aliud est naturā perficere, aliud illā destruere. Illa enim subtilitas si faceret quantitatē penetrantē euerteret naturā quātitatis at charitas perficit humanā mētis naturā, quia diligere super omnia Deū non est contra, sed supra naturā. ¶ Insultabis adhuc, si nō repugnantia est subtilitatis igitur non est dos. Probabis consequentiam quia dos significat aliquid positiuū, at nō repugnantia est negationis nomen. At verò dicebamus supra, quod repetere non erit inutile dotis nomen vsurpare Theologis metaphoricē, ideo non est necesse, ut omnia illi conueniant: quæ sunt propriè dotis. ¶ Quid quod si horres vocare non repugnantiam dotem, voca illā possibilitatem ad penetrandum alia corpora, quæ adest beatis, voca dotē, quia possibilitas illa seu facultas dos rectē potest nuncupari, neq; est necesse esse qualitatem coherentē. Et hæc Paulus intellexit, aut intelligere potuit, per verba illa, surget corpus spirituale. Quia sicut spirituales substantiæ possunt penetrare corpora, ita corpora beata facultate hac spiritali gaudebunt. Corpora autē nostra nunc appellantur à Paulo animalia, quia hac facultate animalia non sunt prædita. ¶ Forsan non quiescit animus adhuc & obijcies, vnde colligemus legē hæc, vel pactū cum beatis diuinum de penetrandis corporibus? Vtique colligimus, quia beati in cælis residebunt & per illos discurrent, sed non diuident cælos, igitur penetrabunt illos non virtute propria, igitur diuina, ergo cum hæc virtus omnibus beatis sit communicanda, & non alicui singulariter, idē erit lex hæc prædicta beati corporis, quocirca non insulse Scotus illam vocauit diuinum ius, aut diuinam legem, Thom. arrisit dotem subtilitatis alio de-

Possibilitatem ad penetranda corpora dos est subtilitatis.

ferre, videlicet ad subiectionem plenam reddendam corporis ad animam, vt nulla sit in beatis carnis insolentia contra spiritum, quia hoc videtur Paulus intellexisse per corpus spirituale: neque hoc improbabiler dixit argumentum ante oppositum diserta soluunt, vnde non est opus facto illi soluendo amplius incumbere.

## DISPUTATIO QUARTA.

An beata corpora per agilitatem dotē mouebuntur in instanti?

**N**T VIDEBITVR alicui forsan illa posse moueri in instanti. Et primo, quia successio motus localis procedit ex resistantia vel mobilis vel medij, at verò corpora beata non resistant animabus mouentibus, neque aer resistet aut ignis, &c. Probatur minor, quia corpora beata nihil habebunt ponderositatis testante August. 22. de Ciuit. Dei. Et rursum, quia si graue esset corpus gloriosum, violenter esset in caelo, quia graua ex naturali appetentia appetunt infima loca, & fugiunt suprema: at verò si violenter ibi relidet violentum est, nullum perpetuum. Et praeterea si esset graue sua grauitate & pondere resisteret animae mouenti, vnde accideret fatigatio in motu beati corporis, quod est incommodum admittere, quia illo admissio, beatitudini sanctorum detraheretur: nam vbi fatigatio ibi molestia, & vbi molestia ibi beatitudo desideratur. Secundum probatur, quia elementa non resistant, neque caelestes sphaerae beatis, siquidem illa omnia possunt penetrare beati: igitur hoc illis non obstat, ergo mouebuntur in instanti. **S**ecundo finge corpus beatum in vacuo mouebitur in instanti. **A**r. 2. 4. Physic. text. comment. 71. quia non habet resistantiam, at verò plenum non magis resistet corpori beato, quam vacuum igitur per plenum mouebitur item in in-

stanti. **I**ndiuersum est, quia animal habet motum progressiuum, vt animal est & habet motum elementi praedominantis, vt mixtum. 8. Physic. text. comment. 27. & in secundo capit. lib. de substantia orbis. Vel ergo beati mouebuntur motu animalis, & hic necessario est progressiuus: progressiuus verò non potest esse instantaneus, siquidem mouetur pars post partem: obiectum siquidem mouet potentiam, & potentia excitat appetitum: & hic, cor, & cor potentiam motiuam. &c. Vel beati mouebuntur ad motum elementi praedominantis, at elementum illis praedominans, vt in ceteris animalibus terra est, terra autem non potest exhibere motum instantaneum.

**D**isputatio haec eadem premitur difficultate, qua priores, siquidem cum Theologia verset supernaturalia, quae humanitus vel comprehendi vel vestigari nequeunt, necessum est, vt oracula petamus diuina ad illa indaganda, quadoquidem natia ratio non sufficit illis rimandis. Quod si oraculis destituimur forte diuina, aut ecclesiasticae decisionum standum erit, aut doctorum sunt amplectenda decreta. Dotes autem istas quamuis diuina spirent eloquia, at verò multa particularia sunt, quae de illis scholares Theologi differunt, quae ex diuinis non possunt retolui testimonijs, aut ex Ecclesiasticis non possumus edoceri institutis: qualia sunt, quae modo vocamus in questione, an beati praediti agilitatis dote, mouebuntur in instanti, num agilitas sit qualitas ab anima beata effluxa in corpus, an à Deo indita, an potius non sit qualitas, sed quaedam habilis corporis gloriosi, ad ocysimum motum, an grauitas tum erit in corpore glorioso, an solo mouebitur progressiuo motu: an etiam praeter progressiuum, habebit alium motum? An anima habebit geminam virtutem aliam organicam in exercendo motu progressiuo, aliam non organicam, in mouendo totum corpus non progressiuo? An sit haec duplex vis re, an ratione diuersa? An sancti stabunt semper in caelis, an sedebunt aliquando, an possint iacere in caelo, & alia hoc genus disputant Theologi.

**E**t quidem esse qualitatē Tho. Bonauē. Richard. & alij vetusti Theologi confes-

Argum. in diu. uerum.

Theologia verat super naturalia.

Natua ratio non sufficit indagadis supernaturalibus rebus.

Placita ror.

Anima est ror corporis & forma.

Placita aut  
rum.

sum habent. Existimant enim esse quali-  
tate quandam motiuam agilitate, per quam  
corpus beati potest se in omnem differen-  
tia positionis subito agere. Itaque agilitas  
est a Deo concedenda sanctis, ut quocun-  
que se voluerint agere nullo negotio se  
agant siue ad superna volando, siue ad in-  
ferna descendendo, siue ad orientalem, siue  
ad occidentalem, siue ad Australē, vel Bo-  
realē plagam se agere voluerint. Quippe  
per agilitatem corpus beatum plene sub-  
ditur anime, ut motori, ut enim corpus  
per impassibilitatem subditur anime, ut for-  
ma: ita per agilitatem subditur illi ut moto-  
ri. Est enim anima motor, & forma cor-  
poris. Vnde Bonauentura q. 8. art. vltim. hu-  
ius dist. fatetur corpora beata esse exuen-  
da gravitate, ut agilitas nihil impedi-  
menti ferat ad suam functionem exercendam, con-  
tradictentibus Palud. & alijs, quibus ma-  
gis placet illa futura esse cum sua gravita-  
te, etiam si impedita perpetuo. Namque e-  
lementa erunt tum cum propria gravita-  
te & leuitate ceterum impeditis. Et rur-  
sum membra genitalia erunt beatis, sine vi-  
su. Utaque ut hos assequaris scito ad horum  
placitum quod agilitas, neque est grauitas,  
neque est leuitas, neque temperata ex istis al-  
ia qualitas, sed quedam qualitas superna-  
turalis, quae inclinatur ad omnem locum & ad  
omnem differentiam loci. Et quidem cum  
motus iste indifferens solius sit anime. 2.  
de Anima, cum haec qualitas non sit viues,  
non est perspicuum videre quo modo in-  
clinabit ad omnem locum. Et quod per  
illam erit naturale beato siue esse sursum  
siue deorsum, siue in oriente, siue in occi-  
dente. Et quid, nunquid per istam qualitate  
peterit se beatus moueri circulariter, &  
hic orbicularis motus erit corpori beato  
naturalis, quia sibi congruet ex qualitate  
sibi cohaerente. Quo fiet haec qualitate  
esse caelestem, siquidem circularis motus nul-  
li naturaliter competit, nisi caelesti corpo-  
ri. Poterit corpus mixtum simplices quali-  
tates non potest habere, igitur neque caele-  
stem qualitate, quae omnium simplicissima  
est. Et miratu est quam dignissimum quod  
istis autoribus non fuit alioqui mirabile,  
quod ab anima fluat haec qualitas, & aliae  
qualitates dotales, de quibus supra dictum  
est. At vero de hac re si est qualitas agi-  
litas, aut non est qualitas, satis superque a-  
ctum est superioribus sermonibus: ideo

superuacaneum duco illa rursum huc voca-  
re. Veruntamen animam esse motorem cor-  
poris, aut motricem, & ideo agilitas ornat  
beatum corpus, ut subdatur plenarie volun-  
tati anime volenti quoquo versus suum agi-  
tare corpus, non vacat ab ambiguo. Ete-  
nim et si Aristoteles. 2. de Anima docere  
videatur animam esse causam efficientem  
motus corporis, tex. 37. ceterum Alexan-  
der. 2. de Anima cap. de impulsu, & vi im-  
pulsiva, testatur diuersum, animam non mo-  
uere corpus, quia ipsa non est per se mo-  
uens. Solum igitur illas formas vocat  
motores, quae per se subsistunt: quales  
sunt Angelicae substantiae, quae per se mo-  
uent orbem, & non mouentur ab orbibus  
quos circumagunt, quia non sunt formae  
ipsorum. Atqui anima non per se subsi-  
stet, sed est actus totius hominis, ideoque  
cum actio sit tribuenda supposito, totum est  
quod se per se mouet, non anima, quia ip-  
sa mouetur a toto, quia est actus totius, &  
motus nobis mouentur omnia, quae sunt  
in nobis. Est sane ratio anima cur totus  
homose moueat, id quod indicat cadaver  
quod non potest se mouere, quia anima  
abest, at vero proprie non mouet, neque  
est motor, quia non subsistit per se: sed est  
actus per se subsistens. Quapropter non  
est ad exactum libratus iste sermo, anima  
est motor, imo totum est quod mouet: ce-  
terum quia est ratio vnde motus, ut leui-  
tas est ratio, vnde ignis feratur sursum, &  
calor, vnde calefaciat, proinde ferri po-  
test sermo hic. Est igitur, ut semel dixi-  
mus agilitas haec, habitus quaedam & fa-  
cilitas ad motum localem in omnem diffe-  
rentiam proferendum. Haec autem facilitas  
poterit contingere sanctis citra ullam qua-  
litate, sed ex nouo statu beatitudinis cor-  
porum: siquidem corpora illa nulla viscosi-  
tate, aut grauedine humorum vexabuntur.  
Et quia subtilitate donabuntur ad pene-  
trandum alia corpora, nihil mirum si veloci-  
simum assequetur motum, id quod scriptura  
insinuans ait, discurrant, sicut scintillae in  
arundinetis: scintillae namque sine ulla diffi-  
cultate se agitant per aera. Et Esaias pen-  
nata futura tradit corpora beatorum,  
non quia pennata erunt (Assument,  
inquit, pennas sicut aquilae) sed ut insi-  
nuaret motum sanctorum futurum ocys-  
simum. Alias si tardus esset necessario fu-  
turus, cum sit immensa intercapedo in-

Anima non est  
motor corpo-  
ris.

Anima est mo-  
tor corporis  
& forma.

Motus loca-  
lis sanctorum  
erit velociss-  
mus.

ter cælum, & terram: siquidem à terra vsque ad concauum Lunæ, 30000. parasangas scribunt Astrologi interuallum seu distantiam esse, quantum obsecro restabit interuallum inde vsque ad empyreum cælum? Si tardus igitur esset motus, vtique immensa erant expectanda tempora priusquam empyreum cælum ingrederentur. ¶ Quod autem reuocant in dubium Theologi est, si mouebuntur in instanti, siquidem Ioannes Maioris non formidat asserere illum motum esse futurum instantaneum: siquidem. 4. Physi. tex. 71. mobile per vacuū si moueretur, in instanti moueretur: quia sublata esset resistentia medij, igitur cum tum neque cæli resistent beatis, neque alia media motus, erit ille motus citra resistentiam, ergo instantaneus. ¶ Rursus quia intellectus intelligit in instanti propter eandem rationem: & Sol illuminat in instanti, quia medium illi non resistit. ¶ At verò plus est obediens natura corporalis Angelis, quam aer obediatur vel ignis, vel aqua, vel cælum beato corpori, imò plus est obediens Angelo natura corporalis, quam corpus animæ secundum naturam suam est obediens. Porro si Angelus assumat corpus phantasticum, & illud moueat non mouebit in instanti. Neque Abacuc vatem Angelus deferens in Babylonem detulit in instanti, igitur neque corpora sanctorum mouebuntur in instanti. ¶ Ad hæc cælestes globi non resistunt Angelis motoribus, at vero nō mouentur in instanti, sed successiue. Et primum mobile cæcus mouetur, cæteri verò orbis tardius. Et rursus orbis partes Angelo motori proximiores velocius mouentur, vt sunt partes circumferentiales, quæ sunt propinquæ intelligentiæ motrici velocius circumaguntur ab intelligentia, quæ partes distantiores, quales sunt centrales partes: quia in equali tēpore maiore ambitū describūt: & tñ nulla videtur resistentia in partibus istis, aut circumferentialibus aut centralibus. Et quidem hoc argumentū vsus est Auempace Hispanus Philosophus, vt meminit Comment. Auerroes, in cō. 71. 4. Phisic. vt probaret non esse necessariam resistentiam ad successionem motus. Vnde mobile in vacuo posse successiue moueri contra Aristo. est meditatus.

Auempace Philo-  
sophus Hispanus  
comen-  
dat ab Auer-  
roes.

Veruntamen Auerroes ibidem distinxit in mouentibus & motis. Quædam enim sunt mouētia, quæ clarè sunt distincta à motis, vt intelligentiæ distinguuntur re & ratione ab orbibus: alia vero sunt quæ non propalant suam distinctionem, vt in grauibus, & leuibus. In lapide namque non est distinguere manifeste rem mouentem à re mota, quia sunt vnum subiecto. Quocirca quando est distinctio, tunc sanè resistentia est inter motorem & rem motam ex parte contrarietatis vtriusque. Siquidem motor mouet rem motam, secundum quod est contrarius rei motæ, quia illam potestate vincit. At res mota mouetur ab ipso secundū quod est similis motori, hoc est vt illi proportionata, quia si non esset proportio hæc non moueretur, & ille non moueret. Itaque quando non est hæc distinctio inter motorem & rem motam, tunc resistentia ex solo medio est secundum Auerroem, & non est resistentia ex parte rei motæ, quæ secundum rem non diuisa ab ipso motore, vt in grauibus & leuibus, in quibus cum mouens & motum sint idem re non potest idem sibi resistere, secus quando re non sunt idem, forma enim non est mouēs neq; materia mobile, sed ipsum graue est vtrūque. ¶ In animalibus autem resistentiam esse duplicem quando mouentur docet, & ex re mota, & ex medio. Ex re mota, quia cum motus proprius animalis sit organicus, quia pars vna mouet aliam, & partes istæ organicæ, & mouens, & mota, realiter distinguuntur, & rursus ex medio, quia necessario pars vna prius impellit aerem, vel aquam quam alia qui admodū cōstat in animalibus, quæ degunt in terra, & in aqua. ¶ Quamobrè argumentum Auempace præptā habet dilutionē, quippe falsum est assumptū, cælos non habere resistentiam, imò habent resistentiā, quæ prædiximus. Hanc autē resistentiam nulla virtus finita potest vincere in non tēpore: idcirco motus cælestis fit in tēpore. ¶ Vnde Auerroes. 2. cæli cōm. 28. inquit, Motores corporū cælestiū differunt in potentia & in esse, habentque potentias finitas. Quia si potētia eorum essent infinitæ in vigore mouendi, nō esset proportio inter motorem & rem motā, & non esset differentia inter eos, neq; multitudo, & si ita foret tūc motus

Inter motorem  
et rem motā  
est contrarietas  
et similitudo.

Angellimotores  
cælorum  
resistentiam  
habent in motu  
cælesti.

Solutio  
gu. Maior

Inter motum  
& motū quod  
do sunt ad  
diuisa est cō-  
trarietas,  
proportio.

tus proveniret in instanti. Vnde colliges si agilitas sanctorum illis praeberet motum instantaneum, agilitas esset qualitas infiniti vigoris, quod est impossibile. Neque valet argumentatio Maioris, quia in vacuo motus in instanti, quippe resistit illi nihil.

Soluuntur argu. Maioris.

¶ **C**eterum haec argumentatio sophistica est. Etenim alia est ratio motus animalium, alia gravium & leuium inanimatorum. Quandoquidem animalia, ut dudum praedocuerat Auerroes, ex duplici causa habent resistantiam in suo motu, & ex medio, & ex propria dispositione. Nempe quia in illis actu est distinguere, partem organicam mouentem, a parte organica mota: inter quas necessaria est contrarietas, ut vna excellat aliam in virtute, & est proportio, & conuenientia. Et ideo quamuis donemus Maiori, resistantiam beatis nullam tum futuram ex medio, non quia tunc vacuum erit, quia plenum erit, at erit resistantia ex dispositione animalis. Quae sane contrarietas, non tanta erit quanta faciat motum progressiuum tardum ut modo: at erit, quae sufficit, ut non sit motus in instanti. Quid quod est finita virtus illa motiua sanctorum, & ideo habet proportionem ad suum mobile, quare non poterit illud mouere in instanti, videlicet, anima non poterit mouere in instanti suum corpus, ut pridem argutabatur Auerroes de motoribus caelorum.

Inter mouens & motum quando sunt actus diuisa est contrarietas, & proportio.

¶ **Q**uod si dixeris lapis moueretur in instanti si vacuum esset, & tamen lapis non est virtutis infinitae, utique propter hoc argumentum quibusdam collibuit finitatem virtutis esse resistantiam. Sed si hoc verum, idem resisteret sibi ipsi, & lux non posset diffundi in instanti, &c. Dices igitur argumento, quod moueri in instanti colligit virtutem infinitam, quando adest resistantia, at vacuum non resistit: & quia graue atque leue solum habet obistentiam ex medio, ideoque sublata obistentia motus sequitur in instanti, quare non colligit vim infinitam. ¶ **L**ux vero se diffundendo non mouetur localiter, neque intellectus intelligendo, ideo haec non sunt deducenda in consequentiam motus localis sanctorum. Verum est lucem augeri successiuo motu, at vero diffunditur in instanti.

¶ **B**eata igitur corpora mouebuntur subito, & non in instanti, & istud est quod magis aridet theologis dogma. At verò sunt

theologi, qui contendunt grauitatem futuram corporibus sanctorum, at haec grauitas impediatur a dote agilitatis: nam ad hunc modum theologizat Paluda, quaestione. 4. huius distinctio. repugnantibus Bonauentura, quaestio. vltima, & Durando, quaestio. 7. siquidem grauitas beatis non est necessaria, neque est de veritate naturae. Sed haec ratio infringetur facile, si dixerit aliquis, beatos habituros omnes perfectiones primarias sibi germanas & secundarias. Vnde ornatos capillis surrecturos credimus, & vnguibus, &c. Tamen haec non sunt necessaria nisi ad decorum, ita grauitas est necessaria illis, quia est perfectio corporis mixti, sed nullius usus erit, quia corpora illa erunt summe agilia, ut elementa terra & aqua sine usu grauitatis erunt graua. ¶ **C**eterum Durando fauet ratione cuius haec, si graua essent beata corpora, esset violentum perpetuum, quia violente erunt in sublimi loco, qui est caelum. Hoc argumentum eluet aliquis dicens naturalius esse corpori regi ab anima, & moueri secundum animae imperium, quam moueri ex elemento praedominante. Ideoque quamuis secundum quid est violentum esse graua supra caelestia corpora, verum simpliciter est naturale, quia est secundum animae inclinationem.

¶ **P**orro corpus bifariam consideratur beatum, aut, ut est animatum corpus, aut ut est mixtum. Vtique ut est animatum, vocat in naturam suam quod est secundum animae inclinationem, non tamen, ut mixtum est, vnde Themistius. 3. Physico. capit. 27. Mouentur autem animalia corpora contra naturam saltando. His enim cum gubulenta grauiaque sint, saltus naturalis esse non potest: tamen animalium corpora saltando contra naturam mouentur, ipsa tamen animalia, non dicuntur moueri contra naturam: quia eius principium intra se possident. Corpora vero quia talis motus, neque in eo quod corpora, neque in eo quod graua conuenit, contra naturam moueri probantur. ¶ **A**d quam rationem dicit aliquis hominibus beatis non est violentum esse in caelo, at verò corporibus violentum erit in caelo esse si graua sunt. ¶ **Q**uod verò graua non sint altera ratione suadebo: quippe exquiram num si graua sunt, eandem grauitatem habebunt, quam habebunt mortalia cum erant, an-

Corporis beati duplex consideratio: scilicet, ut est animatum, & ut est mixtum.

Motus anime naturalis, est corpori violentus.

aliam non eandem, essent enim tum ponderosa, quod Augustinus inficiatur sermone. 4. de resurrectione, Surgent ait, sine corruptione, surgent sine deformitate, sine vicio, sine onere, & pondere. Et corpus quod est nunc tormentum, erit tunc ornamentum. Si vero alia tum erit grauitas, vtique quacunque illa fuerit resistet motui. Quod si dixeris impeditur, nonne fatius est si illa est impedienda, illam fateri non futuram. Neque exemplum elementis Paluda. rem absoluit, quia elementa tum in proprijs locis quiescent naturaliter, & hanc quietem non possunt obtinere, nisi suis qualitatibus sint affecta. Et ad istiusmodi quietem, & conseruationem in proprijs locis seruiet elementis, proprijs qualitatibus motiuis & alteratiuis gaudere: siquidem motiua procedunt ex alteratiuis. At vero corporibus beatis nihil seruiet grauitas huiusmodi, siquidem tu fateris esse impediendam. Vnde si perfectio esset cur impedienda a suo vsu? Et perinde est istud dogma asserere, atque si dixeris cum Gersono habitualem fidem afficere beatos, quae alioqui impedita est. Quorsum enim perpetuo laborabit impedimento? Secus autem est de membris genitalibus, quae quamuis perpetuo priuabuntur suo vsu, caeterum sunt de integritate naturae: ideoque illa tum erunt ad integritatem naturae in beato seruanda. Mouebuntur igitur beati motu progressiuo subito, quando illis animus fuerit ambulandi. Verum non propter hoc semper subito mouebuntur, quia possunt & morose progredi si animus tulerit: non enim ex necessitate, sed ex libertate eorum erit motus.

Maior tamen impendet dubitatio de motu non progressiuo, videlicet, quando beata corpora sursum agentur, aut deorsum. Certum enim est beatos in sublimia se posse ducere, aut etiam ad humilia se posse ducere; & post iudicij diem, in caelum ferrentur. Et hic motus non est progressiuus, non enim per scalas ascendent in caelum, aut descendent. Dominus enim Iesus ferebatur in caelum, caeterum sine scalis, sed sua virtute. Quia ergo hic motus cum progressiuus non sit, non enim ambulando ascendent beati in caelestes sphaeras: imo illorum motus hic magis sapiet volatum auium, quando in sublimia se tollunt, aut

ad humilia ex alto sese deuoluunt: ideo forsitan dicet aliquis hunc motum futurum instantaneum. Quia nihil illis resistet, non sane medium, quod ipsi penetrabunt, non pars mouens & mota: siquidem tum non mouebitur organicè corpus vt vna pars, aliam motitet, sed totum simul corpus non organicè mouebitur. Et Scoti loco praecitato cruciat haec dubitatio, an in anima tunc erunt duae virtutes motiuae diuersae, altera organica propter motum progressiuum, alia non organica propter motum non progressiuum. Videtur enim has duas vires inuicem discrepare, quia vis motiua progressiua, est organica: progressio enim non fit nisi mediantibus organis, at vis motiua non progressiua sine ministerio organorum exercetur. Et serpit vltra dubitatio haec, quia cum omnis vis non organica sit intellectiua, illa vis motiua esset intellectiua, non ergo poterit esse motiua secundum locum. Et valde moratur Scotus in diluendo hoc secundo dubio, dicens vim non organicam, si immanenter agat esse intellectiuam, non tamen transeunt: at motus localis est actio transiens. Sed quid, quando aliquid se mouet, vt animal, nunquid motus ille localis est ne transiens actio, non puto: quia in agente recipitur: vnde procedit, facillius dictum est vim non organicam cognitiuam esse intellectiuam. At vero etiam si concedamus vim motiuam, quandam esse non organicam, non subinde consequitur esse intellectiuam, quia vis illa non est cognitiua. Et quidem Angelus mouens orbem, mouet non organicè vt liquidum est. Caeterum vis illa non est intellectiua, vt talis sed motiua. porro autem non est mihi confessum, quod Scoto: vim illam motiuam non progressiuam esse non organicam. Etenim quando beatus volet se deferre ex caelo ad terram, tum mediante corde mouebit partes alias, & subito descendet. Et quamuis inter mouendum se non vtatur ordine illo naturali quem organa in motu processiuo seruant, siquidem totum simul se defert infra, aut supra. Caeterum fatis est, quod motum hunc non poterit inchoare, nisi mediantibus organis, vt corde, & musculis, & nervis, vt auis, quae ex alto se deicit ad ima, aut contra. Et homo saltans ex alto ad terram, aut ex terra saltans in locum sublimem, in saltu non mouetur progressiue,

Anima beatorum habebit duplicem vim motiuam.

Vtrum omnis potentia non organica sit intellectiua.

Refellit Scotus.

Aliqua potentia motiua est non organica.

Beati pro suo arbitratu mouebuntur vel subito, vel successiue & morose.

gma...

Capit.

Matthaei  
Ad Col.

Apocal.

De claris  
beatorum

at vero vis illa saltandi non fuit exercita in principio, sine organis: ideoque vocanda organica. Quo fit non esse duas vires motiuas in sanctis, aliam organicam, aliam non organicam, vt censuit Scotus. Neque est omnino asperum creditum, si dixeris beatos sensim per aera, vt per caelos posse progredi. Namque Christus sensim ferebatur per aera caelum petens, vt Acta apostolica docent, cumque intuerentur in caelum euntem illum. Nam si subito ferretur, non intuerentur illum euntem in caelum. Porro de questione satis, quia illud disputare an stabunt sancti semper erecti, an sedebunt in caelo. Siquidem Dominus stare dicitur aliquando Acto. 7. nonnunquam sedere a dextris Patris. Quauis istud non propter corporis situm, scriptum sit, sed quia in caelis regnans est paratus praemia tribuere, vel supplicia, pro singulorum meritis, ideo stare traditur: sedere vero propter auctoritatem iudicariam, & vniuersale dominium quod habet in vniuersos.

¶ Scotus credit beatos stantes semper futuros in caelo & nunquam sessuros, & verum est illos non sessuros propter fatigationem ex statione, vt nos sedemus. Verum si ob libertatem voluntatis sedebunt aliquando, sicut ob quietem & pacem, & auctoritatem sedere describuntur seniores apud Ioan. in Apocaly. & Matthae. 19. & Luca. 24. apostolos sessuros ad iudicandum traditur melatet. ¶ Argumenta ante oppositum patent satis ex disertis: ideo illorum solutionibus non est opus incumbere.

¶ Porro autem superest disputatio de dote claritatis, quae exornabit beatorum corpora. Et hanc nolo agitare argumētis, sed citra illorum agitationem rem agere. Et quidem ex scripturis res est in aperto, beatos claritate esse donandos, & luce esse afficiendos eximia: qualis autem erit ista lux vel claritas non est promptum. Dominus quidem, Matthae. 17. specimen exhibiturus in monte Thabor future claritatis beatorum corporum, resplendentem exhibuit vultum suum: & vestimenta candida fecit sicut nix candida est. Et candorem hunc quidam volunt non esse superadditum vestimentis Christi, sed esse ex refulgentia lucis, quae erat in vultu Domini: de qua re alibi opportunior disputatio. Praeterea Matth. 28. angelum resurrectionis

dominicam nuncium fulgentem habuisse vultum instar fulguris, & vestimenta candida demonstrasse legimus, & in lib. Sapien. 5. de iustis scribitur fulgebunt iusti, & tanquam scintilla discurrent. Item que Dominus Matt. 24. at vero vetus fuit theologorum placitum: cuius hac distinctio. Durand. questio. 7. mentionem fecit claritatem illam sanctorum esse ex reflexione radiorum solis & lunae, & stellarum. Quia corpora beata erunt valde polita & tersa, & huiusmodi tersitudo faciet reuerberationem radiorum, vt in speculo.

At vero ex scriptura edocemur futuram esse sanctorum claritatem eximiam, ideoque confertur claritati solis & stellarum.

Verum in corporibus humanis non potest esse tanta tersitudo, quae possit tam facere reflexionem radiorum, quae radios sitatem faceret eximia. ¶ Et rursus quia si ex reflexione radiorum procederet ista luminositas, vtique variaretur ex motu sanctorum: siquidem reflexio alia & alia est ex vario situ vel solis, vel illius in quo fit reflexio: caeterum luminositas sanctorum stabilis erit. ¶ Adhuc reflexio radiorum solis adunat luminis radios, adeo, vt igniat, vt speculum est indicio, in quod reflectuntur radij solis, & ex illa reflexione adurens ad motas stuppas. Igitur corpora sanctorum ignirentur, maxime quia Durandus non admittit dotem impassibilitatis afficere sanctos, vt supra est commemoratum. Quod si dixeris diuino miraculo praeseruari, non oportet tamen ad miracula confugere, quando theologus aliter poterit seruare fidei doctrinam. ¶ Forsan alius dicet hanc claritatem esse manifestationem sanctorum, quia tunc erunt omnibus manifestissimi, & Deus illis manifestus: quia non per speculum videbunt Deum, sed facialiter: quia lux manifestat omnia docente Paulo ad Ephe. 5. ideo ob eximiam illorum tum futuram manifestationem, traduntur claritate esse donandos eximia. ¶ Ad deo, vt Greg. 31. cap. Mora. super cap. 28. crediderit, mentes, & conscientias sanctorum, esse tum patentissimas alijs omnibus sanctis: & sibi ipsis.

¶ Porro quamuis hoc verum sit, at vero non solum hac ratione erunt clari sancti, verum etiam proprie vsurpando vocabula lucem, & claritatem habebunt, & non metaphoricè erunt tum fulgentes: siquidem

Claritas sanctorum non erit ex reflexione radiorum solis.

Capit. 1.

Matthae. 26.

Matth. 14.

Ad Coloss. 3.

Apocal. 4.

De claritate beatorum.

dem diuina oracula hoc aperte innuere videntur. Vnde Paulus de differenti gloria sanctorum edisserens. 1. Corinthio. 15. Stella, inquit, ab stella differt in claritate. Et Danielis. 12. Qui autem docti fuerint fulgebunt, quasi splendor firmamenti. Et ecclesia vtramque lucem & corpora  
 Beata corpora alia alijse-runt fulgentiora.  
 tis, & animi precatur fidelibus defunctis, dicens, Lux aeterna luceat eis, Domine, cum sanctis tuis. &c. Et subdit Daniel, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates, vnde docemur quosdam sanctorum maiori id temporis esse donandos claritate, quam alios. Etenim distinxit Daniel inter doctos, & doctores, doctos vocans omnes fideles, qui docti sunt a Deo omnes, credunt enim diuinis verbis. Doctores vero illos appellat, qui fidem & sanctos mores alios doceant. Primi horum splendorem habebunt, at postremi stellae appellantur: at dignior est stella, quam splendor. Porro autem non leuia impendent dubia, si verè habebunt lucida corpora, quomodo Dominus surgens a mortuis primitiæ dormientium non surrexit lucido corpore? Et rursum, lux & color non se admittunt: lux enim etiam si manifestat omnes colores, at lucidum corpus non habet colorem. Color enim est qualitas caelestis & simplex qualitas, quippe non resultat ex commixtione qualitatum primarum: siquidè nimia frigiditas candorem donat, vt nix testatur at nimia caliditas nigrorè, vt Aethiopes ex nimio torridi aestu, nigram gerunt pellem. Si ergo color est qualitas secunda ex mixtione dissoluta, & lux simplex qualitas lucida corpora non erunt colorata. Quamuis enim candor sit color plurimum participans lucem, & nigror exiguam lucem participat, & colores medij mediocrem habent participationem, at vero neque candor est lux, neque ceteri colores. Vnde lucida corpora illa coloris esse a symbola videmus, vt ignis, & lucernae. Quid quod si speculum obieceris radiantifoli, vtique lux in eo tum videtur, non tamen natiuus color chalybis. Nèpe quia lux radians obstat ne natiuus color fundat species suas in visum: quippe a maiori luminositate vincitur. Quod si dixeris quaedam esse lucentia corpora, & colore tineta, vt cicindelae, vtique cicindelarum lux est exigua, vnde nocte duntaxat ap-

paret, & interdiu conditur, & quādo micat noctu, color occulitur. At qui lux sanctorum erit eximia, ergo abscondet omnem illorum colorem, imò & vultus abscondet. Quod si annuis, iam ergo beati inuicem se non videbunt, neque poterunt intueri vultum Christi, neque beatae Mariae virginis. &c. Hoc autem qui affirmasset cogetur detrahare gloriam accidentalem, quae ex aspectu Christi maxima erit futura beatis. Quid quod quod audit fides, ibi intuetur visus Psalm. 47. Sicut autem diuimus sic vidimus in ciuitate Dei nostri. Vnde difficile esse & non ab re iudicabit aliquis, quod proprios colores propriasque possint ostendere figuras, & quod sint admodum lucida. Siquidem oculos catorum colore natiuo affectos interdiu videmus, at vero tum non micant: at noctu micantes sine colore cernimus. Et quidem lux horum oculorum non est admodum radiosa, beata vero corpora fulgebunt instar solis.

¶ Adde istis quia sanctus Gregorius. 31. ca. Corpora sanctorum transparentia.  
 pitulo Moralium super capitulo. 28. vide tur docere, corpora tum futura peruia & perspicua ceteris beatis. Ait enim, tunc patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa corporis harmonia. Ceterum si corpora erunt admodum lucida, necesse est esse opaca, vt ignem videmus opacare quae retro illum sunt, & solem & lunam, quae sunt densior pars sui orbis. Etenim corpora diaphana, & transparentia sunt rara, vt luminis sint susceptiua, & sunt lumine infusa, non tamen lucida, vt aer, & aqua. Neque apte dixeris quod Durandus opinatur, per poros esse tum futuram internorum visionem, siquidem beatorum oculi erunt tum acerrimi, ideo per poros, & rimulas, quas corpora beata ex natura sua habebunt videbunt intima illorum vt cor, epar, & omnia intestina. Siquidem ferunt lyncē acutissimis cernere oculis, quae condita sunt intra montium viscera.

¶ Fauetque Durando, quod quidam homines, quos Hispana vox nuncupat zohories intuentur thesauros reconditos sub terram: & quidam venas auri, & argenti intuentur sub terra. Et meminimus me audiuisse, apud Indos esse lapidem, quem qui manu gestauerit, radices arborum conditas sub terra conspicuas  
 Lynceozohories Indus

Beata corpora alia alijse-runt fulgentiora.

non emittit non micant

Lux est qualitas simplex.

Corpora lucida non sunt colorata.

Corpora sanctorum transparentia.

Lapilli sunt colorati & praefulgidi.

Matth. 28. Mar. 16.

cūas in lapide ceu in speculo habere. Veruntamen non possum subscribere huic placito, quod per poros hęc intimatorum fiat visio. Siquidem, vt omittam alia, pori oīsiū sunt strictissimi, ideoq; nō permit tēt visum videre medullas. Quid quod po ri beati illi luce imbuti visui obstabūt. Et quod lyncē commemorāt fabulosum pu to. Zohories autem non cernūt, quę sunt in visceribus terrę, sed ex frustis lapidū, vel ex puluere terrę, vel alias dignoscūt, sub terra esse metallorū venas. De Indico lapide sit fides apud autores. Lynces au tem eo feruntur penetrare visu parietes, quia docente Plinio lib. 28. quadrupedū omnium sunt lynces acerrimi visus, vn de progressa fabula illas cernere, quę sunt in visceribus terrę: vt visus acrimoniam exaggerarēt autores. In re igitur hac equi dem quid certi statuamus, nobis est incertum. ¶ Est quidē indubitātū beata corpo ra claritate esse donanda: & quod illa cla ritas erit eximia: at verō qualis sit futura illa claritas nouit autor illius Deus. Mea tamen sententia non est superans fidem, quod illa corpora sint lucida, & quod co lore natiuo sint decorata. Siquidem lapil los cernimus pretiosos, vt sapphyrū, adā mātē, smaragdum, crystallum, &c. qui cum fulgore quodam mirabili, colorē vel viridem, vt smaragdus, vel cianæum siue cælestem, vt sapphyrus vel cādīdum, vt adamas demonstrant. Et quod Deus præ stat in lapillis, quid mirum si in corpori bus sanctorum suorum exhibeat? Scio respondebis, in lapillis esse fulgorem ex iguum, at in carbunculo est mirabilis, vt fertur fulgor instar lucernę valde illu minantis, & quando valde fulget, occulta tur color. Verum qui fecit in carbuncu lo simul esse excellentem fulgorem, & na tium colorem, etiam si non simul demon strantur, poterit facere quod simul demō strētur in corporibus sanctorum. Et quid mulieres intrantes sepulchrum nonne vi derunt iuuenem, & ex aspectu cognoue runt esse iuuenem? & nihilominus eius as pectus erat vt fulguris, at fulgur excellen

tem habet splendorem. In quem modū nō est incredibile beatos oculos, qui erūt acerrimi supraque lynceos oculos, quod fulgētes, valde aspectus beatorum discer nant. ¶ Adhęc Exodi. 34. Moſen cornu ta facie descendisse de monte legimus, at hęc cornuta facies erat non ex cornibus animalium, sed ex splendore nimio, qui ex facie Mosaica micabat. Ceterū Aa ron, & filij Israel videbant faciem Moſi, & splendorem insignem illius diuinitus operatum, neque nimia refulgentia obsta bat aliorū visui. Et discipuli Domini vul tum considerant resplendentem tāquam sol. Per quę poteris manuduci, vt vteun que assequaris splendorem futurum exi mium, non futurum impedimento oculis sanctorum, vt nō possint videri distin ctē. Quod verō perspicua scripsit Grego rius illa futura, Beatus Bonauentura hēsi tat: imo non credit illa futura peruia: ne que transparentia, quia ex natura corpo ra nostra non sunt transparentia, sed opa ca. Itemque Durandus in eandem iuit sen tentiam. Gregorium vero exponūt cum Scoto, quod secundum cognitionem in tellectualem omnia erunt perspicua. Ve rum Gregorius non solum animum di xit fore tum patentem, sed etiam corpo ris harmoniam relegendam oculis corpo ralibus sanctorum. Et iuxta hanc ratio nem etiam docebit cuncta futura tū per spicua beatis oculis siue cælestia siue ter restria, imo & inferna. ¶ At si ita est, cur non adijcitur dos alia scilicet, perspicuita tis? quia si dixeris ad subtilitatem hoc per tinere, vtique subtilitas non hoc spectat, sed aliud. Dixerim hoc Deo subesse, vt omnia reddat oculis beatis patentia: & qui crystallum solidā fecit, & pellucidam poterit idem in beato facere corpo re, at verō si faciet mihi non patet: i deoque in diu no arcano hoc cē seo reponen dum.

Matth. 17.

Corpora sanctorum an trans parentia red dentur.

Lapilli sunt colorati &amp; præfulgidi.

Matth. 28.  
Mar. 16.

DISTRIN-

## D I S T I N.

45. cuius initiū est.

Præterea sciendum, &amp;c.

DISPUTATIO  
PRIMA.

Num ignis inferni sit corporeus?



**T** V I D E B I -  
tur alicui forsan non esse corporeum siquidē Augustinus libr. 12. super Genesim capit. 22. supplicia infernalīa putat esse spiritualia, & nō corporalia, vt & præmia sanctorum: iacta namq; & tristia, quæ animis defunctorū representantur credit esse vel præmia vel supplicia futura. ¶ Et rem latius disserit libro de Ciuitate Dei 21. capit. 10. Tractans enim illud euangelicum apud Lucam. 16. docens diuitem illum epulonem ardere apud inferos, talē putat illam flammam fuisse, quales oculos, qualem linguam epulonis: at vero epulo spirituales habebat tum oculos, quibus videbat Lazarum pauperem recubentem in Abrahamæ sinu. Et lingua, cui refrigerandę guttam petebat aquæ, non erat corporalis lingua: sed spiritualiter ex lingua totum suum spiritum intellexit. Vnde subdit, sic igitur & incorporalis illa flamma, & illa guttula, quam poposcit, qualia etiam sunt visa dormientium, siue in extasi cernentium res incorporales, habentes tamen similitudines corporum. Nam & ipse homo cum spiritu, non corpore, sit in talibus visis, ita tamen tum similem suo corpore se videt, vt discernere non possit. ¶ Ex quibus verbis hoc videtur sensisse Augustinum flammam infernalem non esse veram flammam ignis, sed similitudinem seu speciem igneam: quæ sola sine

igne potest torquere spiritum. ¶ Secundo Philo Iudæus in lib. de congressu quærendæ eruditionis gratia, hanc sententiam docuit ante Augustinum, putat enim infernum nihil aliud esse, quam flagitiosi hominis conscientiam. Vnde ait, Deus in iustam impiamque animam fugatam a se ipso longissimè dissipat, in locum concupiscentiarum ac facinorum, qui locus impiorum vocatur aptius, quam ille fabulosus apud inferos. Reuera enim infernus nihil aliud est, quam vita miseri, scelerati execrandique hominis. ¶ Rursum Origenes tomo secundo homilia. 9. in diuersos Matth. locos ignem inferni metaphoricū censet esse in sola conscientia & memoria afflictione positum quemadmodum eundem indicat Hiero. in hanc sententiā in fine libri. 18. com. in Esaiam. Cui astipulari videtur Augusti. in episto. ad Dardanum, quæ est. 57. Miseriam enim afflictionem appellat infernum. Et articulum fidei tradentem dominum descendisse ad inferos exponit, quia subleuatio miseriae est descensus: nam Dominus post mortem suam, diuinitatem suam ostendit animabus sanctorum patrum. ¶ Cum quibus facit Lucretius lib. 3. de natura rerum.

Cerberus, inquit, & furia, iam vero lucis egenus

Tartarus horriferos eructans faucibus æstus

Qui neque sunt vsquam neque possunt esse profecto.

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis

Est insignibus insignis scelerisq; numella Carcer & horribilis de saxo iactus eorū.

¶ In diuersum est Paulus ad Phil. 2. omne genu flectatur cælestium terrestrium, & inferorū, igitur infernus est vere subtus terram: quia distinguitur ab ea regione, quæ est supra.

Disputatio hæc vetusta nimis est, vt argumenta facta priora demonstrant satis. Et quidem, vt à philosophis exordium summam Pythagoricum fuit placitum, centrum mundi esse locum inferorum, inibi que esse carcerem Iouis, quo animæ exuta corporibus pœnas facinorum dabant suorum: vt est videre apud Aristot. cæli. 2. text. comment. 73. Atque etiam in medio mundi, siue in centro ignem locabat: quia cum ignis sit nobilissimum elementorum,

Arg. 1.

Cōfirmatio.

Arg. in diuersum.

Pythago. &amp; Plato, de inferno placita

Tartarus raturum.

Radaman AEac, &amp; nos.

Quatuor miora infernum.

Pythago. &amp; Plato.

torum, medium tenet mundi iuxta Pythagoram, quia nobilissimus est locus mundi medium, ideo nobilissimum locat elementum. Pythagoricum igitur decretum est animas igne torqueri verè, esseque ignem huiusmodi in centro terræ, ideoque infernus hanc partem in sedem sibi vendicat. Plato vero libro de Rhetorica non longe à fine Tartarum credit esse locum puniendis animabus à Deo decretum: esseque subtus terram. Censuit enim Tartarum esse congeriem immensam aquarum non habentem fundamentum, neque firmamentum, semperque fluctuare circa terramque perpetua volubilitate ferri. Habes ex Platone in Phædone indicante Aristot. 2. Meta. capitu. 2. Esseque apud inferos huiusmodi, iudices tres, scilicet, Minoem, Radamantum, & AEacum. Et qui statuunt pœnas animarum illo commigrantium esse Radamantum, & AEacum, Minoem verò esse veluti præsidem: nam quæ ab alijs iudicibus duobus in dubium vocantur ille resoluit. ¶ Tartarus igitur Platoni est infernus locus, vbi aqua animas torquet non ignis, & qui ad Tartarum descendunt, sunt qui grauissimis maculantur delictis, quæ insanabilia cum sint, non puniuntur ad medelam delinquentium, sed ad exemplum aliorum. Libro vero de anima, quatuor statuit flumina infernalia, quibus animæ exute corporibus torquentur. Indicatque carmen Homeri dicentis. Lõge nimis Baratrum stat sub tellure profundum. Quod & ipse Homerus alibi, & multi poetarum Tartarum dixerunt. Hic autem Tartarus secundum Platonem est receptaculum quoddam, in quod omnia decurrunt flumina, atque inde rursus refluit. Est autem oceanus maximum flumen, quod à Tartaro effluit, & à contraria regione huius Acheron fluit, qui per subterranea loca delatù in Paludè Acherusiã defluit, vbi plerique defunctorum deferuntur purgandi secundum mensuram delictorum palus autem hæc non est carcer perpetuus, sed est locus purgatorius, nam animæ hic detentæ, tandem exeunt purgatis iam criminibus, plus minusve temporis consummantes secundum exigentiam delictorum: & hinc relabuntur ad animalium generationem. Tertium fluium Pyrislegetontem nominat Plato, ex aliorum nuncupatione. Et hic flu-

uius multum continet ignis & vastissimus est, neque miscetur paludi Acherusis. Quartus fluius coloris est cyanæ, & item vastissimus, qui Stygius compellatur, qui prolapsus, Paludem efficit Stygiam. Hunc autem poetæ vocant Cocytum. Ad hos igitur fluios animas censuit Plato defunctorum à dæmonibus de ferri, vel reportaturas præmia aut luituras supplicia docet. Qui igitur non sunt valde mali neque valde boni ad Acherontem deferuntur. Qui verò obstinati in peccatis insanabilibus decesserunt ad Tartarum ire compelluntur. Qui verò ingentia peccata admiserunt, at verò sanabilia, veluti qui contra patrem, vel matrem iniurij fuerunt vel vim alicui intulerunt, aut homicidæ fuerunt in Tartarum commorati per annum, ad Cocytum transmigrant. Parentum vero violatores per Pyrislegetontem transibunt, & per hos amnes ad Paludem Acherusiam peruenient, & ibi clamabunt, coram illis, quos offenderunt, expetentes iniuriarum veniam, quæ si obtinuerint absoluentur ab omni pœna. Si vero illam non impetrauerint tandem ibidem cruciabuntur quoad denegabitur illis venia. Habes igitur ex Platone apud manes esse delictorum pœnitentiam, & peccatorum remissionem, & infernum locum esse subterraneum, & quendam torquentem ex aqua, alium ex igne, & demum quendam infernum esse perpetuum, alium vero temporalem. Et hæc vera esse credit, & non fabulose omnia. ¶ Poetæ autem in hæc eadem carminibus memoriæ prodiderunt, vnde Iuuenalis Satyra. 2. Est aliquos manes, & subterranea regna Cocytum, & Stygio ranas in gurgite nigras. Et Claudianus libro primo in Rufinum. Est locus in faustis, quo cœciliatur in vntu Cocytus Phlegetonque vadis in amœnis. Et Virgilius. 6. Aeneidos. At laua malorum, manem ab oculibus, Exercet pœnas & ad impia Tartara mittit. Et sunt pleraque alia poetarum testimonia; hoc idem cænentia Marfilius Ficinus in argumento ad Phædonem Platonis, hæc flumina tropologizat ad hanc rationem. Per Acherontem enim subaudit curam & moerorem, quibus animæ quædam afficientur post vitam hanc ob suas cul-

Stygius fluius Cocytus.

Infernus torquens ex aqua, & hic remissior alius ex igne; & hic acerbior.

Tropologia quatuor fluminum poetarum.

Tartarus Baratum.

Radamantus AEacus, & Minoes.

Quatuor flumina inferorum.

in diuer.

thago. & no. de in. no placita

Pyrislegeto fluius.

pas. Acheron autem respondet aeri & parti mundi meridianæ. Phlegeton verò, igni respondet atque orienti vimque continet puniendi, iræque calorem & feruorẽ punit. Styx verò terræ respondet, atque occasui, odiamque per luctum fletumque punit. Styx vero differt à Cocyto hoc solum, quod Styx ex oriens appellatur, Cocytus verò progrediens. Tartarus vero est vltimus & infimus terræ locus, in quo sceleratissimi nõ medicinæ, sed exempli gratia corripuntur. Et demum flumina ad damones & numina punientia culpas iuxta illorum mensuras credit referenda.

¶ Porro autem hæc vniuersa quæ de fluminibus istis à poetis fabulose sunt conficta illò tendunt, quò homines deterrerentur à committendis delictis ex formidine suppliciorum, quæ Poetæ sub inuolucris flumiorum horum adumbrabant: ceterum quia philosophia symbolica clamat Aristot. lib. Metaph. 1. non est apta disputationi, neque veritatem aperit questionum, ideo istis misis figmentis ad sacra oracula deflectamus stylum: & theologos nostros cõsulamus super dubio proposito. ¶ Et quidem inferni nomen illud sane significat, quòd est in imo vel infra alia omnia subsidet. Et in diuinis scripturis non est vniucum nomen iam enim significat terræ profundam voraginem, vnde in lib. Nume. 16. de quibusdam traditur demersos fuisse viuos in infernum ipsos cū tabernaculis suis: at vero tabernacula non fuerunt demersa ad pœnarum loca. Sed neque corpora quæ humana manserunt in profunda illa voragine, quæ illis fuit hiàs Deo operante. Vnde & sepulchra etiam dicuntur Inferni: iuxta illud Esaiæ. 28. cum inferno fecimus pactum. Quæ verba insolentiam Iudaicam significant, quæ non expauescens mortem cõminatam à prophetis, dicebat se cum sepulchris fecisse pactum, per sepulchrum subaudiendo mortem, cum qua iactabāt se Iudæi fecisse pactum: ideo illam nõ esse formidandam. Neque possumus hunc intelligere locum de pœnali inferno damnatorum, quia Iudæi illi nõ de morte corporali tū loquebantur ex verbis commemoratis se mortem corporalem non formidare insinuantes. ¶ Nonnunquam autem infernus locum damnatorum significat in diuinis misis. Vnde illud dixerunt im-

pij in inferno Sapient. 5. Manifestarius est locus hic significans locum illum sempiterni cruciatus, quò impij sunt deuoluti mortui, & deuoluentur morituri. ¶ Rursum Proverb. 15. Infernus & perditio coram domino. Quia soli Deo clare notus est locus ille, vbi cruciantur damnati, & quot sunt damnandi. Et quia sociavit hæc duo infernum, & perditionem, & perditio per antonomasiam pœnam illam exitialem denotat, ideo textus hic ad locum gehennalem est referendus. Et in Osea itẽ legimus, Morsus tuus ero inferne. cap. 13. quo loco infernus pœnalia loca significat quæ manent torquẽdos homines. Et quia Dominus illo descendens nõ abstraxit ab illis locis impios à supplicijs, quibus torquebantur, sed solum piorum patrum animas, quas limbus continebat, ideo ait, Deum momordisse infernum. ¶ Ad hæc 2. Petri. 2. sceleratos angelos commemoratur rudentibus inferni detractos in tartarum cruciandos: & aperte sane insinuat hoc testimonium angelos impios esse deturbatos ex cœlestibus regnis ad ima inferorum loca: vbi cruciabuntur perpetuo. August. tamen quæ. ad nume. 29. Petri intellexit in locum hunc de aere caliginoso, & hunc appellasse Petrum infernum credit. At vero considera hunc inferorum locum, etiam Tartarum vocari à Petro, vt itidem à Platone, & poetis appellatur. Vnde & ecclesia vsurpat eandem vocem in defunctorum exequijs canēs. Ne absorbeat eas Tartarus. Nonnunquam autem infernus non locum inferni, sed additos infernalibus ignibus denotat Apocalyp. 20. infernus & mors missi sunt in stagnum. Iam vero vsurpatur pro receptaculo animarum sanctarum ante Christi aduentum. Descendam aut, ad filium meū lugens in infernum Genesis. 37. & Iob. 17. Domus mea infernus. Et rursus, quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, et si August. de Gene. ad literam lib. 12. capit. 34. de inferno damnatorum priorem intellexit locum. Quod vero Esaias comminiscitur, Propterea, dicens, Infernus dilatauit animam suam capit. 5. ad gehennam est referendum. Vocatur autem infernus inferior à regio vate, Eruiisti, ait, animam meam ex inferno inferiori. Vnde colligitur alium esse superiorem infernum. Per infernum autem superiorem forsitan intel-

Varia est huius vocis infernus vsurpacio.

Varia significatio inferni.

Conclu

Locus inferni non est taphoricus

Infernus inferior, & superior.

lexit

lexit sepulturam cadaverum, quam esse infernum superiorem, appellat inferiorem vero infernum voluit esse animorum cruciandorum conceptaculum.

¶ Vel per superiorem infernum locum animarum sanctorum, qui olim erat, vel purgatorium locum. Inferior autem infernus denotat infernum gehennalem, cuius frequens mentio est in nouo testamento. Et hunc locum Esaias subintellexit per vocem Tophet capitulo. 30. inquit. Preparata est ab heri Tophet, preparata à rege profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis, & ligna multa: status Domini sicut torrens sulphuris succendet eam: quem locum nos elucidauimus in elucidationibus nostris ad Esaiam.

¶ Iam verò istis, ut cunque præstructis à notamētis primam capitulo conclusionem.

¶ **Conclusio.** Concedendum est infernum non metaphoricum, sed realem esse locum sub terra à Deo deputatum puniendis animabus sceleratis. Hanc probabis ex diuinis oraculis. Etenim Esai. 14. de Lucifero loquens sub Nabuchodonosor typo. Veruntamen, inquit, ad infernum detraheris in profundum lacu. Profundum autem lacu locum infimum denotat. Et ex textu serie idem colligitur: dixerat enim Esaias, Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Cadere autem ex alto est, inimum locum, igitur per infernum Esaias subaudit inimum locum. Et Dominus Lucae decimo. Videbam, ait, Satanam de caelo tanquam fulgur cadentem. Quod si dixeris locus ille aeris, quem versant demones relatus ad celorum apices infernus est, quia collatus illis est infernus, seu inferior locus. Hoc fatemur sane, at verò Esaias adiecit, In profundum lacu, ut rem euidentiorem faceret. Et capitulo vigesimo quarto, Visitabit Dominus in illa die super militiam caeli in excelsis, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Idem utique intelligens per lacum, quod intellexerat supra per profundum lacu.

¶ Quibus concinit ecclesia, in tractu pro defunctis, Libera inquit, eas de profundo lacu, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscura tenebrarum loca & reliqua.

¶ Secundo idem persuaderi poterit ex loeo illo euangelico, ligatis ait, manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Est autem inquisitione dignum quid subaudiat Dominus per tenebras exteriores. Namque exterius refertur ad interius: igitur sunt tenebræ quædam interiores, aliæ exteriores. Interiores autem tenebræ sunt mentis cæcitas, & obduratio in peccatis: & hæc dixit esse infernum Philo commemoratus dum ad vtramque agitabatur quæstio partem. Et quidem hæc esse infernalium non abnuimus: at sola hæc esse sceleratorum miseriam, & poenam disitemur. Si quidem scriptura non sola hæc cruciatum esse docet sceleratorum, sed & alia præter hæc quæ erunt externa. Vnde cum ait, Mittite eum in tenebras exteriores, palpabiles cruciaturæ tenebræ impios denotant. Nam sicut olim Aegyptij palpabiles tulerunt tenebras, propter obstinationem suam, ex qua repugnabant diuinis mandatis, ita impij ob male facta palpabiles atque visibiles sustinebunt tenebras perpetuas.

¶ Vnde Beatus Basilius in oratione de futuro iudicio, quæ est. 23. Ignis naturam ait, esse diuidendam: si quidem ignis, & lucet, & vrit. Impijs ergo erit ignea vis quantum ad ardorem, & vltionem, quæ illos deuret: at verò sanctis seruiet ignis quoad splendorem: si quidem lucebit sanctis lux sine vltionis laesione, & vrit impios, sine luce ignis.

¶ Rursum cætera omnia, quæ in sacris commemorantur literis tortura impios non ad metaphoram refert, sed secundum veritatem intellexit futura. Quod enim de verme Marci non legitur, vermem impiorum non esse periturum, itemque Esaias. 66. & Ecclesiast. septimo, de verme vero animali subintelligit. Docet enim quosdam esse vermes venenatos, qui pascentes viuentem carnem, nunquam expleantur quales erunt vermes corrodes viscera impiorum. Augustinus quoque libro de Ciuitate Dei. 21. capitulo nono probabile hoc esse censet.

¶ Porro autem diuini esset miraculi si ignis ille infernalis orbatus esset sua vi illustrandi: ut etiam miraculo dabis, si in caelestibus regnis ignis esset lucens, & non ardens. Ideoque lux erit apud sanctos, quia filij lucis sunt: at lux illa non

Tom. 3. E deuret

Tenebræ exteriores: & interiores.

Aug. In certis est si vermis ille si: animi folius an etiam sit corporalis

Vermis corrodes impios qualis Basilio

Aug. In certis est si vermis ille si: animi folius an etiam sit corporalis

Infernus superior & inferior.

ia signifi a inferni.

Locus Infernus non est metaphoricus.

Infernus inferior, & superior.

deuret sanctorum corpora, vneque solaris lux deurit caelestes globos: quia habent naturam impassibilem, itemque corpora beata: si non ex natura ex dote erunt impassibilia. Ignis vero qui torquetur sceleratos & impios ex materia crassissima & fumosissima succensus non poterit resplendere caligine fumi offundente tenebras, quamuis ex sua natura est lucens. Et istud insinuabat Basilus. Neque omnino erunt expertes lucis tum impij, quia saltē autore Gregorio post Augustinum libro de triplici habitaculo capitulo primo, Cruciatib tunc impijs, & peccatores visio hominum damnatorum & dæmonum, & super omnia ipsius diaboli.

4. Dialo. c. 32.  
ex Luc. 16.

**V**ermes verò illos inferni esse veros non est confessum Theologis: quippe illis indubitatum est, nulla post diē illum postremum futura animalia exceptis hominibus, qui propter animæ rationalis immortalitatem corpora resument immortalia Deo autore.

**V**ermem autem, quem scriptura commemorat ad stimulum conscientiae torquentem illos iugiter referunt. Namque Sapient. quinto. Pœnitentiam agent intra se impij, & præ angustia spiritus gement.

Vermis conscientie quis.

**H**æc rursus conclusio in confesso est apud Gregorium quarto lib. dialogorum capitulo vigesimo octavo, vbi diffinit ignem inferni esse verum ignem, & non similitudinariam, & vere cruciare humanas animas, illasque deurere. Et probat ex Lucæ decimo sexto, quia Epulensis anima conqueritur se cruciari in flamma ignis. Et præter hæc Matthæi vigesimo quinto, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si ergo ignis cruciat diabolum, & angelicos spiritus nequam, item poterit deurere animas hominum. Et innuit hanc deustionem esse detentionem violentam ab igne illo gehennali. Et capitulo. 42. infernum demonstrat esse subtus terram, ex Apocalypsi quinto. Siquidem ibidem traditur libri cuiusdam nullum esse inventum soluere signacula, eorum qui erant in celo, neque eorum qui in terra, neque subtus terram, sed solum leonem vincentem de tribu Iuda. Sunt autem angeli, qui in celo, & homines, qui super terram, & animæ exuta corporibus subtus terram.

**V**erum hic locus non directe docet inferni ignis purgatorium damnatorum esse subtus terram.

Quandoquidem magis videtur referendus ad animas, quæ ignem purgatorium patiuntur, quam ad illas, quæ æternos sustinent ignes. Nam paulo inferius Ioannes subnectit, Quæ in celo, & quæ in terra, & quæ subtus terram tribuere honorem, & gloriam Deo, & agno. Certum est autem animas æternò carceri addictas, nō tribuere Deo honorem: quia superbia illarum ascendit semper diuinum nomen blasphemando.

**P**orro si purgatorius locus est subtus terram, ex hoc loco Ioannis multo vehementius infernus damnatorum locus erit subtus terram. Si enim animæ iustæ luunt subtus terram pœnas, quas pro sceleribus correctis debent, animæ nō correctæ, quid nisi suas dabunt subtus terram pœnas?

**F**acit præterea cum istis quod Hieronymus docet versans verba Pauli ad Ephesios quinto. Nemo vos seducat inanibus verbis libro tertio comment. in capitulo quinto non esse probandam sententiam eorum, qui affirmant animas cruciandas solum cruciatibus internis, & hoc illis esse infernum. Etenim quilibet qui peccat hoc laborat tormento, quod culpa ingreditur animus enim inordinatus ipse sibi pœna est. Non solum igitur hæc pœna infernalis est, sed etiam cruciatus ex ternus. Et Augustinus ad Honoratum epistola. 120. idem fatetur tenebris internis, & externis afflicandos impijs.

**E**t quidem Pythagoras in medio mundi, seu in centro, igne locavit, qui esset carcer impiorum, ideoque igne Iouis carcerem appellavit, v. supra retulimus. **A**d hæc sunt ratiunculae, quæ idem videntur suadere, siquidem decens est vt in terram demergantur torquendi, qui ob bona terrena, caelestia perdiderunt.

**P**æterea caelestis beatitudo, habet in sedem & locum proprium caelestia habitacula. Beati, ait, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum caelorum. Et quamuis donemus, vt præ sefert Gregorius Nazianzenus in sermone de plaga grandinis solum contemplationem Trinitatis esse regnum caelorum, at vero nihilominus Dominus orat, volo pater, vt vbi sum ego illic sit & minister meus. Christus autem ascendit in caelum, & se-

Ignis purgatorium subtus terram.

Cor in inferno locus sit subtus terram.

Infernus e corporeus.

Infernus e corporeus.

Pœnae impiorum erunt in ternæ, & externæ corporis, scilicet & spiritus.

Cor in inferno locus sit subtus terram.

Infernus e corporeus.

Infernus e subtus terram.

& sedit à dextris virtutis Dei, ergo Christi membra illo sunt etiam deducenda? Vnde similiter, & si pœna essentialis impiorum sit orbari diuina visione, quam vbi libet sustinere potuissent infernum secum vehentes, at nihilominus est illis deputatus carceris locus, vbi torqueantur sempiterno. Quod si obieceris contra priorem rationem, dæmones non peccasse ex amore temporalium, aut terrenorum bonorum: igitur non sunt deturbandi in Baratrum.

¶ Respondebis affectum diabolicum longissime se distraxisse à diuinitatis amore, ideo æquum est, vt etiam realiter à sede diuinitatis, quæ cælum est, elongetur. Adeoque tenebit Lucifer infimum locum inferni: quippe centrum mundi est quod longissime distat à cælo.

¶ Adhæc Augustinus libro secundo retractat. capitulo vigesimo quarto retractat libro de gene. ad literam. 12. loco iam indicato. Magis, inquit, dicere debuissim, quod sub terris sit infernus, quam cur sub terra esse credatur.

¶ Porro obijcies mihi eundem Augustinum in libro de cognitione veræ vitæ capit. 40. dicentem ignem infernalem non esse corporeum, quia si corporeus esset egeret fomento corporeo, vt lignis, vel oleo vel pice. &c. At verò ignis ille non habebit huiusmodi fomenta, vt liquet.

¶ Rursus si corporeus est, ergo non cruciabit animos, quia animi cum sint spiritus ab igne sunt impassibiles. Et concludens Augustinus dubium hoc inquit, Si ignis corporeus esset ille, vtique animus aliud sumet corpus vbi patitur ab igne: id quod etiam creditum fuit Marfilio Ficino in argumeto ad Platonis Phædonem. Et Augustinus ipse lib. de Ciuitate Dei vigesimo primo capitulo decimo anxius est super quæstionē ista si ignis ille corporeus est, an incorporeus, quoniam si corporeus est, igitur oportebit fateri dæmones corporeos esse ex aerea natura, quia aer pati potest ab igne. Rursus animæ rationales itidem patientur in corporibus assumptis, donec corpora sua reassumpserint.

¶ Ceterum Augustinus istis locis dudum commemoratis nihil diffinit, sed rem dubiam trahit. Nam etiam fieri posse docet, spiritus malignos, citra corporale contu-

bernum ab igne posse torqueri. Vt enim anima rationalis in corpore proprio detinetur illud viuificando, ita & spiritus exutus corpore poterit à corpore detineri violenter sine viuificatione. Cui & subscripsit Sanctus Gregorius quarto dialogorum capitulo vigesimo octauo. Augustini. igitur sententia de re hac ea est sententia, quam præscripsimus ex libro secundo retractationum.

¶ Quapropter si sub terris est, vere & non fictè infernus commemoratur esse. Non me latet in scripturis ignem non semper verum ignem denotare, sed tribulationē quamlibet ignem aliquando appellari. Vnde Paulus, Quis scandalizatur, & ego non vror: Et aliàs sæpe phrasis hæc vsurpatur in scripturis. Imo & vulgatus sermo idē probat: Hispanè enim dicimus, estoy entre dós fuegos. Porro ignis infernalis non est solum angustia interior, sed etiam miseria exterior, vt prædiximus. At huiusmodi angustia superat omnes mundi angustias, & miseria omnes humanas excellit miseras.

¶ Infernus igitur in scripturis sanctis infernus appellatur, quia subtus terram, & lacus, & stagnum ignis, & sulphuris Apocalypsi vigesimo, & Tartarus, & alijs hoc genus nominibus.

¶ Porro si sulphur est illius infernalis ignis materia, vt psalmdicus insinuat dicens, Ignis, & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum, non est perspicuum. Etenim cum hæc sint mixta quædam corruptibilia: ideo si sulphur esset materia illius ignis, tandem illa materia euanesceret, & ignis cessaret. Nisi dixeris Deum conseruare sulphuream illam materiam alendo igni aptissimam. Et itidem dicendum esset, tum aquas niuales cruciaturas impiorum animas & corpora: siquidem Iob testatur ad calorem nimium transeant ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius capitulo vigesimo quarto. Verum quis dicet tum futuras niues, aut procellas, quandoquidem motus cæli, qui causa est harum meteorologicarum impressio, cessabit. Et locum Iob, alij sic vertunt, vt que terra torrida, & calor absumunt a-  
quas niuales, ita infernus, eos, qui peccauerunt. Ex qua translatione non inferitur, quod ex vulgata. Greg. autē lib. 16. Mora.

Cor inferni  
locus sic sub-  
tus terram.

Infernus est  
corporeus.

Infernus est  
subtus terra.

2. ad Cor. 11.

An sulphur  
sit materia ig-  
nis infernalis.

Locus Iob ex-  
ponitur.

capitulo. 30. hunc textum non ad pœnas infernales detorsit, vt nostrates Theologi, sed ad eos, qui deponentes infidelitatis frigiditatem, ad fidei & charitatis feruentia dogmata percallenda proprio sensu plusquam satis fuisset accedunt: quorum peccatum si impœnitens fuerit vsque ad inferos permanebit. Sola enim peccata, de quibus verè non pœnitemus ad inferos vsque permanebunt. Vnde etiam iuxta vulgatam editionem, non conficitur ex loco isto niuales aquas torturas damnatos: at igneos ardores vbique clamat scriptura mentes impias afflictuos. Nisi obieceris locum illum euangelicum Matthæi octauo. Illic erit fletus, & stridor dentium, at stridor ille ex nimio frigore quo cogentur damnati continget. At vero non necesse est frigus omne ex niualibus aquis exoriri: sunt namque & alia quæ frigefaciunt: siquidem ex sola absentia solis frigiditate corripimur. Quod si insultas ex Hieronymi commentario ad Iob. 24. tractante eundem quem exponebamus locum, & docente duplicem esse gehennam & ignis, & frigoris, itemque in commentaria ad Matthæi de cimû, quia Dominus appellat quandoq; gehennam ignis, insinuans aliam esse frigoris. Vtiq; Hieronymus hæsitando hæc differit, non asserendo. Neque locus conuincit aquis niualibus esse frigefaciendos damnatos, vt colligebam dudum. Neque quia dominus appellat gehennam ignis, ideò consequitur aliam esse gehennam frigoris, vt ita multiplicemus gehennas, vt Plato multiplicabat inferos: vt cecinit Vergilius. 6. A. Eneid.

Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum

Supplicia expendunt: alix panduntur inanes

Suspensæ ad ventos, alijs sub gurgite vasto

Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Quæ carmina exponens Augustinus. 21. de Ciuitate Dei, capitulo decimo tertio, tribus elementis expiandas animas post mortem sensisse Vergilium ex Platonis dogmate docet. Et acre quidem, in eo quod ait, suspensæ ad ventos. Aqua vero in eo quod ait, sub gurgite vasto. Ignis denique suo proprio nomine expressus

Plato. in acre aqua & igne locat animarum expiationem,

est, cum dixit, aut exuritur igni.

¶ Porro autem in diuinis malis non legimus gehennam aquæ, vel aeris, sed solius ignis. Neque, quia gehenna ignis commemoratur inde confectarium erit subintelligere aliam frigoris, sed ex eo commemoratur gehenna ignis, vt subaudiamus supplicia damnatorum esse ex vltione ignis.

¶ Quod vero de stridore dentium Matthæus commemorat Augustinus epitola ad Iulianum. 111. videtur sine tropo accepisse, ita vt re vera dentes damnatorum stridebunt præ nimio frigore, & quod fiebunt fundendo lachrymas.

¶ Ait enim, vñ ijs, quibus præparatur dolor vermiû, ardor flammæ, sitis sine extinctu, fletus & stridor dentium, oculorum lachrymæ, tenebræ exteriores sine luce pœna inextremabilis. Haimon verò Matthæ. præcitatum enarrans locum ad tropum vertit verba Domini, ita, vt per fletum non lachrymosum fletum, sed vehementem dolorem intelligat & per stridorem dentium horrorem ingentem. Vnde ad eam rationem intelliget quod legimus apud Matth. vigesimo quinto, tunc plangent se omnes tribus terræ. Et quidè hoc Haimonis decretum non est improbabile. Et enim diuina scriptura per sensibilia nos deducere volens, ad intelligenda mala ingentia, quæ prement impios, per fletum, per stridorem dentium, per plangitum, &c. nos deducere satagit: vt etiam gaudia cælestia per sensibilia gaudia & foelicia subdemonstrat dicens, Torrente voluptatis tuæ potabis eos Domine: & agnus deducet eos ad fontes aquarum, & id genus innumera. Enimverò quemadmodum admonente Paulo oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: excedunt enim humanum captum bona quæ contingent beatis: ad eundem modum mala, quæ vexabunt impios oculus non vidit, neque auris audiuit, &c. Superant enim humanæ mentis vires illa assequi, ideoque ex sensibilibus malis, illa patefacere, vtcunque curauit scriptura diuina.

¶ Quid quod dicet aliquis, si fletus ille futurus est verus fletus ex lachrymis, vti que cum lachrymæ soluant humorem cerebri, fletus ille perpetuus resoluet prorsus

Stridor dentium & fletus qualis.

Psal. 35: Apoc. 7.

1. ad Cor. 2.

Quæ fontem ex tioris.

fus humorem cerebri, vnde mors accide-  
ret impijs, aut dices ex miraculo seruari.

¶ Adhuc si frigore concutiuntur dentes,  
& membra inhorrescere, & rigere, & con-  
cuti est necesse, vt tertia febris aut quar-  
tana laborantibus contingere experimur,  
vt ergo impiorum mouebuntur tunc mē-  
bra localiter cessante motu primo cæli?

¶ Accedit istis quia frigiditas huiusmodi,  
vnde procedet? Siquidem niues tum non  
erunt vel alia argentia, & scriptura ignem  
commemorat, nō algores. Namque quod  
ex Iob indicabam non ad pœnas illas æ-  
ternas retulit Gregorius, vt præmone-  
bam. Quid quod non ait, transibunt sed  
transeat, id quod imprecantis est, non in-  
dicantis.

¶ Porro autem istis non oppedientibus  
non videtur prorsus à ratione abhorrens-  
tum futurum verum fletum, & verum  
stridorem dentium. &c. vt August. vide-  
tur probatum fuisse: vt etiam erit verus  
ignis, verè que tenebræ euangelio docen-  
te ignem, & tenebras exteriores id tempo-  
ris futuras, per exteriores extimas tene-  
bras intelligens seu densissimas. Homines  
namque scelestissimi in carceres teterrim-  
os detruduntur, quo magis illorum in-  
crescat ex carcere pœna. Et si rem expen-  
dis hanc facile spectatum habebis cur im-  
pij dicantur deturbandi in tenebras exte-  
riores. Quamuis in ea re satis laboratur à  
sanctis doctoribus varie illas exponenti-  
bus. ¶ Verum ex Apocal. 21. didicimus ci-  
uitatem sanctorum illam non egere illu-  
stratione solis, vel lunæ: nam claritas Dei  
illuminat eam, & capitu. 22. legimus foris  
hanc ciuitatem esse canes, & veneficos, &  
impudicos, & homicidas, & idolis seruiē-  
tes, atque mendaces. Sunt ergo omnes hu-  
iusmodi scelesti homines extra ciuitatē  
illam beatissimam, quæ claritate Dei illu-  
stratur, ideoque quia non fruuntur hac  
Dei claritate, tenebris exterioribus inuo-  
lutos describit eos futuros scriptura.

¶ Sunt namque tenebræ istæ eō dictæ ex-  
teriores, quia sunt extra illam claritatem  
sunt nam sanctorum. Quapropter euange-  
lica admonerat oratio. Malos autem for-  
as miserunt. Matth. 13. & Lucæ. 13. Vos,  
inquit, expelli foras. Quia igitur impij  
extra lucem illam beatorum sint proiecti  
di, ideo proiectiendos docet Dei sermo in  
tenebras exteriores, Itemque licet tene-

bras exteriores appellare sensibilem ob-  
scuritatē, quam patientur in inferno im-  
pij, quæ exterior est si referatur ad inter-  
nam mentis cæcitatem, vel nequitiam,  
qua semper laborabunt.

¶ Quod si qua fieris, exterior est compara-  
tium nomen, igitur quæ erunt tenebræ  
extera: quæ uero extima? Nam Augusti-  
nus epistola ad Honoratum iam indica-  
ta, exteras tenebras peccata esse testatur,  
exteriores uero tenebras mala corporis,  
quæ homines cruciāt impios. Verum for-  
san comparatum usurpatur in euange-  
lio pro superlatiuo, vt exteriores tenebræ,  
sint eadem, quæ extima & vltima tene-  
bræ. ¶ Quod uero secundo colligebatur  
solues si dixeris fletum illum non resolu-  
turum cerebri humorem, vt neque ignis  
ardendo consumet vitalem impiorum  
humorē. Vnde perpetuo ardebit, & deu-  
ret, at sine consumptione Deo operante.  
Neque hoc miraculum erit tum, quod fuis-  
set modo. Etenim quod Deus ex lege &  
ordinatione præstat sine miraculo præ-  
stat, vt supra memineraui, de venerabili  
synaxi. Enimvero quia ex Dei statuto cor-  
pus Christi adest speciebus eucharisticis,  
ideo miraculum esse distemur, quod a-  
liquo est mirabile supra naturæ faculta-  
tem opus. Quia ergo hæc lex erit à Deo  
stabilita, vt impij non corrumpantur siue  
ab ardoribus ignis, siue à frigoribus, pro-  
pterea miraculum negamus.

¶ Tertio dices forte non solum dētes à frī-  
goribus concutiendos tunc, sed & mēbra  
impia eodem tormenti vexabuntur gene-  
re. Vnde autem illis tantus proueniet frī-  
gus membra eorum, & facies concutiens,  
vtique Deus qui est tanti supplicij autor  
nouit: cæterum vt febricitantibus, ex ter-  
tianis, aut quartanis febribus, rigor non  
ab extrinseco accidit, sed ab intrinseco:  
quippe medijs aëstibus stridentes habent  
dentes, & rigentia membra, ita & illis po-  
terit contingere.

¶ Neque quia tum cessabit cælestis mo-  
tus, ideo inferior omnis est negandus mo-  
tus, siquidem corda piorum & impiorū iu-  
giter pulsabunt. Adhuc nō videtur ratio  
nabile, si dixerimus illos mutos futuros,  
imo loquentur & mouebunt linguas suas  
ad loquelas, vel ad laudem Dei, quod e-  
rit piorum, vel ad blasphemiam diuinita-  
tis, quod erit impiorum. ¶ Neque uerum

Nō omnia a-  
ctio realis  
fabit ex cessa-  
tione motus  
caelestis.

proinde puto, quod omnis actio realis tunc finem habebit finito caelesti motu:

quandoquidem sol verè illuminabit caelestes, & elementarios globos: illuminatio verò actio realis est, & non intentionalis.

¶ Porro discernere, quæ sit materia futura ignis illius infernalis non est mihi spectatum: quia scriptura sulphur insinuat esse materiam illius ignis. Et alibi insinuat carbonem esse, testante scriptura. Cadent super eos carbones, in ignem deijciet eos in miseris non subsistent.

Triplex ignis  
discrimē  
ex materia.

¶ Observandum autem est ex Aristot. 5. Top. cap. 3. Ignem quendam esse lucē, alium flammam, alium prunam ignis lux est ignis in propria materia subtilissimus qualis est elementarius sub concavo lunari residens. Flamma verò, est ignis extra propriam materiam, sed in aerea materia existens: ignis tandem pruna, est in materia terrestri qualis est carbo succensus. Ignis autem ille, qui deuret impios qualis sit non est in absoluto, at videtur nō esse elementarius, siquidem ille solum est in propria sphaera. Sed videtur flammam esse, quia Lucæ. 16. scribitur, Crucior in hac flamma. Et prunam esse videtur ex loco psalmi dudum indicato. Verū quia neque tunc erunt carbones, quales apud nos, neque ibi erit sulphurea materia, vel aerea quæ inflammetur, alium esse illum ignem à nostro non specie, sed ex materia accidentaliter differentem, forsan qui dixisset non errasset. Vnus quidem ignis erit, & hominibus, & dæmonibus. Matthæi. 25. vt Augustinus dixit de Ciuitate Dei. 21. cap. 10. at verò accidentaliter valde diuersus à nostro, quippe à materia nō fouebitur aliqua: namque docente scriptura inextinguibilis erit, noster autem extinguiibilis conspicitur. Habebit autem inextinguibilitatem à diuina voluntate donante illi incorruptibilitatem, quam quoque donabit deurendis corporibus humanis ab illo. Quod verò traditur apud vatem Esaiam, Nutrimenta eius, ignis, & ligna inulta, flatus Domini sicut torrens succendens eam, non est accipiendum ad eam rationem, vt credamus ligna materialiter esse nutrimenta ignis infernalis aut sulphurem, aut quod ventus aliquis porro vehemens illum ignem agitet, & agitando succendat. Cæterum istis me-

Matth. 3.

taphoricis sermonibus vtitur diuinus sermo, vt per hæc intelligamus, quæ procal sunt à sensibus nostris. Igitur neq; lignorum strues, neque sulphur, aut quoduis aliud oleosum, aut butyrosus, vel bituminosum erit materia illius ignis, neque ventus aliquis illum agitabit: quia hæc vniuersa mixta cessabunt, cessante caeli motu. Verum, vt demonstraret Esaias illum ignem non defecturum, sed perpetuum futurum vtitur translatio sermone lignorum, & sulphuris, quasi dicat non putatis ignem hunc defecturum, quia nutrimenta non habebit imo habebit se perinde atque si semper habuisset ligna, & sulphurem in nutrimenta, & vehemens flatus illum perpetuo agitasset. Et, vt ostenderet à Deo hunc ignem esse inextinguibilem, & non ex sua natura subiecit flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendit eam. Et Iob. 20. traditur, Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.

¶ Sunt qui censeant damnatos homines summo torquendos calore, atque summo frigore, & quod hæc duo summa erunt simul in corporibus illis damnatorum.

¶ Quibus ego refragor. Etenim damnati non æquali damnatione sunt plectendi, vt enim in domo caelesti sunt variæ mansiones, & varia præmia pro varietate meritorum bonorum: ita in domo diabolica erunt varia supplicia pro varietate flagitiorum, quare non erit summus calor omnibus, aut summum frigus: sed magis & minus deurentur, & algebunt.

¶ Dubitas forsan nunquid dæmones vt ab igne patiuntur, ita & à frigore, item anima ille noxi? Etenim si ab igne affligetur impij homines, qui affliget impios dæmones, cur non etiam ab eodem frigore? Quod si admiseris, vtique tacentibus scripturis, admittes: quia solum legimus, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, non, ite in frigus.

¶ At forsan recolens Domini verbum illud, Neque nubent, neque nubentur, sed erunt æquales angelis Dei: inde colliges si homines pij futuri sunt in caelesti regno æquales in præmijs angelis Dei, igitur impij in supplicijs erunt æquales angelis diaboli: ergo si homines torquendi sunt ab igne, & frigore, dæmones quoque eadem luent supplicia.

Verum

Scripturavit  
tur translatio  
sermone ex  
sensibus ma-  
nu ducens ad  
intelligibilia

Nō cruciabit  
dānatos om-  
nes summus  
estus, & sum-  
mus algor.

2. Concl

Isido, plac  
de situ in fe  
ni non pro  
batur.

Verum de re hac post hęc erit disertatio & de conclusione prima hæc tenus.

2. Conclusio.

¶ Secunda conclusio, infernum esse in centro vniuersi consentiunt nostrates Theologi, at verò dogma non est ex fide certum. Priorem partem probat calculus theologorum scholasticorum, quibus hoc valde probatum est gehennam in mundi centro locari: quia damnati qui se affectibus elongauerunt quam maxime à diuinitatis amore, quam maxime etiam elongentur à diuinitatis sede, vt supra colligebam. Posteriorem partem suadebis, quia Isidorus infernum non in centro statuit, sed in superficie terræ Antichthonorum, quæ est opposita nostræ habitationi. Etenim Isidor. docuit luminaria futura post diem extremum in eisdem locanda, quibus creata fuere sitibus, vt inquit, damnatis non luceant. Igitur autumat Isidorus non esse infernū intra viscera terræ, quia si viscera terræ continerēt damnatos, sol & luna vbicunque essent non illumarent illos, vt liquet.

Isido. placitū de situ inferni non probatur.

¶ Porro Isidori placitum à nemine probatur. Et quidem superficies illa terræ Antipodarum est non damnatorum habitatio. Et rursus, quia scriptura infernum docere videtur esse in profundo terræ, vt supra colligebam. Ad hæc vox hæc infernus significat quod infra est: verum superficies illa terræ non est infra, sed supra, si conferatur nostræ: quippe populus Antipodarum est superior, & noster inferior, vt Aristotel. docuit libro de celo & mundo. Nihilominus recte scripsit Thom. in 4. distinctio. 44. quæstio. 3. articulo. 2. quæstio. 3. Infernus probabiliter ponitur sub terra, licet non possit sciri certitudinaliter: vbi sit nisi per reuelationem. Tamen si Thom. in centro esse terræ, ibidem testatur, & alibi. Cæterum in opusculis, opusculo. 10. articulo. 3. etiam si fateatur esse sub terra infernum sequens Augustinum in libro retracta. iam prænotato loco, at verò si in centro sit nemini posse constare docet. At in opusculo. 11. articulo. 24. & 25. adhuc hæsitat de re hac & confessum illi est non esse in centro.

¶ Primo sanè quia centrum est locus grauium, si concauū est illò grauium non possēt deferri. ¶ Secundo, quia esset tunc in centro ab exordio mundi concauitas amplissima, quæ conciperet homines omnes il-

lo detrudendos. Etenim infernus non est factus post mundi creationem, sed ab initio sæculi Deus condidit inferos. Esai. 30. preparata est ab heri Tophet. &c. At vero si hoc damus terra rueret tota, quia concauitas illa non posset sustinere terræ tantum mensuram pondus. ¶ Neque confugiendum est ad miraculum: quia miracula citra rationem, & necessitatē non sunt admittenda.

¶ At vero hæc argumenta non sunt adeo vegeta, quæ solui nequeant. Primo respondebis, grauisimam esse terram, & hanc tenere centrum mundi: cætera autem grauiora si non sunt in centro mundi, satis est si in terra quiescant, quæ tenet centrum mundi. Neque enim fieri potest, vt omnia grauiora occupent centrum mundi, siquidem istud centrum est indiuisibile. Vt igitur fieri poterit, vt vnum indiuisibile occupetur ab innumeris diuisibilibus. Idcirco non omnia grauiora appetunt esse in illo indiuisibili, sed esse illis satis est in loco infimo, quem occupare poterunt. Alias dicere cogemur omnia grauiora esse violenter, quandiu non sunt in centro, quod alioqui obtinere non possunt, vt liquet. Quid quod concuitas illa non erit impedimento descensui grauium vt vides.

¶ Secundo respondebis illam concuitalitatem, quæ est conceptaculum damnatorum, non esse tam magnam, quantum credimus esse terræ circumferentiam. Multo namque minor sufficit, excipiendis damnatis hominibus: siquidem spiritus diabolici non occupant locum. Omnes autem homines impij, quotquot fuerunt sunt & erunt, etiam si sint multo plures, quam pijs homines: cæterum totam terræ superficiem si adessent simul, vt aderunt ad iudicium sistendi finale non replebūt, imò neque maximam illius partem, nedū totam, & forte nō replebunt millesimam partem terræ totius. Quare illa concuitalitas erit tanquam specus quæ dā vastissima: at certum est supra specum terrā sustineri, quia quod inane est ex parte altera, solidū est ex altera. Quid quod forsitan non erit vna sola concuitalitas concipiens omnes damnatos, sed alia & alia, iuxta terræ centrū, & circū circa ipsum: quia huiusmodi concuitalitates si dixerimus varias esse & nō vnā solū, forsitan nō ineptiemus, ne-

Arg. Tho cōtēdētā infernū nō esse in orbis cētro.

Solutio Tho. argu.

que absurdam theologiam inuehemus, au-  
ribus nostratum theologorum, vt que-  
dam, scilicet, sint superiores luendis mi-  
noribus delictis, alia profundiores deli-  
ctis grauioribus plectendis. Enimvero si  
confessum est theologis infernum damna-  
torum esse profundiorum, purgatorio, &  
limbo puerorū, & patrum qui olim erat,  
vt distincta receptacula distinctione pœ-  
narum, & puniendorum denotent, cur nō  
infernus damnatorum diuersis distingue-

Infernus sig-  
nificat conca-  
uitates in-  
tas circumsta-  
tes mundi cœ-  
trum terrifi-  
cas & terri-  
mas.

tur receptaculis, seu concauitatibus, pro-  
diuersitate puniendorum, & punitio-  
Huiusmodi autem concauitates seu spelū-  
ca tetricæ erunt & terrificæ valde, plene  
igne ex materia Deo nota in cōsumptibi-  
li tamen, & circumstantur mundi centrū,  
siquidem ex nostro, & ex alio aliorum he-  
misphærio illō infœlices sunt detarban-  
dæ animæ.

¶ At verō si meam forsan desideras de re  
hac censuram dixerim tibi me non fugere  
re Augustinum dixisse hoc esse incertū  
vbi sit ignis inferni, & qualis sit, quem Ma-  
gister distinctio. 4. 4. & Damasc. lib. 4. de  
fide capit. vltim. est secutus, at verō quod  
dixerat lib. de Ciuitate Dei. 20. cap. 6. cor-  
rexit libro retracta. vt sæpe meminimus,  
dicens esse sub terra, quamuis nihil com-  
miniscatur si in centro, aut aliās sit. Et qui-  
dem probe Augustinus retractauit, quod  
dixerat: quia scripturæ diuinæ hoc proba-  
re videntur esse infernum sub terra, siqui-  
dem articulus fidei docet Christum de-  
scendisse ad inferos, descensus autem ad  
inferiora est, vt ascensus ad superiora. Et  
Petrus Actor. 2. inquit, Christū surrexisse  
à mortuis solutis doloribus inferni. Ete-  
nim quia quosdam soluit à pœna infer-  
ni, scilicet, sanctos patres, quos eruit Chri-  
stus à limbo Petrus dixit Christum sol-

Christus quo-  
rūdam soluit  
dolos infer-  
ni nō omniū  
vocat Petrus  
dolos pœ-  
nas ipsas quas  
ferebat san-  
cti patres.

uisse dolores inferni vocās infernum lim-  
bum patrum. Quanquam ex articulo hoc  
non colligitur infernum esse in centro ter-  
ræ: quia sufficit si dixerimus quod Domi-  
nus descenderit ad inferos, quia ad infe-  
riores partes, quamuis non ad infimas di-  
cimus Christum descendisse. Vnde Ec-  
clesiast. 4. traditur, penetrabo omnes in-  
feriores partes terræ, non ait infimas. Cæ-  
terum si locum Apocaly. 5. expendimus,  
supra commemoratum indicantem, qui  
in cælo, & qui in terra, & qui sub terra  
non esse dignos soluere signacula libri, &

hos omnes Deo reddere laudem: vnde pur-  
gatorium locum esse sub terra colligunt  
scholastici Theologi. Quod si locus hic  
conuincit purgatorium esse locum sub  
terra, vtique vehementius colliget infer-  
num damnatorum esse sub terra. Quippe  
si animæ Deo charæ, quæ purgant pœnas  
suorum antiquorum delictorum sub ter-  
ram destinantur expiaturæ: quid quod  
Deo infestæ animæ non ad expiandū cul-  
pas, sed ad luendum pro culpis pœnas  
sub terram deputentur luituræ: At forsan  
dices locum commemoratum non con-  
uincere, quia est intelligendus cælestes,  
& qui sunt in terra nostra habitabili, &  
qui sub terra hac nostra sunt Antipodæ  
Deo soluere laudes, & neminem ho-  
rum esse dignum referare signacula lis-  
bri.

¶ Porro siue conuincat locus prædictus  
purgatorium esse sub terrā, siue non res-  
fert nihil: quoniam duplex quæstio est  
de purgatorio, vt de alijs receptaculis ani-  
marum, an sit, & vbi sit. Purgatorium au-  
tem esse, si non ex loco isto, ex alijs sit eui-  
dentius: esse vero sub terra satis congrue  
ex loco Ioannis persuadetur indicato. Et  
quando locus hic non colligat, infernum  
esse sub terra, alios retulimus, qui illud  
persuadent: quibus adde locum Esai. 14. in-  
fernus subtus exhibet in occursum aduen-  
tus tui. Arbitror igitur ex diuinis scriptu-  
ris satis haberi infernum esse sub terra: at  
verō si in centro positionem habet, id ex  
scripturis non est euident, quamuis illis  
sit satis amicū dogma. Bonaventura, Ri-  
chardus, Petrus de Taran. Henricus Asia-  
ticus multiplicat suadelas. legē apud il-  
los.

¶ Tertiā conclusio forsan aliquando ani-  
mæ quædam impiæ non descendunt ad  
centrum terræ puniendæ, sed supra ter-  
ram pœnam inferni sustinent. Hanc col-  
liges ex Gregorio quarto dialogorum,  
vbi capitulo vigesimo quarto narrat quē-  
dam eremi cultorem vidisse Lipari insu-  
la Siciliæ animam Theodori regis pro-  
iectam in illam bullientem ex igne Vul-  
cani, quam ibidem proiecerunt Ioannes  
papa, & Symmachus Patritius, quos  
Theodorus Rex occiderat. Vocat au-  
tem ollam Vulcani spelancam montis  
euomentem flammam, & sulphurem  
iuxta signata poetica signentia Vul-  
canum

00113000

in fide obit  
- rini uil ab  
019 non in  
ruted

3. Conclusio

Infern  
extrao  
ria ex C

Inferor  
trina r  
tabulof

Villa r  
acia.

4. conc

Inferni loca  
extraordina-  
ria ex Grego.

canum esse Deum ignis. Vnde ex Vulcano, ignem subaudiunt, vt Isidor. meminit lib. vigesimo secundo Etymo. Quare quædã insulæ Siciliæ Vulcaniæ appellabuntur, quia scatebant igne, vt mons Aethna. Et alia huic institutio seruietia de narrat Gregorius. Huiusmodi autem loca non sunt infernus, cuius meminit scriptura, sed sunt extraordinaria loca, quæ ex Dei sapientissima ordinatione ad correctionem & terrorem viuentium à Deo sunt instituta ad punitionem quorundam hominum, quorum, vt vita fuit maximo scandalo orbi, ita punitio sit orbi lucidissimo exemplo. Ex istis patet assertionem inferorum non esse cõmentum poeticum, vt quidam putant excogitatum ad deterredos homines bestiales à facinoribus patrandis. Nam studio illis erat quos ratione non poterant monere ad virtutem, saltim timore deterreret à vicijis, vt Cicero meminit lib. 1. de natura Deorum dicens, Quidam totam de dijs immortalibus opinionem fictam dixerunt esse ab hominibus sapientibus. R. P. gratia, vt quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret. Vnde Statius in Thebaidæ primus in orbe Deos fecit timor. Et ad rem magis loquens Tullius lib. 3. inuertiuarum in Cætilinam inquit, itaq; vt aliqua in vita formido improbis esset posita apud inferos, quædam illi antiqui supplicia impijs statuta esse voluerunt, cui subscripsit Seneca tragæ. 6. metro. 5. Ad quam rationem Platonicus dixerunt vtile esse homines fortes fingere ex dijs genus ducere: vnde ad præclara edenda opera animarentur, vt Alexandrum quidam mentiebantur esse Ionis filium, atque Iunonis. Et verò fides catholica inferos esse exitialiaque impiorum supplicia non fide, sed veraciter docet, erudita ex diuino sermone, qui epulonem illum ardere in flamma perpetua sine vlla consolatione tradit apud Lucam. 16. Et quamuis ibi non legamus cruciatum illum esse perpetuum, at legimus Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, &c. vt post hæc vberius differetur.

4. conclusio. Quarta Conclusio, inferni vocabulum, quatuor habitacula animarum separatarum comprehendit, videlicet, Gehennam & Limbum infantile; & Purgatorium, & Sinum Abrahæ. Etenim Deus 32. Ignis

Inferorũ doctrina nõ est  
fabulosa.

Villa mendacia.

3. Conclusio.

4. conclusio.

ait, est succensus furorote meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Habet ergo infernus nouissima, igitur habebit media & prima. Quippe nouissimũ refertur ad primum: & vbi est nouissimum, & primum, medium quoque esse est asserendum. Nouissimum igitur inferni est Gehenna: quippe est locus profundior ceteris infernis, & omnium miserimus. Primum autem inferi, erat quendam sinus Abrahæ, quia inferorum hic erat felicior locus, quippe suos tormentis non exercebat incolas, sed solum vexabat diuina visiois carentia. Hic locus subintelligitur ex verbo illo Psal. 15. Nõ derelinques animam meam in inferno, & non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Etenim anima Christi descendit ad hunc infernũ locum: soluitque dolores huius loci, soluens poenam illam diuturnam, quam sancti Patres ferebant non videndo Deum. Et hoc est quod Acto. 2. dicebat Petrus Christum surrexisse solutis doloribus inferni, vt supra indicabam: nanque inestitudinem sanctorum Patrum, ex non videndo Deo, vocat Petrus dolorẽ. Anima verò Christi non fuit ibi in inferno derelicta, quia diuinitas illam cum triumpho & spolio beato sanctorum animarum eduxit ab inferis copulandam suo felicissimo corpori. Rursus Luca Evangelii 6. huius loci meminit. Quippe Lazarus reportatus legitur ab Angelis in sinum Abrahæ hunc: & epulonis anima in loco distantissimo locata refertur à Deo, vt interiaceret ingens chaos, inter locum epulonis, & Lazari. At qui chaos istud vel inter capedõ potest bifariam intelligi, aut secundum localem distantiam, aut secundum firmitatem diuini decreti statuentis nullũ ex inferno inferiori traducendum ad sinum Abrahæ. Ad hæc locus hic insinuatur Zachariæ 9. Tu inquit, in sanguine testamenti eduxisti vindictos de lacu, in quo non est aqua. Obseruabis tamen Hieronymo. 2. cõm. in Zachariam. credidisse hunc locum esse etiam infernũ Gehennalem. Motus est ex verbo illo. Ex lacu, in quo non erat aqua exposuit, nulla clementia in illo, nulla miseratio. Et subdit, In hoc lacu inferni morabatur diues ille Epulo, quondam purpuratus, cuius lingua magniloqua poenarum exurebatur incendijs. Vnde aliquis forsan secum

Nouissima inferni sunt Gehenna.

Loco colligentes inferi locum patrum ante Christi mortem.

Procedit ad locum inferi

Hieronymus dicitur locus exponitur.

Ad unum dicitur locus inferi

E 5 reputabit

reputabit sinum Abrahamæ esse Gehennam, aut quod Patrum Limbus non sit sinus Abrahamæ. Porro Augustinus Episto. ad Dardanū, quæst. 77. & Episto. 99. ad Eudodum, & lib. 12. super Genesin vera censet docens, sinum Abrahamæ non esse eadem atque Gehennam. Siquidem ex contextu Evangelici sermonis non est obscurū intellectū sinum Abrahamæ esse locum quietis, & ubi erat Epulo esse locum tormentorum. Ad hæc vastitas ingens interiacens indiculo est hæc non esse eadem. Neque demum ratio fert esse immixtos in eodem loco Dei amicos, cū hostibus Dei atque Diabolo & Angelis eius. Hieronymo tamen respondebis intellexisse esse eundem, quia omnes isti inferi sub eodē ambitu terræ continentur. Quod verò Zacharias lacum sine aqua esse dixit, est verum: quia omnes inferi destituuntur consolatione, non tamē eodem modo. Siquidem Gehenna omnigena referta est miseria, & omni consolatione destituta est, & erit perpetuo. At verò sinus Abrahamæ consolabatur ex spe, tandem videndi Dei, neque igne torrebatur, aut frigore concutiebatur, vt Gehenna. Quod verò Augustinus docet infernum nunquam in scripturis pro bono vsurpari, sed semper in malum differendo dixit, & non asserendo: Vel dicito cum Thoma infernum non significare bonum, vt infernus, at Sinū Abrahamæ in bonum vsurpari. At infernus, qui Patres excipiebat, vt infernus, significabat illorum merorem & afflictionem, at vt Sinus Abrahamæ pacē, illius loci, & quietem, & spem denotabat. Christus autem suo descensu hunc locum illustras spoliavit illum, & illi finem imposuit. Vnde repudiabis Lutherani dogma tradēs nullum fuisse Sinum Abrahamæ, qui esset locus sanctarum animarum sed esse verbū Dei, cui verbo quia Lazarus fidebat, ideo dicitur Luca. 16. esse in Sinu Abrahamæ. Non tamen me latet sanctorum testimonia esse quædam, quæ videntur insinuare animas sanctas etiamnum esse in quibusdā receptaculis expectantes diem nouissimi, quādo acceptis corporibus Deo fruuntur: quo interim non fruuntur sed in sinu quiescentes Abrahamæ, corpora sua expectant in quibus becentur. Est huius dogmatis autor Bernardus exponens illud Apocalyp. 6. Vidi animas interfecto

rum subtus altare. Rursum Hirenæus in fine lib. 5. ad hæreses. Animæ inquit, Discipulorum Domini abierunt in inuisibilem locum, definitum à Deo, & ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur sustinentes resurrectionē post recipientes corpora & perfectē resurgentes, hoc est, corporaliter resurgentes, vt Christus resurrexit, venient ad conspectum Dei. Et Iustinus Philosophus lib. quæstio. à gentibus propositarū quæst. 76. expresse docet animam latronis nunc esse in paradiso terrestri cum cæteris sanctis. Et tandem concludit quod nemini ante resurrectionem ex his, quæ in vitā gessit præmium redditur. Et Tertullianus aduersus Marcionem. 4. Eam, inquit, regionem Sinum dico Abrahamæ, & si non cælestem sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus iustorum, donec consummatio rerū resurrectionem omnium plenitudine mercedis expugnat. Et hoc sæpe repetit alijs libris suæ doctrinæ. Quin & Clemens Romanus libro Hypotyposeon, Interim, ait, oportet animas vsque ad diem iudicij extra cælum patienter futuram gloriam expectare. Idem Origenes homil. 7. in Leuiticum ex illo Pauli ad Hebræ. 11. Et hi omnes testimonio fidei probati defuncti sunt non acceptis promissionibus, vt sine nobis consummarentur, probat Abrahamæ Isaac & Iacob, &c. adhuc non esse beatos neque sanctos Apostolos, &c. quia nos expectant, & interim dolent peccata nostra vnde ait, Neque decedentes hinc sancti integra meritorum suorum præmia consequuntur, sed expectant etiam nos, licet morantes, licet desides. Et idem sibi sapit lib. 2. periarcho in hæc verba, Puto quod sancti decedentes ex hac vita, permancant in loco aliquo in terra posito, quem paradysum dicit scriptura diuina velut in quodam eruditionis loco, &c. & lib. 4. Periarcho sibi rursus consentit, & si non tam aperte, vt prius rem hæc doceat. Quibus omnibus subscriptor est Lactantius. 7. libro diuinarum institutionū, cap. 21. Nec quisquam putet animam post mortē protinus iudicari, nam omnes in vna cōmuni custodia detinentur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tunc quorum fuerit probata iustitia hi præmium immortalitatis accipient

in ambrasi  
ad iudicium  
annad

Infernus si  
vsurpatur in  
bonū aliquā  
do.

Lutheranorū  
dogma de Si  
nu Abrahamæ.

An Sinus A  
brahæ hucuf  
que per seue  
ret.

4. lib. 4.

Assertio a  
rens anim  
sanctas p  
diem iud  
beandas  
hæretica.

accipient: quorum autem peccata & scelera detecta fuerint, non resurgent: sed cum impijs recedentur ad easdem tenebras ad certa supplicia destinati. Victorinus quoque cum Lactantio habet in comment. ad Apocaly. exponens verbum illud. *Vi di animas, &c.* Ara aerea terra intelligitur, sub qua est infernus, remota à poenis & ignibus, & requies sanctorum, in qua quidem ab impijs videntur & audiuntur iusti, neque illuc transire possunt. Et paucis interiectis, in nouissimo tempore sanctorum remuneratio perpetua, & impiorum ventura est damnatio, ideò dictum est eis expectate &c. Et hoc idem aiebat Origenes in paradiso terrestri animas sanctorum detineri in diem vsque iudicij, & Lactantius pios, dicens, & impios, non esse iudicandos modo vel ad premium, vel ad poenā &c. Et D. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. 10. motus ex testimonio Esdrae. 4. lib. 4. cap. Locum ait, quem petunt omnes animæ exuta corporibus, infernus est, qui non videtur. Diuus etiam Chrysostomus homil. ad priorem Pauli epist. 39. loquens de anima nostra inquit, *Etsi sexcenties sit immortalis admirandis illis bonis sine carne non fruetur, quæ admodum neque poenis punietur.* Cui Augustinus consentire videtur in enarratione Psalmi. 36. post vitam, inquit, nō dum eris, vbi erunt sancti: quibus dicitur, *Venite benedicti patris mei percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi.* Nondum ibi eris, quis nescit? Sed iam ibi poteris esse vbi illum vlcerosum pauperem diues ille superbus in medijs tormentis, videt longè quiescentem, Et demum parcēs fastidio alijs patrum testimonijs cum prioribus concinentibus superledeo. *At verò assertio est hæretica quæ hoc affirmaret animas, quæ immaculatae ex vita ista cōmigrāt, non statim beati, si culpa vacant, & poenæ non sunt obnoxiae alicui temporali ob delicta commissa, de quibus poenitentes non satisfecerunt viuēdo.* Et quidē verba Petri hoc docent illa, quæ cōpluries indicauimus Christum resurgendo soluisse dolores inferni. Si ergo animæ sanctorum patrum detentæ in custodia Limbi, non sunt liberatae à custodia illa, sed adhuc ibi detinentur conclusæ, ad diem vsq; iudicij, vtiq; non soluit Christus dolores inferni.

¶ Ex loco item Zachariae. 9. idem spectari poterit, Tu autem &c. Si ergo Christus per sanguinem suum soluit vinculos à lacu in quo non erat aqua, qui lacus Limbū denotat patrum, ibi iam non sunt, sed beatitudine perfruuntur. ¶ Quòd si deluseris hæc argumenta, dicens cum Origenes, Nicephoro, & Græcis alijs esse traslatas à Christo tunc animas in paradysum terrestrem, obsecro quantū erat hoc emolumentum animarum sanctorum, si quidem illa tristitia atque dolor quo corripiebatur ex non videndo Deo, non ex amenitate paradisi terreni alleviatur? Igitur nō sunt soluti à doloribus suis: non sunt adhuc eduēti ex sua miseria. ¶ Tertio Stephanus adhuc in carne viuens, act. 7. vidit caelos apertos, & Iesum statem à dextris virtutis Dei, si in carne subsistens ob constantiam martyrij, tantum prærogatiuæ munus est adeptus, cur illa postmortem & trophæum est defraudatus? Quid quod Augustin⁹ Mosē opinatur viuendo temporaliter vidisse diuinitatem clarè, itemque Paulum: cur igitur deposita carne illis visio denegabitur diuinitatis. ¶ Dices, videbunt post diem iudicij, sed obsecro quid interim detinet, quominus Deo fruantur sancti? Non sanè culpa, sed neque delictorum poena, quam supponimus expiatam vel per ignem purgatoriū aut per poenitentiam. Si ergo prorsus sunt expiatae à culpa & poenæ, cur non beantur modo? Quondam sanè detinebat, quominus bearentur, quia salutaris hostia, quæ Christus est, nondum fregerat Tartara: ideòque quousque Christus solueret humanæ naturæ debitum detinebantur conclusæ: verum iam soluto illo nihil est quod detineat. Vnde canit Ecclesia, *O salutaris hostia per quam fracta sunt Tartara, redempta plebs captiuata, reddita vitæ præmia.* ¶ Et rursus eadem, *Tuos captiuos redimens, ad dexteram patris resides.* ¶ Quartò Paulus ad Ephes. 1. confedere nos fecit in caelestibus. At certū est tum Paulum nō confedere in caelestibus, qui alioqui in terris agebat. Cur ergo se confedere dixit in caelestibus? An nō quia spe erat certus se cito esse confessurum solutis corporis vinculis? Si autem dies iudicij vniuersalis erat illi expectandus tantaque annorum mora spes protrahenda, cur dicebat se iam confedere, id quod plurimum

4. lib. 4.

Assertio asserens animas sanctas post diem iudicij beandas est hæretica.

Ad Ephe. 1.

rimum distabat, vt fieret. ¶ Quinto, Dñs Ioã. 12. volo, inquit, pater, vt vbi egolum, illic sit. & minister meus. Hęc aut Dñi oratio cur tãtopere producenda, vt dies expeçtetur nouissim⁹, vt ipse sit cū ministris suis? Si ipse iã regnat in celo, cur ministri eius nõ regnabunt modo cū ipso? Cur caput tantã sustinebit moram membrorũ suorum, vt conregnẽt cum ipso? ¶ Sexto, Apocaly. 4. in conspectu throni, & sedentis in ipso agni, erant. 24. seniores, & cap. 7. post hæc, vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, stantes ante thronum, & palmã in manibus eorum &c. Ergo ex visionibus istis in promptu est sanctos iam esse in celesti patria. ¶ Septimo, quia impij statim à morte torquẽtur ob male facta, igitur immaculati continuo beabuntur ob benefacta. Antecedens patet Lucã. 16. de diuite Epulone. Lazarus verò tum non erat beatus, quia nõdum salutaris hostia oblata fuerat in Cruce pro peccatis nostris. ¶ Octauo, Christo capiti est decens similia esse mēbra sua, quã sunt fideles: Christus autem prius fuit beatus secundũ animam, & dein resurgẽs à morte beatus ex corpore, ergo itidẽ sancti fideles. ¶ Quod si obieceris verbum Domini Matth. 25. Venite benedicti, & ite maledicti, vbi videtur remunerationẽ, & punitionẽ tum demum sub iudicio futuram, respõdetur perfectam remunerationẽ sanctorum, & consummatam punitionẽ impiorum in anima & corpore tum futuram. Ideo Paulus ait, Reposita est mihi corona iustitiã quã retribuet mihi Dominus in illa die iustus iudex. 2. ad Timo. 4. ¶ Nono Decretales pistolæ Innocẽtij. 3. & Benedicti vndecimi, cõtrariam assertionem cẽu hereticam condemnant. Et Concilium Florentinum contra Armenos tradidit heretici esse dogmatis. Armeni enim tunc, & modo anabaptistã suãsum, habent hunc errorẽ, quẽ secutus est Cornelius Agrippa lib. 2. de occulta Philosophia. ¶ Testimonijs patrum respõdebis tum non esse rem hanc decisã ab Ecclesia, vt modo, Quo fit vt sinus Abrahã seu patrum limbus iam no extent post Christi mortem. Guilielmus OKain, & alij impegisse restantur in hanc hæresim Ioannẽ. 22. qui ppe qui publicẽ prædicauerit animas sanctas non habere gaudia celestia modo vs

De baptis & eius esse. ca. Maiores. de presby. non bap. ca. aperta lege Cano aem Benedi. et ad longũ in Marfilio. 4. q. 13. art. 3.

que in diẽ iudicij. Alij contẽdunt Ioã. 22. hoc non decreuisse, & indicant Benedictum vndecimum in sua Decretali tradẽtem Ioannẽ non diffiniuisse, sed hanc rem decernere cupientem conuocasse Cardinales, & Theologos, & doctos alios qui de hac re possent dijudicare: quã cū adornaret Pontifex mortuus est. ¶ At verò aliorum opinioni hoc parum obstat: si quidem poterat cẽu doctor particularis docere dogma præfatum, & ad decisionem Papalem celebrandam conuocare Ecclesiasticos viros, quorum opera, & cõsilio autenticẽ decerneret dogma hoc vel esse suscipiendum aut reijciendum. Marfilius vero in. 4. q. 13. art. postremo dicẽt Ioannẽ. 22. ita sensisse, at ex determinatione Parisien. Vniuersitatis reuocasse sententiam. ¶ Porro ad priora, vnde exiuit remeet oratio, opus factu est, quia satis superq; acutatum est de inferno hoc primo, siue de sinu hoc Abrahã, aut limbo patrum. Iam videam⁹ de medio inferno hic autem non est simplex. Etenim diuiditur in infantile Limbum, & in Purgatorium locum. Sit igitur. 5. conclusio, puerorum conceptaculum proximũ est Gehennã eorum inquam qui sine sacramentali gratia decesserunt, liquidem vtrunq; cõtinet filios irã, nisi quod Gehẽna filios habet irã, quã promeruerunt ex proprijs delictis, ex ppriaq; volũtate patris. Ceterũ limb⁹ puerilis habet sane filios irã ex proprio quidẽ peccato originali, verũ nõ ex propria voluntate, sed ex ppagatione conciliato, idẽ nõ igne torquẽtur, sed faciali visione Dei orbantur. ¶ Quãuis Chrysofost. elucidãs locũ Paul. ad Ro. 5. quẽdã in serit fati ab hoc dogmate theologorũ abhorretia. Præfert enim tria, Primũ peccatũ. Adq; ad posteros trãsiuit nõ culpa, sed pœna: quia quãuis propter alterius delictũ aliq; pœnam interiu liet, nõquã tamẽ aliquis ex alieno peccato, peccator existit sed vnusquisq; ex suo tantũ scelere sceleratus existit. Secũdũ est corollariũ huius, Peccatũ Adã nõ fuit posterorũ animarũ damnatio, sed solũ corporis infirmitas corruptio, atq; mors. Siquidẽ mors animẽ illos tãtũ cõsequitur, qui ex libera electiõẽ peccãt volũtariẽ. Mors aut corporis tã peccãtes, quã nõ peccãtes cõprehẽdit. ¶ Tertiũ est peccatũ primi parẽtis nihil nobis dũrimẽti attulit, sed maxima lucra.

Ioã. 22. an do cœritanimas non beandas ad extremũ vsque iudicium.

5. Conclusio.

Triã dubia ex Chrysof. contradicunt nam de peccato originali.

Et

Et quod maximè omnium vrget aduertendum hoc habitaculum infantium est, quod Chrysoſtomus ſcripſit in Homilia ad Neophitos infantēs, non eſſe inquinatos peccato: neque ad remiſſionem peccatorum baptizari. ¶ Porro D. Auguſt. lib. contra Iulianum à Pelagianis credit hunc locum Chryſoſtomi eſſe malè tranſlatum, ſiquidem non ita habet Chryſoſtomus in exemplaribus Græcis Germanis, vbi ſic legitur, ideo infantēs nos baptizamus, quamuis peccata non habeant. Verum hæc Chryſoſtomi, vt & præcedentia verba, ſubaudienda ſunt infantēs non habere peccatū actuale, neq; enim ideo baptizantur, quia credimus peccatis actualibus eſſe inquinatos, vt adulti ſunt inquinati. At vero Chryſoſtomus nō negat infantēs peccato originali eſſe infectos. Et hoc eſt quod volebat in prima aſſertione, vnusquisque ex proprio non ex alieno ſcelere ſceleratus exiſtit. Scel<sup>o</sup> vocans actuale peccatum, ſcilicet, dictum, vel factum, vel concupitū, contra legem Dei. Et in ſecunda propoſitione docens peccatum Adæ non fuiſſe poſteriorum damnationem, intelligit de Gehennali damnatione, id quod Ambroſius enarrās eundem Pauli locum ad Rom. 5. exponit dicens, Mors diſſolutio corporis eſt. Eſt & alia mors, quæ ſecunda dicitur in Gehenna, quam non peccato Adæ patimur, ſed eius occaſione proprijs peccatis acquiritur: à qua boni immunes ſunt tantū quod in inferno erant, ſed ſuperiori quaſi in libera: quia ad cælum aſcendere nō poterant. Vnde ſeruitus anabaptiſta impudenter collegit, peccatum originale ſolū mortem attuliſſe corpori, non exitium animæ, ſiquidem Ambroſius de Gehennali damnatione loquitur expreſſe. Hæc autem eſt carentia æterna diuini conſpectus, & ignis æternus torquens & deurens. Solum ergo probat Ambroſij ſermo, infantēs decedentes cum infectione originali non eſſe torquendos igni. ¶ Quod ſi adhuc contra prædicta obieceris Theodoretum diſſerentē eundem locum, qui videtur aſtruere peccatum originale tranſmiſſum in poſteros, non propagatione, ſed ſolum occaſione & incitatione: cum facti ſimus mortales, ex illo peccato, & mortales egemus magna rerum ſubuentione, & præſidijs multis temporalibus, vnde di-

labimur ad anxie quærenda temporalia, & reddimur culpabiles. At vero ſi de peccato actuali autor hic intelligat verba quæ ſcripſit de re hac, vera narrat: ſiquidem peccatum Adæ non tranſmittitur in poſteros niſi occaſione quadam, & incitatione: ſiquidem peccatum actuale, quod committimus occaſionem ducit ex peccato primi parentis, qui peccando amiſit originale iuſtitiam, ſibi & poſteris, qua proſtigata poſteri occaſionem habent committendorum peccatorum. Verum ſi ſermo ſit de originali falſum eſt, quod ipſe putat. Et tenim infantēs non habent occaſionem peccandi ex peccato Adæ. Vnde ſi ſolum occaſione tranſfunditur in poſteros, infantēs ſub infantia de functi innoxij demigrarent in aliud ſeculum. Et innoxij conceperentur, & naſcerentur contra Dauidis oraculum, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & Pauli teſtimonium, Natura eram ſiſi iſi iræ, ſicut cæteri ad Ephe. 2. Et demum nos plura de re hac ſcripſimus de peccato originali diſſerentes in. 2. Sentē. libro, vbi reieciſimus Pelagij placitum, quod videtur amplecti autor Commentariorum in Paulum, qui Hieronymo inſcribitur, qui imitatione duntaxat emanare commemorat peccatum originale in poſteros: ſiquidem, vt aiebam infantēs eſſent innoxij quandoquidem non imitantur peccatum Adæ, ſiquidem neque verbo, neque facto, neque cogitatu, actuale admittunt crimen id quod hæreticum eſſe alibi ſuſe oſtendimus, & rurſum quia forte alia peccata commiſit Adam, ergo nō ſolum vnus peccatum, ſed omnia Adæ peccata tranſeunt in poſteros, qui peccando imitantur illum. ¶ Secundum autē Pelagium & aſſeclas anabaptiſtas, non eſſet diſſerendum de habitaculo infantium, qui ſine baptiſmali gratia decedunt: ſiquidem iſti nihil damnationis admittunt in infantibus. Et eſſet quærendū ab illis vbi reponūtur iſtę infantiles animæ? Nanq; ſi cælo dixerint nulla ſunt illorum merita nullaque gratia, ſi in inferis, nulla iuxta illos demerita. Nicolaus autem Lyranus enarrans locum ex Eccleſiaſte. 4. cap. Nicolauſ reſtillitur. feliciorem exiſtimauit eum, qui nōdum natus eſt nec vidit mala, putat infantēs huiſmodi delectabili potiri vita à iudicio finali & multo excedentem intervallo omnes

Durus locus in Chryſoſtomo exponitur.

Chryſoſtomus exponitur.

Seruitus anabaptiſta refellitur.

Trila dubia Chryſoſtomi contra doctriam de peccato originali.

Peccata actualia noſtra occaſionem acceperunt à protoplasti peccato.

Secundū Pelagium nullus eſt lib<sup>o</sup> puerorū excipiens à morte.

...

Nicolaus reſtillitur.

omnes delicias huius seculi. At verò quā  
uis ipse dicat hoc dogma esse verū secun-  
dum omnes doctores, non video ita esse,  
quia multis confessum est illos torquen-  
dos igni: vt suo loco nos dicebamus. Et  
quamuis istud nō veri, sed seueri esse do-  
gmatis nos credidimus: at verò doctores  
Theologi vulgo eos pœna dāni esse ple-  
tendos putant. At qui constabunt hęc  
duo, aut sibi consentient, potituros illos  
summis delicijs, & pœnam hęc passuros,  
quæ maxima est pœnarum: Et tenim si tri-  
stitia magna afficientur ex non videndo  
Deo, in sempiternum, quo modo gaude-  
bunt summis voluptatibus? Quod si di-  
xeris nullam illis futuram tristitiam, igitur  
neque pœna illis erit nō videre Deū:  
Nanque tristitia est de his, quæ nobis no-  
lentibus accidunt. ¶ Porro quale quale  
hoc fuerit disseruimus in. 2. lib. Sententia-  
rum & in eundem locum remittimus le-  
ctorem. Sufficiat sciuisse in præsentia  
pueros, quos mors de medio tulit, sine ba-  
ptificali gratia modo, aut sine circunci-  
sionis beneficio sub lege, aut sacrificij ali-  
cuius præsidio ante legem, illos in rece-  
ptaculum proprium quod proximū est  
Gehennæ esse excipiendos: propter pec-  
cati originalis labē. Quippe inimici sunt  
Dei, tantisperdum sine reconciliatione  
ex sacramento decesserunt. ¶ Quod si  
querat aliquis, quis locus sacer demon-  
strabit nobis receptaculum hoc? Et qui-  
dem non est promptum istud demonstra-  
re ex scripturis, siquidē locus ille ex lib.  
2. Regum, cap. 12. vbi Dauid inquit se itu-  
rum potius ad locum paruuli filij sui vita  
defuncti, quam quod filius remeet ex al-  
tero seculo ad locum Dauid, solum pro-  
bat, Dauidem potius morte cōmigratu-  
rum in aliud seculum, vbi erat anima in-  
fantis, quam quod anima illa regrederet-  
tur ad seculum hoc, vbi erat Dauid.

Loca sacra  
probantia lim-  
bū puerorū.

¶ Quia si de receptaculo infantum age-  
retur sermo, non diceret Dauid se illo itu-  
rum, maximè si puer sub originali dece-  
sit, quia incircuncisus videtur decessisse,  
quippe septimo die à natalibus decessit.  
Quod si contēdat circuncisum fuisse &  
præuenisse octauū legis diem, quia mors  
vrgebat, nihil moror, quia de huiusmodi  
limbo non est modo sermo. ¶ Cæterum  
opus nihil est lustrare sacra Biblia, vt inue-  
niamus loca hoc colligentia, quandoqui-

dem sufficiūt nobis loca probantia origi-  
nalem culpam puerorū. Siquidē hęc cul-  
pa illos reddit Deo inimicos, ideo si ci-  
tra expiationem obeunt, necesse est lo-  
cum petere inimicorum, & non amico-  
rum. Igitur cum nō sint inimici ex actua-  
li, sed ex originali seu habituali pecca-  
to, non eodem sunt vexandi supplicio,  
quo illi, qui actuali sunt innodati: quare  
aliud locum sibi deputabunt diuertim à  
Gehenna. Et quidem locus ille Exod. 22.  
Anima, cuius præputij caro circuncisa  
non fuerit delebitur anima illa de popu-  
lo suo, facile ostendit animas infantium  
incircunciforum tum, & non baptizato-  
rum modo à morte non ituras in cætum  
animarum sanctarum. Hoc enim sibi vult  
delebitur de populo suo, quod non aggre-  
gabitur populo fideli, vel cætui sancto-  
rum. Igitur si expellenda est anima huius-  
modi à cætui sanctarum animarum restat  
vt alibi sit excipienda, & cum nō deceat  
diuinam iustitiam punire peccata plus-  
quam illorum qualitas exigat, conficitur  
quod neque petituræ sint huiusmodi ani-  
mæ Gehennam: aliud ergo habebunt sibi  
propriū receptaculum. Et nullum sanè  
congruentius, quam proximum Gehen-  
næ: siquidem, etsi delicti qualitate, & sen-  
sibilis pœnæ cruciatu diuersum est, at ve-  
rò æternitate pœnæ essentialis germanū:  
quia vtrobique pœna hęc non videndi  
Deum perpetuo afficiet incolas horum  
receptaculorum. Quod ergo sit huiusmo-  
di receptaculum indubitatum mihi est,  
at vbi sit, non adeo constat, sed nullibi cō-  
gruentius quam vbi Theologorum con-  
sensus illud situatum esse asserit.

¶ Sexta Conclusio, Altera pars huius in-  
ferni medij Purgatorius locus est. Dixi-  
mus enim infernum infimum, seu nouis-  
simum, esse Gehennam, supremum esse  
Sinum Abrahamæ, qui iam non extat: me-  
dium verò infernum duas mansiones cō-  
prehendere, alteram inferiorem, deputa-  
tam infantibus, alteram superiorem, &  
hanc Purgatoriū sancti appellant. A pur-  
gatorio autem olim erat transitus ad Pa-  
trum Limbum, vt modo ad cælestia re-  
gna, at vero ab inferno, vel à Limbo pue-  
rorum, nullus transitus, quia hęc recepta-  
cula, sunt ergastuli perpetua, qualia non  
sunt Purgatorium, neque Patrum Lim-  
bus: siquidem hic solutus iam est, & illud  
soluc-

6. Conclusio.

Locus Pauli  
difficilis va-  
rie intellectus  
à sanctis do-  
ctoribus.

tur peracto iudicio nouissimo, Infernus igitur nouissimus, & sibi proximus puerorum infernus, inimicorum Dei sunt receptacula, proindeque æterna est horum miseria: alia vero duo amicorum Dei, nisi quod Limbus erat amicorum Dei, quorum piacula erant expiata, at Purgatorius locus amicorum, quorum etsi piacula culpæ sunt expiata, non tamen piacula poenæ per satisfactionem sunt abolita: ideo ibi expiantur. Limbus igitur patres detinebat, non ob personalia eorum delicta, sed ob debitum totius naturæ humanæ: at vero Purgatorius locus detinet suos incolas, propter personalia debita, non culpæ sed poenæ.

¶ Nos sanè quando de poenitentia agebatur, in 2. tomo huius Quartii, multa discussimus de Purgatorio loco, quæ huc vocare non est opus. Satis est meminisse Purgatorium esse confessum Græcis & Latinis, & decretum esse tanquam de fide tenendum in utroque Concilio Florentino & Tridentino. Nisi quod Græci non admittunt ex illo loco Pauli, 1. ad Corinth. 3. Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, &c. colligi purgatorium. Nempe quia Chrysostomus enarrans eundem locum de Gehenna intellexit quod Paulus commemorat saluus erit, sed quasi per ignem, id est, nunquam corruptetur ab igne. Sunt qui putent expositionem Chrysostomi esse violentam & duram, verum Ambrosius ex Latinis neque intellexit locum istum Pauli de purgatorio igne, aut Gehennali, sed de igne præsentis tribulationis. Quippe hæretici falsas doctrinas instillantes, per tribulationes, quas patiuntur Deo immittente, aliquando respiciunt à laqueis Diaboli, quibus captiui tenentur, & clarè demum cognoscunt sua errata & illa retractant. Et hoc est Ambrosio, Dies domini reuelabit, hoc est, tribulatio Deo disponente immissa demonstrabit errorem hæreticorum. ¶ Verum tamen Chrysostomus ingenuè est falsus Purgatorium, etiam si non nominet Purgatorium. Preces nanque & eleemosynas consentaneè fundi ab amicis pro animabus defunctorum testatur. Lege Chrysostomum Homilia. 32. in Mattheum, & Homiliam in Epistolâ ad Corinth. 4. 1. & Homiliam. 3. ad Philippen. & Homiliam ad populum

Antiochensem. 69. & Homiliam. 4. ad Hebræ. Epistolæ & alibi. Ideoque incōcinnè Marcus Ephesinus Episcopus putat Chrysostomum non probasse Purgatorium: quia si vocem non ex tulit, rem tamen probatissimam habuit. ¶ Aliud est enim contendere ex loco illo Pauli non colligi Purgatorium, aliud verò non esse ex Chrysostomo Purgatorium. Ideoque tamen, donec hoc Marco Ephesino prædicto, non colligi, non tamen subinde conficitur, Chrysostomum negasse Purgatorium.

¶ Scito autem Lutherum confitendo Purgatorium sibi non constituisse, liquidè ipse negat satisfactionis necessitatē: fidem enim sufficere autumat. Vnde neque ieiunia, neque alias carnis castigationes putat esse necessarias, nisi ad exemplum aliorum, non tamen ad satisfactionem pro peccatis, quia fidei omnia tribuit & peccatorum, & poenarum abolitionem. ¶ Quam obrem si nulla debet satisfactio à fidelibus, qui credit sibi abolenda omnia per poenitentiam sacramentum, non ratione poenitentia: sed ratione fidei, quorsum est necessarium iuxta Luth. Purgatorium non video. Quandoquidem Purgatorium Catholici confitemur, ad supplendam satisfactionem, quam viuēs in carne de peccatis nobis donatis, non peregrimus. At vero Luth. fatetur Purgatorium esse necessarium, quippe anima fidelis discedēs defert secum fomitem peccati, nam hic fomes secundū Lutherū non soluitur etiam num per fidem, neque viuendo, neque moriendo: sed in Purgatorio abolebitur secundum eum. Vnde cogitur concedere purgatorium non esse ad exoluendas pro peccatis commeritas poenas, sed ad abolendas culpas. Sed nū fomes ille tum abolebitur per fidem, an per passionem poenæ si solum per fidem, cur in vita etiam fides illū non aboleuit cum tam potens sit fides viuētis quam mortui, imò potentior. Quia post vitam fides non donat culpam mortalem, vt in vita donat secundū eum, si autem non per fidem sed per passionem poenæ donatur fomes, cur obsecro tantum tribuit fidei, quæ alioqui est impotens ad abolendum fomitem, ab anima quæ iam exuta corpore, fomite torquendam esse nequiquam probabit Lutherus. Rursus errat toto cælo. Lutherus docens

animas

Locus Pauli  
difficilis va-  
rie intellectus  
à sanctis do-  
ctoribus.

Conclusio.

Antiochensem  
Episcopus

Lutherus sibi  
non constat in  
re purgatorij

reclinetur  
& remouet  
etiam in  
vita etiam  
fides illū  
non aboleuit

animas in purgatorio peccare, & esse incertas de sua salute. Quia ait illas semper esse in timore, & horrore poenarum, at timorem foras mittit perfecta charitas. Igitur cur illae sint in continuo timore, latet enim eas quantum durabit tormentorum suorum angustia, necesse, quod sint sine charitate perfectas: & ideo peccato continuo eas laborare concedit: Vnde neque omnes certas esse, & securas de caelesti regno adipiscendo. Lege articulum 38. & 39.

Refelluntur apud Rophensem contra Luth. Porro autem quare non erit ab re à Luthero, si semper laborabunt peccato, quale erit peccatum? Nam si mortale dixerit, non erunt in Purgatorio, sed in damnatorio, si veniale, nunquid hoc veniale non factum est in purgatorio, an ex vita factum, mortis etiam fuit socium? Vt si forte anima in charitate moriens venialis alicuius nohuit interim poenitere. Si hoc post tempus dixerit, utique fieri poterit veniale illud in purgatorio laxari, ut supra cum de purgatorio igne ageretur questione in propriam de re hac instituiamus. Si vero hoc peccatum esse fomitem dixerit, at fomes non est venialis Luthero, qui nullum confitetur esse veniale peccatum sed omnia esse mortalia. Quid ergo si omnia sunt mortalia, imò & opera bona, quia ex hoc fomite procedunt, delirat esse mortalia, quia concupiscentia aduersatur legi Dei, ideo illam esse mortalem contendit, consequntur ad Lutherum animas purgatorij, esse in mortali peccato adhuc, quod si annuit, igitur non in charitate, sed extra charitatem, & in statu damnationis, & non purgationis sunt.

id est in purgatorio. et in illa non moritur.

¶ Rursum concupiscentia ista seu fomes, vel actualis est, & erit inordinatus amor vel odiu reru temporalium, aut habitualis est. At vero animae illae nihil inordinate amant, aut odiunt: si quidem non possunt de nouo peccare, quia sunt extra vig statum quantum ad meritum, simpliciter, aut demeritum. Si vero concupiscentiam habent habitualem, igitur habitus viciosos quos forte post poenitentiam peractam in vita habebant, si contigit tum mors, eosdem habitus viciosos similiter retinebunt in Purgatorio, vnde pateretur difficultatem in amando Deum ex inclinatione habitus viciosi, & sentirent se inclinatas vel ad Auaritiam, vel ad Libidinem, &c. iuxta qualitatem illorum habituum. At quis tam insanus, qui auderet affirmare animas illas inclinari ad vitia priora, quibus viuentes in carne incubuerant. Vt ergo habitus isti viciosi à morte deponuntur omnes deposito carnis ergastulo, ita & concupiscentia seu fomes prorsus aboletur. Ioannes enim tria dixit esse in mundo superbiam vitam, & concupiscentiam oculorum, & concupiscentiam carnis. Vt ergo animae illae non laborant ex superbia vitam, neque ex concupiscentia oculorum, ita neque concupiscentia carnis. Vnde neque prorsus abibit erit fomes, si quidem haec tria sub ambitu fomitis comprehenduntur. Sed iam excurtiarius amplius hoc Lutheri dogma, docens timorem & horrorem, non ignem esse purgatorium. Quia animae timent & turbantur valde, incertae enim sunt de statu salutis obtinendo, & quantum protelabitur turbatio illa, quam patiuntur haesitant. At Mattheus Flaccus Illyricus, inficiatus esse ignem purgatorium, imò purgatorium nullum esse testatur, ut mordicus defenderet per fidem solam satisfieri Deo de culpis, & poenis. Et ad haeresim de fide consequenter loquitur magis quam Lutherus.

Concupiscentia fomes & habitus abolerentur ab animabus purgandis statim à morte corporum.

¶ Lutherus autem suum placitum confituit ex officio Ecclesiae quod canitur pro defunctis. Libera eas de poenis inferni, ne cadant in obscura tenebrarum loca. Et item, Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus. Si autem animae illae essent securae & certissimae de sua salute aeterna assequenda inanis esset ista Ecclesiae precatio. ¶ At vero quam delirus sit in re hac Lutherus non est obscurum videre. Etenim si animae sine intermissione in purgatorio peccant, timendo, & horrendo poenas, ut ipse docet, quomodo purgantur à peccato, quae semper sunt in peccato? Rursum si turbatio haec, & horror & timor sunt peccata Luthero, obsecro quo modo purgabunt peccata? Inquinantur igitur animae potius quam purgentur ex huiusmodi timore. Et quidem timor iste non procedit ex fomite peccati, ideo non est inordinatus: sed si timor vel horror ibi adsunt sunt ordinati & inculpati, quia sunt secundum rectam naturae inclinationem, cuius est timere mala sibi aduersantia: vt bruti timent

Mattheus Flaccus à Luthero in re purgatorij dissentit.

Animae deposito carnis ergastulo. sibi sunt notissimae.

Purgatorium Lutheri, est inquinatio.

ment mala lædentiā citra culpam, quia non ex fomite inordinante, sed ex natura hoc faciunt conseruante. Et secundum Aristotelem timere quando oportet, & quomodo oportet actus virtutis est, tantum abest, vt viciosus sit, & obiurgat Stoicorum indolentiam, & impassibilitatem. Nisi velit Lutherus timentem & pauentem Christum carpere, quia timor ille in vicio erat, quod absit. Quid quod nemo timet, quod patitur, sed quod proximum est, vt patiat. Est enim timor non de præsentī, sed de futuro grādi malo, quod iam iam futurū esse creditur, igitur animæ illæ pœnas quas patiuntur non timent, sed de illis tristantur. Et huiusmodi tristitia vehemens de illis est horror. Neq; enim horror est quia incertæ sunt de præmio æterno assequendo, vt Lutherus autumat. Enimvero nihil est, vnde ipsas credamus laborare incertitudine. Nos enim interim dum viuimus, multa habemus quæ turbant nostrā spem de assequenda palma illa æterna, & meritum nostrorum incertitudo, quia nemi ni euidentis est se potiri meritis, aut se esse Deo gratum, vel charum, vt Concilium testatur Trident. Et nulli est spectata sua charitas, aut gratia. Rursus lapsus sunt frequentes, pericula peccandi quotidiana, infirmitas ingens, & inclinatio ad peccandum promptissima. ¶ Porro animæ illæ sunt iam extra pericula omnia, quia carnem exuentes exuerunt simul carnis molestias, & mundi blandimenta, & diabolica tentamenta. Adde quod ipsæ sunt tunc sibi notissimæ, quia iam animæ seipsas euidenter aspiciunt, & non à posteriori per opera sua, vt modo, vnde vident clarè suam fidem, suam charitatem, atque spem. Et quia spes est, spectatio vitæ æternæ ex meritis, & gratia Dei procedens, quia tunc gratiam suam vident, & merita agnoscunt sperant se certissimè aliquādo beandas, & quid interdum detineat sciunt, scilicet, reliquæ peccatorum, hoc est pœnas exoluere debitas. Neque verum est eas omnino latere, quanta sit sua futura mora in pœnis, quia aduertentes sua peccata, & qualitatem illorum poterunt plus minusuè considerare protelationem pœnarum. Et quidem tristabuntur si magnam moram crediderint futuram, at hæc tristitia non absorbebit illas,

aut confundet vel turbabit turbatione culpabili, vt retur Lutherus. Imò, quia in charitate Dei sunt, & sine carnis fragilitate molestante, & quo ferent animo suas pœnas, quia vident illas fuisse iustissimè à Deo sibi inflictas, ideo æquissimè illas tolerabunt. Quid quod certò credunt se iuuandas Ecclesiæ precibus & sacrificijs, & certæ sunt etiam Ecclesiam quotidie illas iuuare. Et continua leuatione quali quali, quam in seipsis sentiunt aduertunt Ecclesiæ sollicitam curam in iuuandis illis. Et quia quando viuebant Ecclesiam sedulo curam habere mortuorum aduerterunt, hoc solabatur illas. Ad hæc si Angeli custodes, curabāt suos alumnos viuentes, quid ni mortuos consolabuntur, & docebunt multa, quæ conferunt illorum solatio? Non ergo turbatio adeo vexat animas illas, vt distrahat eas ab amando Deo: aut adeo infigit illas in tormentis, vt alia non possint considerare, nisi tormenta. Quandoquidem Luca sexto, Diues ille superbus flammis inferni ardens, nihilominus inquirebat refrigeria ardoris ab Abraham, & sollicitus erat ne sibi confanguinei illò deturbarentur vrendi. Quid quod animæ Purgatorij non distractam gerant mentem sed flammis ardentes Deum ament, vt oportet amare, & æquanimiter tolerant supplicia ad luendas exactorum delictorum pœnas. Et quidem fabulatur Lutherus, charitatem harum animarum esse imperfectam, dicens, quia timidæ sunt. Etenim perfectio charitatis duplex est, aut ex gradu, aut ex statu, si de gradu agatur fieri potest animas aliquot, ibidem existentes, gradualem intensionem charitatis non modicam habere. Cæterum si de statu sit sermo, dubio procul illarum charitas perfecta est, quippe quæ lapsibus non est obnoxia: quia animæ illæ iam sunt impeccabiles. Si ergo charitas perfecta non admittit timorem, vt ipse credit, animæ illæ vacabunt à timore, quia perfectam habent charitatem, status noui qualitate illud exigente. Quod si non esse securas contendit Lutherus animas illas de consequendo regno cælorum, vnde erunt formidolosa exquiramus ab ipso? Num ex culpaquam cōmittunt, at impeccabiles sunt. Num quia dubitant de diuina misericordia, aut diuina

Turbatio aut marū in purgatorij est in culpa, etc.

Perfectio charitatis duplex aut ex gradu aut ex statu.

Postquam...

Animæ deposito carniter gasterio sibi sunt notissimæ.

atthe Flac... à Luthe... in re pur... torij dillen

Purgatorij... Luthe... est... iniquatorij

na iustitia? at dubitare non possunt, quia fidem hinc detulerunt secum? & limpidiorem habent mentem ad cognoscendam diuinitatem, quam unquam habuerunt. Si viuētes in carne non dubitabant, quando tot ac tantae fallaciae erunt occasiones illis submotis cur dubitabunt?

Anima quas  
lustrat purga-  
torius ignis  
perfecta ha-  
bent charita-  
tem ex statu.

¶ Istis tamen adde Graecis non fuisse confessum, animas hasce, purgandas ex igne vero, & reali, confitentur sanē Purgatorium, at quod ex igne sit non habent in confessio: ut est videre in Concilio Florentino. Tradunt autem animas luere poenas pro culpis, quia locum sortientur tenebrarum, & multi laboris & angustiae. Vnde quidam credunt Theologi catholici, nihil referre ad fidem, si purgatorius locus sit ex igne, vel alio quouis tormenti genere, modo credamus purgatorium esse. Caeterum admodum consentit cum ratione purgatorium locum ignem verum habere, sicut & infernus habet: siquidem infernum ardere igni Matthaei. 25. didicimus. Discedite a me. Ite in ignem aeternum, at purgatorium & infernus iisdem tormentis cruciari suos incolas excepta perpetuitate, communis est Theologorum confessio. Et mirum est Lutherum hoc probare dogma, & sui oblitum purgatorium fateri esse timorem & turbationem. Et equidem si locum illum Pauli, saluus erit quasi per ignem, cum Augustino intelligamus, de purgatorio igne, dubio procul purgatorius ex igne purgat animas illo delatas. Verum quia neque Chrysostomus, neque Ambrosius ad illum ignem retulerunt, ut diximus, ideo ex loco Pauli non est irrefragabile argumentum quod probet ex igne purgare. Et subit mirari, cur Augustinus rem dubiam traxerit, ut supra indicabamus de igne inferni an sit corporeus, vel spiritualis? quando de igne purgatorio constanter Psalmo sexto, & 37. affirmet esse verum ignem.

¶ Est porro purgatorius locus aliquando extraordinarius, ut Gregorius refert libro quarto Dialogorum, & hunc non esse ignem, sed aliud quodcumque tormenti genus possibile est. ¶ Sed ait, quispiam, si idem genus tormenti subeunt qui in Gehenna patiuntur, & qui in purgatorio, igitur, ut in Gehenna est frigus, & ardor, ita & in purgatorio: & forsitan

Dubitatio in  
verbis Aug.

ita est, at verò quia scriptura non adeò expresse declarauit poenas Purgatorii, ut inferni, ideo nihil certi possumus statuere. Et rursus in inferno nullus est ordo, Iob decimo. at in Purgatorio est ordo, quia ubi charitas Dei est, ordinem esse est necesse. Sed obijcis imò Infernus ordinem habet, quandoquidem quilibet plectitur iuxta mensuram delicti, iuxta quam erit plagarum modus, Deuteronomi. 35. Item maximus ordo est iustitiae diuinæ, at ibi exercetur diuina iustitia. ¶ Respondebis, quoad hanc esse summum ordinem, verum quoad aliam non est ordo, sed confusio maxima, namque neque filij amant ibi parentes, neque contra, imò summè odiunt, neque viros uxores, neque uxores viros, neque amicos, &c. Rursus non est ordo, quia spiritus rationales, qui creati erant ad laudem Deo concinendam, diuinum nomen blasphemant ibi iugiter, & qui creati ad aeterna gaudia aeternis torquentur mœroribus. ¶ Forsan subibit te dubitatio, quid ergo si tanta est tormentorum vicinitas Gehennae & Purgatorii, cur non erunt etiam locali vicinitate sibi proxima? Et sunt qui hoc opinentur, ut Petrus Paludanus distinct. 45. quaest. vltima, ut ignis inferni, & purgatorii continentur. Et rursus quia pueri si essent iuxta infernum essent in loco poenali secundum sensum, quippe tenebrarum opacitas illis esset, quam molestissima, ideo, illorum receptaculum arbitratur esse in terrena superficie, vel ad superficiem terrae, vnde lumine solari potiri valeant. At verò animae puerorum modo non molestantur, fortè ex tenebris. At acceptis corporibus quomodo erunt in superficie terrae, quandoquidem aquae cooperient totam superficiem terrae, ut me latet. Neque video quomodo terra reddetur crystallina manente illius natura. Idem opinatur Ioan. Maio. dist. 44. quaest. 3. ad finem, & Rophen. 37. art. contra Lutherum. Nam apud Bedam quidam ad vitam reuersus relatis his, quae viderat, purgatorium docet esse inferno vicinum. Caeterum vulgo Theologi diuersum docent, ut Thom. hac distinctio. quaestio. 1. artic. 3. & Bonauent. idem insinuat quaestio. 2. artic. 1. id quod supra nos sectati sumus. Quia videtur verosimilius: siquidem damnati sunt omnes

Exponitur lo-  
cus Iob.

De loco lim-  
bi puerorum

Purgatoriu  
est supra  
bū pueroru

Non est de  
dester el  
le sitas pur  
gatorij.

Purgatorium  
est supra lim-  
bā puerorum

omnes & pueri, qui in Limbo, & adul-  
ti, quos recipit infernus, damnatione  
æterna: & inimici sunt Dei, orbatī sem-  
piternō gratia Dei, & gloria. Solumque  
discrimen est quod infantes non dam-  
nantur ex pœna sensus, Gehennales ve-  
rō homines illam patiuntur.

¶ At verō qui lustrantur purgatorio igne,  
etiam si ad tempus orbentur gloria,  
non sempiternō, tamen gratia Dei alio-  
qui sunt præditi. Et quamuis pœna sen-  
sus torqueantur non tamen perpetuō: &  
amici sunt Dei & sanctorum angelorum  
& illos inhabitat Spiritus sancti gratia.  
Quapropter illos magis aridet à vicini-  
tate damnatorum distantes esse concede-  
re, vt sicut gratiam Dei, & spe gloria, ita  
& loco distent. Quamquam non est hoc  
tanquam de fide decretum, quia scriptu-  
ra nusquam hoc docet, vbi sit purgato-  
rium, & vbi sit Limbus iste, vt supra di-  
ctum est.

Non est de fi-  
de iste vel il-  
le situs pur-  
gatorij.

¶ Visio autem illius, quem  
inducat. Beda plenam probationem non  
inducit, quia Canonica, vel Prophetica  
non est, etiam si Thom. in. 3. distinct. 22.  
quæstio. 2. videtur alterius placiti Lim-  
bum puerorum esse supra Purgatorium.  
¶ Respondere iam restat argumento Lu-  
theri, quod inter reliqua est robustius. At  
verō si Ecclesiæ autoritatem profert in  
argumentum, discat ex Ecclesiæ autori-  
tate se nugacem esse in eo quod affirmat,  
animas in Purgatorio non esse securas.  
Audiat ecclesiam in precibus secretis pro  
defunctis inter celebrandum diuinum sa-  
crificium. Qui nos, inquit, præcesserunt,  
& dormiunt in somno pacis. Si ergo ani-  
mæ illæ dormiunt in somno pacis, quomo-  
do non sunt securæ de sua salute? Quæ  
pax esset obsecro illis, si formidine ve-  
xantur de adipiscenda salute, imò mul-  
tum illis secum bellum, si incertitudine  
laborant assequendorum gaudiorum cæ-  
lestium. Ecclesiæ verō orationem illam,  
Ne absorbeat eas Tartarus &c. Rophen-  
sis eò dictum putat, quia Purgatoriū est  
vicinum inferno: verum qui soluat argu-  
mentum vicinitas hæc non video. Nam-  
que refert nihil vicinitas hæc ad euacuan-  
dum argumenti difficultatem: siquidem  
si certa est Ecclesia quod non absorben-  
tur, cur orat si incerta est, vt igitur nō sunt  
securæ animæ illæ id quod Lutherus con-  
tendebat ex suo argumento. ¶ Dixerim

igitur Ecclesiam ex præce sua hoc solum  
velle affectum charitatis suæ demonstra-  
re, quem gerit etiamnum in defunctos fi-  
deles, eundem esse, quem gerebat in eos-  
dem viuētes. Quia quāquam illi iam sint  
extra Ecclesiæ dominium, non tamen il-  
los habet Ecclesia extra affectum suum.  
Quia ergo Ecclesia est sollicita circa suos  
fideles ne demergatur in Tartara, & ideo  
hoc sollicitè studet, precibus ad Deum su-  
sis pro illis, & idem monitus erga fideles  
agēs. Ne putet igitur aliquis Ecclesiam qua  
si suorum oblitam defunctorum alium af-  
fectum iam gerere, ideo, vt demonstret  
eundem, idem precatur pro defunctis fi-  
delibus, quod precabatur pro viuīs fide-  
libus. Non ergo quia incerta est Ecclesia,  
quod purgatorij animæ saluabuntur, aut  
quia animæ illæ sunt incertæ de sua salu-  
te, ideo commemoratas fundit Ecclesia præ-  
ces, sed propter causam præscriptam. Cæ-  
tera argumenta Lutheri sunt nullius effi-  
caciæ si diserta recolis, non omnem timō-  
rem esse culpabilem, seu horrorem, neq;  
omnem turbationem esse noxiam siue vi-  
ciosam. Nonne Maria virgo turbata est,  
Lucæ. 2. & citra vitium. ¶ Septima Con-  
clusio, Peracto iudicio vniuersali non erit  
purgatorius locus: sed solum erunt tria  
receptacula, vnum sanctorū, & duo dam-  
natorum. Hæc prompta est ex præhabi-  
tis. ¶ Siftendus autem hic paululum gra-  
dus: quia ex lectione sanctorum docto-  
rum, quædam sunt, quæ huic conclusioni  
aduersari videntur. Enimvero Origenes  
Homilia. 14. in Lucam tractans verbum  
Lucæ. 2. Postquam impleti sunt dies pur-  
gationis Mariæ, facile docet post finalem  
resurrectionem nos egere purgatione,  
Puto ait, quod post resurrectionem ege-  
mus sacramento eluente nos, atque pur-  
gante (nemo enim absque sordibus resur-  
gere poterit) neque vllam posse animam  
reperiri, quæ vniuersis statim vicijis ca-  
reat. Hoc autem dogma probatum vide-  
tur fuisse Ambrosio cōm. ad Psalm. 36.  
exponēti locum illum, Gladius ipsorum  
intret corda ipsorum. Ait, enim omnes,  
qui sunt, qui fuerunt, & erunt homines,  
excepto vno Christo, examinandos, &  
aliquo modo vrendos, & probandos igne  
conflagrationis mundanæ in die iudicij.  
Probatq; ex Psalm. 16. Igne nos examina-  
sti, igitur omnes sumus igne examinādi.

Non omnis  
turbatio ani-  
mæ est vicio-  
sa.

7. conclusio.

Durī sancto-  
rum loci.

Secundo, Malach. 3. Sedebit confians, & purgas filios Leui. Tertiò, Transuimus per ignem, & aquam, & deduxisti nos in refrigerium. Quarto, quia eiectis primis parentibus ex paradiso, posuit Dominus Deus igneum gladium in custodiam eius vt denotaret, neminem paradysum caelestem penetraturum post peccatum, nisi per ignem. Dicit autem per ignem conflagrationis vrendos quosdam, alios exurendos. Et quidam magnam ducent moram in igne, alij modicam. Petrus & Paulus & Ioannes Baptista, isti non demorabuntur in igne, quia modicum habent vitij, quod excoquat ille ignis, alij verò maiores moras agent, qui plus habent quod excoquatur, & erunt instar plumbi, cui immiscetur parum argenti. Qui verò nihil habebunt virtutis sicut stipula exurentur.

¶ Rursum Hilarius in comment. Psalm. 118. videtur contestari idem, quod Ambrosius, quamuis non ita aperte. In iudicio, ait, diuino nobis ille ignis indefessus subeundus est, in quo subeunda sunt graua illa expianda à peccatis animæ supplicia. ¶ Item Origenes in Psalmum trigessimum sextum aperte docet tam bonos omnes, quam malos post vitam hanc adituros ignem Gehennalem, ex quo boni impune & absque læsione euadent, mali verò, quousque purgationem suorum delictorum expleant, ibi detinebuntur. ¶ Et confert illum ignem mari rubro, quod Aegyptij, & Hebræi penetrarunt, at Hebræi illud pertransierunt illæsi, Aegyptij in eo sunt demersi. Exodi decimo quarto, & Homilia decima tertia in Hieremiam, idem amat dogma, docens baptismum alium esse in spiritu sancto, alium igne. Matthæi tertio. Beatus, inquit, qui lauacrum accepit spiritus sancti, & ignis lauacro non indiget: miserabilis autem & omni fletu dignus, qui post lauacrum spiritus sancti baptizandus est igne, per ignis baptismum, ignem conflagratorium in die iudicij intelligens. ¶ Et Hieronymus libr. comment. in Amos tertio, Vocatus, inquit, ignis ad iudicium deuorat primo abyssum, hoc est, omnia genera peccatorum, ligna, fœnum, stipulam. Et postea comedit simul partem, hoc est ad sanctos illos peruenit, qui in peculium Domini, & in eius

Baptism<sup>us</sup> spiritus sancti & ignis quid Origenis.

parte reputantur. Tempus enim est, vt iudicium incipiat à domo Domini &c.

¶ Porro autem dogma istud est à veritate fidei alienum: siquidem anima Petri & Pauli, & omnium, qui iam cum Christo regnant prorsus sunt inculpatæ, siquidem liquid sordium erat, ignis purgatorius deterfit, igitur cum resurgent in nouissimo die nihil habent extergendum. Nisi dicas, tunc ex vnione noua cum corpore animas sordescere, id quod hæretici esset dogmatis: siquidem animæ illæ sunt beatæ: ergo peccare nequeunt, siue separata à corpore sint, vt modo, siue corporis sui contubernio gaudeat, vt tunc gaudebunt. Et ideò supposita fidei veritate animas sanctas iam gaudere diuino conspectu, neque expectare eas diem nouissimum, non potest dogma istud stare. Si vero admitteremus diuersam sententiam, quam, vt supra indicabamus sanctis doctoribus quibusdam fuit recepta, animas non beari ad diem vsque extremum finalis iudicij, forsitan non nihil coloris esset in dogmate hoc. Et fortè quia cõmemorati autores ita sentiebant, ideò ex sententia illa, hanc posteriorem deduxerunt. ¶ Veruntamen etiam illa hypothesi admissa, quæ alioqui falsa est animæ illæ, quæ erant in abditissimis receptaculis beandæ, iam sunt impeccabiles, & extra statum merendi, aut demerendi, ideòque nihil habuissent purgandum in die nouissimo reassumptis corporibus suis. Nam animæ, quæ modò expiantur ab igne purgatorio, nõ à culpis, quas modo exercet, sed ab exercitiis iam expiantur. ¶ Vnde August. lib. de Ciuit. Dei. 21. cap. 27. istud dogma reprobatur, tanquã falsum dogma. ¶ Argumenta autem prolata in suffragiũ diuersæ sententiæ, aptè solues, si dixeris, per ignem tribulationis examinãdos electos, in præsentia vita, iuxta illud, Accedens ad seruitutem Dei prepara animam tuam ad tentationem: & qui sunt Christi tribulationem patientur. Aut si de igne vêturo sit sermo, vtique purgatorius ignis, purgat electos, ignis rursum conflagrationis purgabit electos tum viuentes in carne, & postquam illos excoxerit ad purum resurrectionis finalis erit. Non tamen post resurrectionem erit purgatio sanctorum, quia nihil habebunt purgandum. Et quid num paruuli, qui continuo à baptismo

Animæ separatae impeccabiles.

Ignis conflagratorius purgabit fides animas

Ioan. 15.

Doctoribus sanctis familiaris phrasim multa dicens ad hyperbolen.

3. conclusio

Ignis conflagratorius nō purgabit sanctas animas.

Ioan. 15.

Doctoribus sanctis familiaris phrasim multa dicere ad hyperbolen.

3. conclusio.

baptismo moriuntur tum purgabuntur? inficiabuntur. Vt igitur paruuli, ita martyres Domini, qui sanguinem suum fuderunt pro Christo, nihil habebunt purgandum. Nam si charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Petri. 4. quorum fuit igitur maxima in Christum charitas, nihil sordium fuit à martyrio relictum in eis, quia maiorem charitatē nemo habet &c. Et demum quia nihil coinquinatum introibit in regnum cælorum, Apocal. 31. Omnes animæ beatæ sunt in coinquinatæ, ideò nihil habent piaculi quod abstergendum sit per ignem illum conflagratoriū. Cōmemorata verba sanctorum absolues, si dixeris, sanctis doctoribus familiare esse ad exaggerationem multa scriptitasse. Vt ergo incuterēt horrorem, & timorem fidelibus diuini iudicij, tradiderunt etiā sanctissimos quosque tum vrendos illo cōflagratorio igne. Quod si aliud fenserūt, magis est acquiescendū vulgatæ doctrinæ Ecclesiæ, quam illis. Quid quod nō omnium sanctorum est præfata sententia.

¶ Octaua Conclusio, Tametsi purgatoriarum pœnarum sint explebiles, & item fuerūt limbicæ pœnarum sanctorum patrum, at Gehennales pœnarum, aut limbicæ pœnarum peccatorum non sunt explebiles, quia æternæ sunt. ¶ Hæc Conclusio est catholica, quam probant innumera sacra testimonia. Matthæi. 25. Ite maledicti in ignem æternum, & apud Esaiam. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Et Marci. 9. Gehenna vocatur ignis inextinguibilis, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Quod enim Esaias per futurum extulit. Dominus apud Marcum per verbum præsentis pronuntiauit temporis, vt denotetur, iam vermem hunc esse, ignemque hunc iam exardescere in impios defunctos. ¶ Rursum Matthæi. 18. vocatur ignis æternus. Et Matthæi. 3. Ioan. clamat, cuius ventilabrum in manu sua, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et August. exposuit ignem illum inextinguibile duplici nomine, & quia ipse nunquam consumetur, & quia non consumet quos exurit. Et Iob. 10. describitur Gehenna & vocatur terra miseræ, & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus

ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et ad hunc modum sunt pleraque alia testimonia. ¶ At scio dices hæc omnia æternitatem ignis Gehennalis demonstrat, at ignis ille non vret paruulos, vnde ergo colligemus pœnas infantium fore perpetuas? Equidem Iob. 3. Maledixit conceptioni suæ & natiuitati, id quod factum esse à Iob Grego. exposuit propter originale culpā, in qua conceptus fuerat, igitur quandiu illa originalis non fuerit absterfa, pœna illius durabit. Infantes igitur, qui illa non absterfa decederūt perpetuo non videbunt Deum, quia perpetuum gerunt culpæ primitiæ inquinamentum. Porro ratio suffragatur huic cōclusioni hæc, præmia sanctorum sunt æterna, igitur & supplicia iniquorum. Probo consequentiam, quia sicut ad iustitiam pertinet retribuere bona, ita punire mala. Et si opera sancta, quia sunt secundum legem Dei coronantur coronis triumphalibus æternis, ita opera mala, quia sunt cōtra legem Dei sunt punienda æternis supplicijs: est enim contrariorum eadem ratio. ¶ Quod verò antecedit sit verum, scriptura vbi libet clamat appellans coronas æternas immarcescibiles, 1. Pet. 2. & vitam æternam. Centuplum, inquit Dominus: accipiet, & vitam æternam possidebit. Math. 19. ¶ Porro autem sunt argumenta non pauca cōtra hanc conclusionem. Primum quidem quia Deut. 25. iuxta mensuram delicti plagarum modus erit: at peccata omnia sunt temporalia, igitur & pœnas oportebit esse temporaneas. ¶ Secundò, Esa. 24. Cōgregabuntur congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur ibi in caueis, & post multos dies visitabuntur. Igitur cum hæc congregatio erit in die iudicij, quando impij inuoluentur velut in fasciculo in infernum, consequens est esse post diem iudicij visitandos: & cum hæc visitatio non erit id maius supplicium, erit ad leuamen illius. ¶ Tertiò, Matth. 7. Qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, sed mensura peccatorum est finita, ergo mensura pœnarum erit quoque finita. ¶ Quarto, Iacob. 2. Misericordia superexaltat aut superfertur iudicio, igitur Deus pronior est ad miserendum, quam ad vindictam sumendam de peccatis nostris, igitur non puniet æterno.

Tom. 3.

F 3

¶ Quintò,

Argumenta  
fauentia Ori-  
genico dog-  
mati.

¶ Quintò, Deus est infinitè misericors, igitur, vt ostendat suam infinitam misericordiam, necessum est, vt aliquando soluat inferis detentos. ¶ Sextò, Deus vult homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. 2. Timoth. 2. hæc autem Dei voluntas, non est cassa voluntas: igitur tandem implenda, igitur omnes sunt saluandi tandem. ¶ Et sane Origenes videtur hoc amasse aliquando placitum: si quidem Homilia. 8. ad lib. Iosue censet homines impios, & Dæmones tandem saluandos esse, & infernum spoliandum suis incolis tractans verba illa Iosue, succendit urbem Hay, & fecit eam tumulum sempiternum. Et apertius idem testatur lib. 1. Periarchon, cap. 6. docens Dæmones, & impios homines post diem iudicij reformandos à sanctis & instituendos sanctis disciplinis, vt desistat à peccatis suis. Et Rufinus lib. 1. inuectiuarum asserit Ambrosium huius etiam fuisse opinionis tractans verba ad Ephe. 3. vt innotesceret principibus, & potestatibus. Ait enim Deum magnificasse Paulum adeò, vt non solum Gentibus innotesceret mysterium Christi, sed & spiritibus malignis vt desistant ab errore. Id, inquit, agitur, vt prædicatio Ecclesiastica etiam his proficiat, & desinant assensum tyrannidis Diaboli, qua se aduersus Dei vnus fidem impia præsumptione armavit. Et clarius idem præscribit Psalmo vigesimo tertio. Dicitur ait, his principibus, qui in errore sunt in cælestibus, siue ministris eius in terris, vt auferant portas principis sui, id est, Diaboli de mentibus suis, per quas multorum Deorum asserendorum error intrauit.

¶ Et Anonymus Origenis scholiastes, in scholijs libri primi Periarchon, autumat Ambrosium non dissentire ab Origenis dogmate, affirmantem Angelos quosdam non irremediabiliter delapsos fuisse de beatitudinis statu: & posse iterum per Ecclesiasticas prædicationes, & salutare admonitiones, ad pristinam felicitatem reuocari & restitui. Itaque dogma hoc, non omnes credit Angelos malos detruos ad infernum sempiternò torquendos, sed aliquos duntaxat, forte intelligens Angelos inferiores, qui aliorum suafu descuerunt à diuina gratia.

¶ Sunt qui defendant Origenem hoc non

Placitum Origenis de salute Dæmonum & Impiorum hominum.

Rufinus vocat in sententiam Origenem eam Ambrosium.

sensisse, & sunt multa apud Origenem; quæ diuersum doceant, vt Homilia decima quarta super Iesum Naue, & alijs locis colligi poterit. Porro siue sit Origenicum dogma, siue non, sed illi ab inimicis & inuidis assutum, item de Ambrosio nihil moror.

¶ Fuit saltem Platonica opinio, vt supra annotabamus, docens animas post hanc vitam posse pœnitere de peccatis suis, & tandem correctas liberandas à pœnis, etiamsi de animabus, quas tenet Tartarus non sibi videtur constare Platoniam enim perpetuò docet cruciandas, iam non perpetuò.

Plato de pœnitentia animarum post hanc vitam.

¶ De Angelis verò nihil meminit, neque credidit illos torqueri ob culpas suas aut cælo delapsos ad Tartara. Et Turcarum & aliarum Gentium istud est placitum, quia non vident quidni pœnitent, cum sint liberi arbitrij: & tunc limpidius agnoscent sua peccata, quado pœnas dabunt pro illis: vexatio enim dat intellectum. ¶ At verò assertio catholica est diuersa Dæmones nunquam restituendos cælo vnde exciderunt, & homines semel addictos Gehennæ, nunquam eruendos: quæ assertio supra est factis ostensa. Vnde Esaias hoc insinuat, dicens capite vigesimo quarto. Confractio ne confringentur: terra contritione cõteretur: terra commotione cõmouebitur: terra agitatione agitabitur, terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnus noctis, & grauabit eam iniquitas sua, & corruet & non adiciet, vt resurgat.

¶ Et in Psalmo primo, Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. Sed tãquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Si ergo peccatores, vel impij non resurgent in iudicio, vel hoc dixit Vates, quia non resument corpora sua, vel quia non adiciet, vt resurgant, vt dixit Esaias, hoc est, quia semel detruis in carcerem infernalem, nunquam diuina pace fruuntur. Primum autem horum non intellexit Dauid, igitur secundum: ¶ Aliàs si aliquando essent donandi pace Dei, & reconciliationem diuinam inituri, vtique resurgerent in iudicio, si non illo finali alio saltem, ideòque conferuntur pulueri perditò à ventis.

¶ Vnde

Duo iudicia vniuersali consequuntur ad Origenicum dogma.

Matthæi. 27. Psalm. 10.

Duo iudicia  
vniuersalia  
consequuntur  
ad Origenis  
dogma.

¶ Vnde iuxta dogma, quod vel est Ori-  
genis, vt Hieronymo placuit, Epistola  
ad Auitum, vel illi tribuitur, vt alij con-  
tendunt, duo iudicia essent concedenda.  
Alterum sanè illud quod omnes spera-  
mus & scriptura vbique docet: aliud ve-  
rò quod illi fingunt ad salutem malo-  
rum hominum & Angelorum, at ve-  
rò scriptura vnicum iudicium finale tra-  
dit non duo.

¶ Rursum Dominus de Diabolo, & An-  
gelis eius loquitur quando impijs homi-  
nibus ait, Ite in ignem æternum, qui para-  
tus est Diabolo, & Angelis eius, Chri-  
stus ergo nos docet Diabolum esse tum  
detrudendum in ignem æternum & o-  
mnes Angeli eius.

¶ Ad hæc si pœnitere possunt Angeli  
mali, cur ergo differunt pœnitentiam  
in tam longinqua tempora? Cum enim  
valde torquentur modo, cur ferunt tam  
prolixo tempore suos immanes crucia-  
tus: itemque colliges de animabus dam-  
natis. Quapropter si modo non pœni-  
tent, nec hæcenus pœnituerunt; argu-  
mentum certum est ipsos non posse pœ-  
nitere, quia status damnationis hanc pœ-  
nitentiam: quia iam sunt extra  
viam, & extra statum meriti, & deme-  
riti. Neque est cur obiectent in fauorem  
suū isti, quibus hæresis hæc arridet libe-  
tatem arbitrij, siquidem libertas hæc  
tunc ligata erit ad pœnitentiam, quia  
Dominus ait, Ligatis manibus, & pedi-  
bus, mittite eum in tenebras exterior-  
es. Et rursus, Pluet super peccatores  
laqueos, pœnitentia enim eum sit do-  
num Dei, Deus illos, quos adduxit  
cruciandos carceribus sempiternis, nun-  
quam præsto erit ad pœnitentiam. Do-  
lebunt sanè illi de peccatis, non pro-  
pter Deum tamen, sed quia torquentur  
illorum causa. ¶ Et hunc dolorem scri-  
ptura Sapien. 5. vocat pœnitentiam.

¶ Est autem ab Origene confectum tem-  
peramentum quoddam secundo tomo,  
Homilia nona, in Matthæum, quem in-  
dicat Hieronymus exponens locum E-  
saiæ capite sexagesimo sexto, Vermis  
eorum non morietur, & ignis non ex-  
tinguetur. Supplicia, scilicet illa esse  
æternò cruciatura Angelos malos, &  
Infideles omnes, at verò Fideles non  
cruciabuntur æternò, sed aliquando post

elapsum mille annorum tempus à Deo  
liberandos fore. Quauis, vt coercean-  
tur à facinoribus, scriptura eisdem ter-  
ret, ex æternitate supplicij.

¶ Et colligit hoc dogma ex multis, siqui-  
dem Paulus ait, ad Romanos. 11. Cum in-  
trauerit plenitudo Gentium, tunc omnis  
Israel saluus fiet. Et ad Galathas quinto,  
Conclufit Deus omnia sub peccato, vt  
omnium misereatur. Et Malach. septimo  
Iram Domini sustinebo, quia peccaui ei,  
donec iustificet causam meam, & auferat  
iudicium meum, & educat me in lucem.  
Et Esaiæ. 12. Benedicam te Domine quo-  
niam iratus es mihi, auertisti faciè tuam  
à me, & misertus es mei. Et in Psalmo tri-  
gesimo. Quà grâdis multitudo bonitatis  
tuæ Domine, quam abscondisti timentibus  
te. Vnde colligit hanc diuinam boni-  
tatem impartendam tandem Christia-  
nis peccatoribus, esse interim abscondi-  
tam, ne ipsi se relaxent ad facinora com-  
mittenda, sub huius bonitatis spe.

¶ Et Rufinus sinistrè in hoc dogma im-  
pegisse Hieronymum testatur, quia con-  
stat ex Epistola Hieronymi ad Auitum,  
Hieronymum retudisse hoc dogma. Cæte-  
rum fruatur quo voles autore, hæreticam  
crede sententiam. Si quidem cum fide-  
libus Dominus acturus est, quando iactan-  
tibus verba illa, Nonne in nomine tuo  
prophetauimus, & virtutes fecimus mul-  
tas: respondebit, Amen dico vobis nescio  
vos. Et parabola virginum fatuarum, & Matth. 25:  
prudantium ad fideles bonos & malos  
est referenda, at fatuis claudetur ianua  
æternò. Et Paulus, Quæ seminauerit ho-  
mo hæc metet, qui seminat in carne, de  
carne metet corruptionem: qui in spiri-  
tu, de spiritu vitam æternam: igitur qui  
in carne seminauerit, corruptionem me-  
tet æternam. Et equidè vita præsens, est  
ad seminandum Ecclesiæ. 9. apud in-  
feros non est opus, vitæ verò cursu pera-  
cto non est locus seminandi, sed metendi:  
igitur mors impiorum illos obstat in ma-  
lo, vt mors piorum illos confirmat in bo-  
no: quippe iam sunt extra viam vitæ  
cursum præsentis. ¶ An nō Paulus docet  
omnes nos stabimus ante tribunal Chri-  
sti vbi vnusquisque referet propria prout  
in corpore gessit, siue bonū siue malum,  
Rom. 16. & 2. Corinth. 5. Igitur quæ ex-  
tra corpus geruntur non sunt digna, vel  
premio

Mors obstinã  
tio est impio-  
rum in sua  
impierate &  
piorum est con-  
firmatio in  
sua pietate.

Matthæi. 27.  
Psal. 10.

præmio, vel supplicio. ¶ Ad hæc Dominus malos deturbabit in infernum, qui esurientem non pauerunt, &c. at absoluto iudicio, non erunt pauperes, quibus opem ferant, vt illis dicatur nudus eram & vestistis me, &c. igitur nunquam recipientur ad æthera. ¶ Neque argumenta, quæ Origeni tribuuntur sunt valida hæc posteriora, sed neque priora. Posteriora vtique facile eluuntur: quia loci illi citati, omnes torquentur importunè ad diem iudicij, cum sint exponendi de peccatoribus, quos Deus iustificat, aut de iustis, quos Deus eripit sæpe à tribulationibus grauib. Et locus Psalmi non probè inducitur, cum loquatur de timen- tibus Deum, at damnati non donantur hoc diuino timore.

¶ Priora verò argumenta solues si dixeris, verum esse plagarum moderamen induendum iuxta qualitatem delicti. Siquidem poenæ acerbitas insequitur delicti grauitatem, at verò duratio poenæ sequitur durationem peccati. Hoc est, quandiu peccatum fuerit impoenitens, tandiu grauabitur supplicio. Quia ergo peccatum damnatorum semper erit destitutum à poenitentia, ideò semper ple- ætetur poena.

¶ Secundo, argumentum multifariam solu- ui potest. Primo quidem si probamus lo- cum Esaiæ ad literam esse intelligendum de finali iudicio, vt Nicolaus putat, & Glossa vtraque Ordinaria & Interli- nealis existimant, oportebit dicere ver- bum, visito, in sanctis scripturis non sem- per vsurpari in bonum quia aliquando malum denotat etiam apud Esaiam, Vi- sifabit Dominus in gladio suo duro: qua- re visitabuntur, id est, atque punientur. Siquidem in die iudicij tam Angeli ma- li, quam homines impij detrudentur ad ignes æternos. Quia quamuis non om- nes spiritus maligni modo sint astricti Tartaris, neque homines omnes peccato- res, quia sunt multi viuentes, ceterum tunc omnes peccatores exterminabun- tur à facie terræ & deiciuntur punien- di. Et quod Dæmones sint æterno pu- niendi extat oraculum Iudæ Apostoli tradens hæc, Angelos verò, qui non ser- uauerunt suum principatum: sed dereli- querunt suum domicilium, in iudicium magni Dei, aut diei vinculis æternis sub-

caligine referuauit. ¶ Porro non vi- deo cur hic locus tantopere suaserit Ori- geni suum dogma (si tamen suum est, & non illi inpersum ex inuidia) siquidem nihil cogit Esaiæ textus, vt hunc locum ad iudicium finale referamus. Vnde quidam, vt Vatablus exposuit locum de liberatione Iudæorum. Siquidem Titus & Vespasianus Hierosolymam grauitè afflixerunt, & deuastarunt, & Iudæos vinxerunt, & occiderunt mise- rabiliter exitio. At huic expositioni obstat, quia ab hoc exitio non fuerunt liberati Iudæi, imò vsque in præsentem diem sub calamitatibus magnis degunt: ideò quod ipse exposuit visitabuntur, id est, li- berabuntur, non consentit cum verita- te. Quamobrem si referas ad captiuita- tem Babylonicam aptius forsan facies. Fuerunt enim congregati Iudæi in capti- uitatem, & post multos dies, hoc est, post septuaginta annos erepti. Nicolaus lite- ram aliam indicat, tu lege apud illum, & comment. nostra in Esaiam.

¶ Tertiò respōdebis, locum euangelicū solum docere misericordiam obseruan- dam erga fratres, nam si fuerimus miseri- cordes in fratres, erit Deus misericors erga nos. Ceterum tu interim observa men- suram peccati duplicem esse alteram fi- nitam, aliam infinitam: sermo est de men- sura debita suæ punitioni. Enimverò si de peccato poenitemus digna poeniten- tia, tum illi solum debetur poena finita siquidem poenitentia est, quæ punit pec- catum, etsi vehemens sit alia punitio non desideratur: quia poenitentia suffi- cienter illum puniuit. Vnde Paulus, Si nos ipsos iudicaremus, non iudicaremur. 1. Corinth. 11. Porro si poenitentia non ple- nè puniuit peccatum, quod punitionis re- siduum est, poena finita est, luenda in pur- gatorio igne. Ceterum si poenitentia nulla fuit poenæ mensura est sine men- sura quia infinita est, quandoquidem nul- lum malum impunitum: peccatum igitur cum sit malum voluntarium ratio po- scit, vt qui voluntariè se subiecit iniqui- tati, voluntariè etiam se committat poe- nitentiæ, Paulo monente, sicut exhibui- stis membra vestra seruire iniquitati &c. quod si noluerit se punire, relinquitur pu- nitio Deo, aduersum quem omne pec- catum fit: quatenus omne peccatum cri- minale

Poenæ acerbitas insequitur peccati grauitatem.

Esa. 27.

Dæmones & homines mali sunt æterno puniendi.

Punitio peccati duplex, finita & infinita.

Pœna sententia sic dicta, quæ positua namque sentitur positua sunt priua- ua enim pœna accidens sentitur.

minale est aduersarium diuinae legis propterea restat Deus vindex peccatorum. Quapropter mensura supplicij tandiu durabit quandiu non punitur per poenitentiam: gehennales vero nunquam se puniet ex poenitentia, ideo semper punientur a Deo. **¶** At forsan obiectabis, Satis est si peccata impoenitibilia puniat Deus ex poena damni cur etiam affligit poena sensus? An non satis est simplici agere contra peccatum poena, nisi duplici afficiat?

**¶** Obseruabis peccatum secum conuolare priuationem facialis visionis, siquidem peccatum constituit hominem Deo inimicum, at: vero inimicis Deus subtrahit suum conspectum: vt nos nolumus videre, aut videri ab inimicis nostris. Itaque poena hanc damni consequia est per se peccati.

**¶** Porro si impoenitentiam finalem illi iugas, iam redditur homo incapax huius beatæ visionis. Et quia creatura rationalis ex impoenitentia se reddit incapacem diuini vultus conspiciendi: ideo punitur noua poena, quam vocant scholastici Theologi sensus, volentes significare poenam positiuam: quippe spiritus maligni siue angelici siue humani separati a corpore non habent sensum tactus, vel alios sensus, vt inde dicatur poena sensus. Sed quia positua poena est hæc, commemorata vero est priuatiua, appellatur sensus. Deus igitur cum velit maxime creaturis rationalibus impartire suæ dignitatis consortiū, quippe qui creauit illas capaces huius consortij, cum aduertit has creaturas ex impoenitentia finali se reddidisse incapaces, illas punit poena positua, quia poena priuatiua non videndi Deum, ad ipsum peccatum confectabatur, quia peccatum est inimicitia, quædam Dei. Nam sicut Dominus ait, vos amici mei eritis si feceritis omnia, quæ præcipio vobis: ita dicemus, nos inimici erimus Dei, si non fecerimus quæ Dominus præceperit nobis, & quo maior est inimicitia, maior est incapacitas. Non me later aliam rationem esse secutos nostrates theologos, docentes poenam damni infligi propter auersionem a Deo, & poenam sensus propter conuersionem ad creaturam contra Dei legem, quorum sententia ego non refragor: at video non omne peccatum illis duobus constare, & auersione & conuersione. Nam si puram admi-

serimus posse esse omissionem, nihil habet conuersionis, & odium Dei totum est auersio, propterea fortassis doctrina hæc non est omnino vniuersalis, verum tamen non est spernenda. Non miretis igitur quid causæ sit tecum cogitans, quod peccata vel momentanea, Deus æternis exerceat supplicijs, quia si prædicta voluis, desines mirari. Et quidem humanae leges in delicta animaduertunt poenis æternis priuatiuis quidem non tamen posituis. Et sub hac ratione verum est exemplum Augustini, siquidem fures suspendunt leges ob furtum, quod breuissimo tempore factum est, aut propter alia id genus delicta. Mors tamen est poena priuatiua, poena autem positua leges non possunt humanae animaduertere in delicta. Namque siue carcer perpetuus, siue exilium infligatur perpetuum, nihil sub sole perpetuum, mors enim est periodus omnium. **¶** Deus autem duceat ad poenam priuatiuam, & positiuam perpetuam impios, qui desiderabunt mortem, & fugiet ab eis. Augustinus autem æternitatem poenæ iustam putauit esse, quia peccatum mortale est contra bonum infinitum, ideoque conciliat sibi malitiā infinitam peccatum, quia est auersio a bono infinito. Gregor. vero. 4. dialogorum, ideo æterno putat cruciandos impios, quia impij non destiterunt a peccato in suo æterno, ideo Deus non destitit a punitione in sua æternitate. Vocat Grego. æternum hominis, seculum quod viuunt, vel totum tempus vitæ quod agunt, quæ omnia recte sunt dicta, sed quia subobscura sunt, nos illa clarius extulimus. Hinc patet argumenti solutio.

**¶** Quarto dices Deum esse proniorem ad miserendum quam ad puniendum, tantisperdum tempus adest exercenda misericordia: at vero post mortem clauditur ianua misericordiae, & aperitur porta iustitiæ, vt ex parabola virginum didicimus. Hoc enim sibi vult sermo ille Domini, clausa est ianua.

**¶** Quinto dices simili modo, Deum ostendere infinitam misericordiam suam cum poenitentibus, & timentibus nomen Domini: at vero impoenitentibus demonstrabit infinitam iustitiam, illos puniendo æterno. **¶** Et quidem si verba sacra sonantia æternos cruciatus essent ad terrorem habenda, vt supra commemorabam ex-

Cur De' peccato transitorio non transitorie puniatur?

De' solus potest poenas posituas inferre perpetuas.

gr. no. 2. 2. 2.

Pœna sensus sic dicta, quia positua namque sentiuntur positua sunt priuatiua enim per accidens sentiuntur.

unctio peccati duplex, finita & infinita.

gr. no. 2. 2. 2.

Origenis, vel Origenistarum placito, utique etiam aeternitas praemiorum eodem laboraret morbo, quia dicerent homines, si poenae non sunt aeternae, neque coronae.

*De Aeternitas suppliciorum praescripta in scriptura non ad terrorem est sed ad veritatem docendam.*

Quamvis hanc rationem quae est Bonae tu, facile infringet aliquis dicens, quia Deus est prior ad coronas elargiendas, quam ad poenas inferendas, ideo non esse similem rationem. Et ideo commodior erit erroris refutatio, quia quod isti dicunt ad terrorem esse intelligendum, ex nulla parte colligunt, siquidem scripturae sibi consona est, & ubique clamat impios supplicia aeterna manere. Vnde tu singis igitur hoc tuum commentum? utique ex tuo cerebro.

Et experimur homines fideles credentes certo supplicia esse futura aeterna, nihilominus vacare delictis impensissimè. Quid quod si certo tenerent aut suspicarentur non esse aeterna? Et quando rationes nullae conuincerent esse iustam hanc aeternitatem poenarum, conuincat illarum iustitiam, esse stabilitam ex diuina lege, quae summè iusta est, quia lex Domini immaculata.

¶ Vltimo respondebis Deum velle omnes homines salutem consequi, seruatis tamen seruandis, nempe seruato ordine suae sapientiae, quae deducit homines ad salutem per congruentiam media, id est, per fidem, & poenitentiam, & per praesidia sacramentorum. Amantes igitur fidem Iesu Christi, & poenitentiam non respicientes, spernet: quia clamat sapientia Dei, Ego diligentes me diligo: & beatus qui uigilat ad fores ostij mei: igitur dormiens non erit beatus.

*Respon. arg. principalis.*

Post prolixam disputationem argumentis factis ante oppositum respondebis. Dices, primo, & 2. Augustinum, non decreuisse illud dogma, sed disputasse: & in libro retract. retractasse, ut saepe commemoratum est. Origeni vero (si tamen eius fuit opinio) non est consentiendum, ut neque Philoni acquiescendum erit. Et sane ad probandum esse poenas, & praemia, humanarum actionum post hanc vitam plausibilis est subnectenda ratio haec, quia multi iusti, ut Lazarus ille pauper, vitam hanc temporalem plenam malis ducunt, contra vero plerique iniustissimi homines felicissimam agunt vitam, ut diues ille superbus, cuius Lucas meminit. 16. Quid ergo si virtus saepe à Deo in hoc mundo flagellatur, & vicium & iniquitas, Deo permittente prosperatur, si in alia vita virtus destituitur premio & corona, & iniquitas animaduersionem non habet, ubi obsecro esset Dei prouidentia? aut quorsum incubendum esset virtuti, si Deus iustorum, neque uiuentium, neque mortuorum curam habuisset? Ideo rectè apud Lucam improbus diues in tormentis cruciatur, & pauper in sinu Abraham laetatur. Vnde ait Abraham Diuiti recordare fili quia inuita tua recepisti bona, & Lazarus similiter mala, nunc verò hic consolatur, tu vero cruciaris. ¶ Lucretio respondebis, quod Philoni. ¶ Ex istis habes, ignem illum, qui exuret impiorum corpora, & modo animas, verum esse ignem, & infernum non esse metaphoricum infernum, sed verum locum infernalem, & dominum non metaphoricè descendisse ad inferos, sed verè, neque infernum solum esse grauem miseriam, sed verum esse certumque locum. Quod verò Augustinus exposuit vocem inferni per miseriam, quam patiebantur. S. patres diximus supra in libro retract. re oculatius expensa retractasse. Haec tenus de receptaculis, est enim caelestis habitatio receptaculum supremum: in terra vero sunt, quatuor nouissimè est infernus, ubi est priuatio gloriae, & gratiae, & poenae sensus, proximum huic est limbus puerorum, ubi est priuatio gratiae & gloriae sine poena sensus, Tertium est purgatorium, ubi est priuatio gloriae, sed non gratiae, & poena sensus, limbus patrum iam non extat.

DISPUTATIO  
SECUNDA.  
An animae gehennalibus incendiis addictae, ab ipso igne patiantur.



**E**T VIDE B I-  
tur forsan alicui non posse ab igne pati, quia Tertullianus in apologetico, Ideo, ait, representabuntur in iudicio Dei corpora, quia neque pati potest quicquam anima sola, sine materia stabili, id est, carne.

Arg. 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

Arg. 5.

Per oratio.

Arg. 1.

Arg. 2.

ne. Et quod omnino de iudicio Dei pati debent anime, non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt. ¶ Cui concinit Lactantius Firmianus libro septimo capitul. 21. Animæ, inquit, cum in se nihil habeant solidum, & contractabile, à solidis & corporalibus nullam vim pati possunt: sed quia in solis spiritibus viuunt, à solo Deo tractabiles sunt, cui virtus & substantia spiritualis est. ¶ Tertio, quia si patiuntur ab igne, vel hæc passio erit naturalis, vel supernaturalis. Non primū, quia ignis naturalem actionem habet calefaciendo, & exiccando, & penetrando partes passis ab eo, quia habet ignis partes subtilissimas, at vero ignis nō potest calefacere separatam animam, neque exiccare, neque illam penetrare. Etenim si ignis, qui sub concauō lunæ est non potest agere calefaciendo. &c. in cælum sibi contiguum, cum alioqui sit corpus, multo minus in spiritum poterit agere. Ratio enim est quod non agat in cælum, quia vel cælum non habet materiam, vel si habet est alterius rationis à nostra: cum ergo spiritus sint prorsus immateriales, neutiquam poterit agere ignis in illos. ¶ Adde quia si ageret, igitur produceret calorem in animam, at anima non est susceptiua qualitatum corporalium, quia neque potest esse vel calida vel frigida, sicut neque alba neque nigra. Et rursum si agit, igitur poterit corrumpere ignis animam rationalem: nāque ex nimia calefactione seu deustione procedit corruptio, vnde anima posset corrumpi ab igne, quod est impossibile, cum habeat naturam immortalem: vnde spiritus poterit penetrare ignem, at sine læsione erit penetratio, quia spiritus non est capax læsionis huius, vnde neque supernaturaliter poterit calefieri, quia quod quantum non est qualitates hæc nequit suscipere, quia repugnans sibi. ¶ Quinto, ignis inferni non deuret corpora, ergo neque animas. Cōsequētiam probabis, nam si id quod magis videtur inesse, non inest, neque id quod minus. Antecedens probatur: quia si agit in corpora damnata, vel agit illa alterando producendo calorem in illa, aut agit solum, per immutationem intentionalem, hoc est imprimendo speciem aliquam in animam. Si primum ergo necessario corrumpentur illa corpora, per calefactionem illam excellentem &

Arg. 1.

Arg. 4.

Arg. 5.

Arg. 1.

diutinam, quam corporis humani temperatura ferre non poterit, nisi ex miraculo. Si secundum, vtique illa species est qualitas perficiens potentiam, igitur ex illa non patietur propria passione. ¶ Quod si dixeris excellens sensibile, sine corruptione sensus, illum contristat, igitur etiam ignis ille contristare potest damnatos, sine illorum corruptione, obijciam tibi, excellens sensibile si perficit potentiam, lædit nihilominus organum, vt patet, cōspecto ex diametro sole illachrymant oculi. Igitur si apprehensio ignis contristat damnatos, erit ex læsione, quam apprehendunt ex igne: at nulla est læsio si nulla est calefactio, igitur neque tristitia.

Arg. 6.

¶ Rursum si viso inimico ex illa apprehensione tristamur eò est quod apprehendimus illum vt nobis noxium, igitur si apprehensio ignis contristat, erit quia apprehenditur, vt noxius, sed si non calefacit corpus damnati, aut animam, nullum est nocumentum apprehensum, ergo neque tristitia, aut dolor. ¶ Respondet bis forsitā, Imo apprehendunt damnati ignem vt sibi valde noxium: quia apprehendunt illud, vt detentiuum, & (vt ita dixerim) in carceratiuum, & ligatiuum ipsorū: quippe non sinit illos vagari quoquo velint, iuxta libertatem proprię naturę, quę mobilis est in omnem differentiam positionis. ¶ Contra obijciam tibi, Ignis est inferior multo quam spiritus illi sunt, siue angelici siue humani, igitur non potest detinere, neq; incarcerare damnatos. De demonibus enim spectatum satis est, quia maior est potestas demonis quam ignis, nam Iob. 41. non est potestas super terrā, quæ illi comparetur. Et de hominibus itē non est dubium, quia apud nos ignis, non potest hominem ligare ne exeat, nisi per accidens, quia forte obuius vndique in itinere est si forsitan homo non potest, illum vel submouere vel extinguere. ¶ Ad hæc Arg. 7. non est cōtra naturam angeli mali vel boni esse in igne vel in quouis elemēto alio: quia indifferentem habet naturam ad esse in quolibet loco, igitur nulla violentia fit illi si sit in igne. ¶ Præterea si solū hæc Arg. 8. læsio est, cur ergo magis detinentur ab igne, quam ab aqua, vel aere vel calō? quia detineri & incarcerari in quouis alio loco est læsiuū & molestum: at scriptura ignē solum commemorat. Dices, imò insinuat etiam

etiam aquam, Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium, ad calorem nimum: igitur non solum detinentur violenter ab aqua, quin & ab igne: at daemones cruciari ab aqua non legimus, sed homines duntaxat vt praeferunt verba citata Iob. At mirabile videtur quod alio genere tormenti puniatur anima illae damnatae, quam angeli mali, quandoquidem, vt plures homines erunt beatiores quibusdam angelis, ita plures homines erunt miseriores quibusdam angelis malis. Ergo in eodem genere tormenti intensius punientur quidam homines quam spiritus nequam, & contra quidam spiritus nequam sub eodem genere tormenti pressius torquebuntur quam plerique hominum. ¶ In diuersum est. Matt. 23. discedite a me in ignem aeternum, qui paratus diabolo & angelis eius: igitur idem ignis qui torquet diabolum & angelos malignos, torquet animas separatas, siquidem diabolus spiritus est, & angeli nequam & hoc non obstante torquentur ab igne.

Anxia disputatio de modo quo torquetur ignis siue animas siue corpora in inferno idem de purgatorio.

Disputatio haec, si qua alia, semota valde est ab humanis mentibus: quia quantum assequi datur, illius decisionem mortalium nullus penetrare potest. Namque vt scriptura docente. 1. Corinth. 3. Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se, ita contra dicemus oculum non vidisse. &c. quae praeparauit Deus tormenta odientibus se. Quamuis crediderim maiora bona praeparata electis, quam mala reprobis: Deus enim puniit extra condignum, & coronat vltra condignum contestantibus Theologis omnibus. ¶ Duo igitur, vt cunquē differenda proponimus, alterum est de damnatis corporibus, qualiter haec cruciabuntur ab igne: alterum est de animabus ipsis, & vtrūque asperum est intellectu. Et sanē primū horum non est promptum quod doceatur, quia varietas opinionum hanc fecit doctrinam difficilem. Enimvero Sanctus Thomas distinctio. 44. quaestio. 3. articulo. 1. habet hoc in decretum, ignem illum gehennalem torquere damnata corpora, non calefaciendo illa, sed solum actione intentionali. Et sudat plus satis suus egregius interpretes Capreolus quaestio. 2. eiusdem distinctio. articulo. 2. tueri hoc principis sui dogma. Vnde Thom. calefactionem negat illorum corporum, quia cessante mo-

tu caeli nulla poterit apud eundem esse alteratione realis, subaudit, quia intentionalis ab eo admittitur. Est igitur tortura haec illorum corporum, detinebuntur quidem ab igne infernali, & immittet species caloris in tactum illorum, & anima suscipiens species apprehendit ignem illum, vt lesiuum sui corporis, non ex calore suscepto, quia nullum suscipit corpus damnati, sed ex sola apprehensione illius ignis, qui apprehenditur, vt valde molestus, & laesiuus. Est autem haec molestia seu laesio, quia corpus damnati, & anima simul in eo detinentur coaetate, & inuitate. ¶ Rursum est laesio, quia ignis ille ex diuina virtute incarcerat illa corpora, adeo, vt non possint effugere ignes illos. Vnde ignis & si ex sua natura non posset obstringere illa corpora, & claudere ne exeant inde, at ex Dei virtute hoc potest ille ignis. Itaque apud nos ignis non laedit ex sola apprehensione, nisi sit fallax apprehensio, qualis somniantis, qui somniat se flammis deuri, & vociferat saepe ex imaginata deustione: sed necesse est, vt verē laedamur, quod vramur. At corpora damnatorum citra vstionem verē laeduntur ad sensum praetactum: & illa apprehensio non est fallax, vt commentus est Auicenna. 9. Metaph. animas torqueri ex similitudine quadam apprehensa, qualis est somniantium: at vero apud illos non erit isthaec fallacia, quia non dormiunt neque somniant, imo vigilantes semper erunt, quibus vexatio dabit intellectum, & oculos quos clauferat culpa aperiet poena. Neque dormiebat ille qui dicebat, crucior in hac flamma. Et quae obsecro poterit esse fallentia in spiritibus malignis, in cruciati suo? aut qualis in animabus separatis, quae limpidius vident tormenta sua quam agentes in mundo hoc, poterant videre? Et Sapi. 5. quam aduertentes sint animae illae haud dubium docetur. Ambulauius iniquiunt vias difficiles. &c. Augustinus autem ante Auicennam 12. super Genesim idem differit, sed non definit. Est igitur vera laesio, & non fallax apud Thom. at sine vstione, & sine alteratione. Et Thomistae hoc defensores, vt Petrus, & Capreolus dicunt esse incommodum, quod corpora illa damnata perpetuo sint alterata a propria temperatura sustinente calorem illum intentum ab igne, & patientes perpetuam febrem. Scotus

Exponitur placitū Tho.

Damnati non torquentur ex similitudine decepti tormenti vt somniantes.

Scotus acquiescit Tho. placitū.

rus autem distinctio. 44. questio. 3. articulo. 1. probabilem duxit esse hanc Thom. sententiam, quia immutatio sola spiritalis citra realem, hoc ex suscepta specie immateriali, sine susceptione formæ materialis solet causare dolorē, ut si manū frigidam nimis siue ex gelu, siue ex niue ad moueris ignibus, maximum senties dolorem: at tum non est susceptus calor materialiter, sed solum immaterialiter in organo tactus. Ad quem prope modum, & corpora damnatorum suscepta specie ignis immaterialiter, & non suscepto calore materialiter possunt dolere. ¶ Et rursum quia speciei susceptio formalior est causa doloris vel delectationis, quam susceptio formæ. Quandoquidē forma materialiter suscipitur ignis in ligno vel lapide, & citra dolorē, quia nulla est apprehensio, apprehendens illam formam ut corruptiuam ligni. ¶ Adhæc ex visibilibus multā capimus delectationem, itemque ex audibilibus, nulla tamen forma materialiter est suscepta, quandoquidē visus suscipit speciem albi sine albedine. 3. de anima, ut cera formam sigilli sine ferro vel auro, cui impressa est sigilli forma. ¶ Cum quibus etiam facit, plerumque ex nimio timore correptos exhalasse animam, aut ex nimia tristitia absorptos sine aliqua mutatione reali, sed ex apprehensione sola maiorum. ¶ Verum Scotus non diffidetur sententiam communem esse probabilem etiam, quamvis priori hæret magis, quia iuxta eum pauciora concedenda sunt miracula. ¶ Porro hæc motiua Scotica non augent probabilitatem huius dogmatis. Namque quod de manu gelida profertur utique non fit in illa dolor ex sola sensatione sine susceptione caloris. Quippe si à longe adnouemus igni gelidam manum ut remissum suscipiat calorem, non excitatur dolor: at si propius adnouemus manum, non continuo dolorifica excitatur sensatio, donec paulisper ad motam detinemus manum. Tum enim calor intensior cum introducatur, frigiditas intensa, quæ manum afficiebat resistens nouæ formæ & sese colligans, & coadunans, fugiēs nouam sibi contrariam formam, excitat magnum dolorem in manu. Neque secundum exemplum rem absoluti quia etiam si ex visibilibus voluptificis, quia apprehendimus illa grata esse visui, ut ex flori-

bus vernantibus spectatis, & ex vocibus canoris, excitetur voluptas solum ex sensatione obiecti convenientis visui vel auditui: at vero in gustabilibus, & tangibilibus non item. Hæc nāq; nisi mutatio seu alteratio afficiat realis, non delectant, ut talia sensum, neque in cerore afficiunt. Pomum enim nunquam sua suauitate afficit gustum, nisi gustu percipiatur realiter eius dulcedo: & hoc habet, quia docete Aristo. gustus est quidam tactus. At visus pomum vel cibo quouis alio, etiam antequam gustentur delectamur sæpe: verum hæc delectatio gustus non ex gustu est, sed ex imaginatione vel ex alio sensu interno veteræ gustationis. Gustus enim non delectatur ex futuris, sed ex presentibus, ut quilibet alter sensus exterior. ¶ Quamobrem tactus quoque ex tangibilibus excellentibus sensatis dolet, verum hæc sensationem præcedit necessario alteratio realis, per quam suscipitur qualitas illa excellentis, & ideo soluens medijs tactus temperaturam. Et quemadmodum delectatio sensus, est sensatione tangibilis qualitatis, quæ est in medio tactus convenientis sensui, ita & dolor. ¶ Fateor equidem si hereticum deduxeris ad incendium comburendum, aut furem ad patibulum suspendendum, huiusmodi ex visis locis tormentorum, aut ex imaginatis sine immutatione reali tristari ex timore concepto futuri extantisque mali. ¶ Et rursum fieri potest, ut isti ex huiusmodi tristitia, quæ est in appetitu intellectuali resultet dolor in appetitu sensitiuo, ex quo dolore accidere poterit mors: ut etiam ex tristitia peccatorum quando cõteritur homo de peccatorum suorum iniquitate poterit contingere dolor etiam sensibilis peccatorum. Siquidem cum pars intellectiua & sensitiua vnum hominem constituent ex consortio harum partium ex vehementia tristitiæ vel gaudij, quæ est in intellectiua, resultant similes affectus in parte sensitua, ut eam contra accidit. Vnde Capreolus ita existimat accidere damnatis ex tristitia causata ex apprehensione ignis resultare dolorem in appetitu sensitiuo, & ideo corpora damnatorum cruciabuntur ab igne, sine calefactione vel vitione aliqua. ¶ Ego vero crediderim quando ex vehementi tristitia, vel gaudio resultant in appetitu sensitiuo dolor, vel delectatio: id non

Exponitur placitū Scoti.

Exponitur acitū Tho.

Sensus exterior non dolet, aut delectatur ex futuris sed imaginationis est hæc operatio, vel alteratio sensus interioris.

Dolor non causatur in parte sensitua, vel gaudij sine alteratione reali.

damnati non requerunt ex similitudine concepti tormenti ut somniantes.

acquiet Tho. placitū.

non fieri citra alterationem realem partis  
 sensitivae. Enimvero ex nimio gaudio vo-  
 luntatis, cor dilatatur, vnde incallescit cor-  
 pus vehementius, vt ex nimio timore cor  
 constringitur, vnde, & frigesunt partes  
 extremitatis corporis. In quem prope modum  
 ex nimia tristitia voluntatis itidem acci-  
 det, quod generetur qualitas realis discor-  
 deniens tactui, vnde contingat dolor.  
**Q**uamobrem si donamus Capreolo da-  
 natis ex nimia tristitia accidere dolorem  
 in parte sensitiva, vti que submoto mira-  
 culo, non poterit hic dolor partem sensiti-  
 vam illorum afficere, nisi ob alterationem  
 realem illis accidentem, vnde & cogitur  
 concedere realem alterationem, quam su-  
 gere curat. ¶ Est sane certum alterationem  
 realem accidere, citra sensationem, inde ta-  
 men non idonea est collectio, igitur pote-  
 rit esse dolor sensibilis citra alterationem  
 realem, vt Scotus colligit & Capreolus  
 non abnuat. ¶ Scio enim quod lignum aut  
 lapis incallescunt sine sensatione, sed hoc  
 quid ad rem? si quidem haec non sunt capa-  
 cia doloris. Exempla sunt sane alia aptio-  
 ra subdenda, quia tab deliquio animi, quae  
 Graeci syncopismum appellant, accidit  
 alteratio realis, citra dolorem, siquidem hu-  
 iusmodi etiam si percuciantur non dolent.  
 Itaque homines extatici sub extasi non-  
 nunquam etiam flammis admotis, nihil  
 sentiunt, vnde neque dolent. ¶ Verum haec  
 & alia hoc genus exempla, nihil conuin-  
 cunt in fauorem, vel Scoti vel Capreoli,  
 siquidem alteratio illa realis, scilicet, cale-  
 factio exurens tum erit dolorifica, subie-  
 cto capaci, quando sensus non est ligatus,  
 vel morbo obruente, vel extasi distrahen-  
 te: at damnati, neque obruuntur morbo,  
 neque extasi rapiuntur, sed in igne existe-  
 res aduertunt satis suas poenas, vt diues  
 ille, superbus nobis est abunde indicio,  
 qui cruciatus flammis nihilominus sibi  
 petebat incendij refrigeria, & consangui-  
 neis prouidere intendebat ne illo commi-  
 garent incendendi, vbi ipse vrebatur.  
**¶** Expenis igitur rationibus istis, explora-  
 taque earum inefficacia, probabilius mi-  
 hi est multo dogma vulgati theologorum:  
 Durand. questio. 10. distinctio. 44. & Ioan-  
 nis Maior. questio. 4. id quod etiam est  
 antiquum dogma corpora damnatorum  
 alterationem realem suscipere ab igne, quia  
 ab illo eximie calefrunt, indeque cruciari

ex nimio dolore. Et equidem miraculo  
 est dandum, quod calor ille vrat corpora,  
 & non corrumpat illa quod vulgati theo-  
 logi non diffitentur. Quia etiam miracu-  
 lo est tribuendum, quod ignis sit admo-  
 tus corporibus illis damnatis perpetuo,  
 & non agat in illa corpora, quae alioqui  
 sunt corpora passibilia, vt etiam Thomi-  
 stae fatentur. Nam si essent impassibilia  
 non dolerent, neque cruciarentur. Et faci-  
 lius creditur est primum miraculum, qua-  
 secundum, etiam si vtrunque Deo subda-  
 tur. Siquidem quaedam legimus in igne  
 seruari sine corruptione. Autor est Arist.  
 5. de histo. capitul. 19. Quaedam animalia  
 degere in igne, & ab igne non consumun-  
 tur si natura hoc admittit, in quibusdam  
 animalibus, nihil miremur, si Deus natu-  
 ra autor hoc possit in humanis corpori-  
 bus. ¶ Et mihi plausibilis est ad hanc ra-  
 tionem theologizare, quia diuinas scrip-  
 turas quando id licuerit, sub propria ver-  
 borum significatione oportet habere. Le-  
 gimus autem Apocaly. 16. & blasphemaue-  
 runt homines aestu magno, & blasphemaue-  
 runt nomen Dei. Et legimus, Infernum  
 & mortem, missos esse in stagnum ignis  
 Apocal. 20. & Ioan. 15. In ignem, ait, mit-  
 tent & ardent: & alia hoc genus sunt ora-  
 cula, quae sonant arduos gehennales ho-  
 mines in inferno. Quod si dixeris illos non  
 aestuare vel ardere proprie, sed dolere ex  
 ardore ignis, non damnabo, quia sunt ca-  
 tholici tractatores qui ita senserunt, at ma-  
 lo proprietate seruata sermonis significa-  
 tis illos ardere, dicere illos ardere & aestua-  
 re, & non comburi ad consumptionem.  
**¶** Porro autem familiares diui Tho. con-  
 duxerunt se in diuersum placitum, quia  
 probatum est illis, quod eorum signifer,  
 maxime amat, cessante, scilicet, motu cae-  
 li, nullum motum esse possibilem natura-  
 lem sub caelo: quia voluntarios motus non  
 negant cessante caelesti motu, vt motus  
 progressius hominis, & motus angeli-  
 cos locales, & motus beatorum locales co-  
 cedunt. ¶ Quapropter ignis tunc non po-  
 terit calefacere corpora damnata, quia al-  
 teratio illa non poterit esse, quippe caele-  
 stis motus est causa omnium alterationum  
 realium. Intentionales autem alterationes  
 eximunt ab hoc numero, quia visus tum  
 videre poterit visibilia, & auditus audibi-  
 lia, &c. quae fieri possunt citra realem alte-  
 ratio-

Non est dolor  
 in tactu citra  
 alterationem  
 realem in car-  
 ne.

Citra miracu-  
 lum quaedam de-  
 gunt anima-  
 lia in igne &  
 non consu-  
 muntur.

Quando licet  
 rit proprietates  
 diuini sermo-  
 nis est obler-  
 uanda.

Fundamentum  
 citi S. Tho.

Varia de  
 sione p  
 ra.

Secundum  
 flor. cessan-  
 motu caeli  
 nis motus  
 feriorum c  
 fiet.

rationem. Refragantur Thomæ cateruatim theologi Parisienses: quia articulus Parisien. duxit esse errorem cessante motu cæli dicere ignem ad motum stupæ illam nõ esse combusturum. Quia est agens sufficiens, & passum sufficienter dispositum, igitur sequetur actio. ¶ Scotus igitur distinctio. 48. quæst. 2. ab hoc recessit placito, quia secundum Arist. 2. de gener. motus cæli seruit solum vt adducat, & abducatur generantem solem, igitur si sol præsens est, generabit, vt si absens corrumpet. Eodem ducitur argumento Durandus distinctio. 44. quæstio. 10. Addit tamē aliud, quia nihil potest alterare nisi qualitate alteratiua sit præditum: siquidem sola forma substantialis non alterat, neque quantitas ex libro de sensu & sensa. At vero motus non est qualitas, neque successiua, neque permanens, sed est quædam actio vel passio, igitur motus cæli non est alteratiuus: quibus consensit Maior. quæstio. 4. distinctio. 44. Et ne in omnes sit vagandum, placitum est commune theologorum. ¶ Cæterum si rem hanc attentius explorare ariserit, non est omnino mihi probatum hoc placitum: vel saltem si peripateticam amamus doctrinam arbitror germanius esse Aristotelicæ philosophiæ quod Tho. dixit cessante motu cæli omnia ruitura planè secundum naturalem necessitatē. Etenim. 2. cæli tex. cõ. 2. ait motum cæli esse perfectum motum continētum omnes inferiores motus: & cæli circulationem esse causam principij motus aliorum, & eorum suscipere quietem tex. cõ. 16. & 2. cæli tex. 17. celestes motus plures docet, esse necessarium, quia necesse est esse generationem, & corruptionē. Et tex. 20. cæli motus si vnus esset nõ esset generatio & corruptio. Et tex. 28. cæli motus est mēsurā omnium aliorum motuū, quia cæli motus solus est regularis, quia perpetuus, non habet initium neque finem. 2. de gene. 55. tex. & tex. 56. cæli motus primus non est causa generationis, & corruptionis, quia simplex est, & vniformis, ideo vel solam induceret generationem, aut solam corruptionem. Sed motus circuli obliqui causa est, quod sit generatio, & corruptio per suam eleuationem, & depressionem, facit varietatem in motibus inferioribus. Vnde ait, motum Zodiaci adducere & abducere nobis solē, & alia

vt sequatur varietas in motibus. Vbi aduerte contra Scotum Arist. non dixisse motum solis hoc solum facere, adducere, vel abducere solem, cum tamen Aristot. expresse doceat eleuationem Zodiaci, & declinationē esse causam, quod sint generationes & corruptiones, ergo illis ablatis nullæ essent generationes & corruptiones. Imo ait, quod primus motus non est causagenera. & corruptio. sed si solus esset totum esset vel generare, vel corrumpere. Igitur sicut vnitas motus cælestis esset causa vnitatis motus inferioris, ita varietas est causa varietatis, ergo cessante motu cæli plane cessaret & vnitas, & varietas motus inferioris. Adde istis. 1. Meteo. cap. 2. Necessè est mundum hunc inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt inde tota eius virtus gubernetur: igitur sublata cæli latione seu motu, periret omnis motus inferior. Et. 1. Meteo. capit. 4. calorem efficiunt calorū corpora in inferioribus suo motu: & ea præcipue quæ celerius mouētur, & propinquo ra nobis sunt, vt sol. ¶ Istis concinit quod commemorat. 1. Metaph. text. 4. Et quid est quod proloquium philosophorum de cantat localem motum esse causam caloris, igitur motus alterare potest, & nos ipsi si experimento docemur ex motu locali vehementiori calefieri. Quid est igitur quod mirantur Durandus, & alij, cum tradimus motum cælestem calefacere hæc inferiora? Vtique motus non est qualitas formalis, neque calor formalis, est tamen virtualiter calidus, quia est rarefactiuus. & c. ¶ Cæterum si theologice res est agenda aduerto plures esse concedendos motus post diē iudicij. Enimuerit corda hominum siue sanctorum siue impiorum gaudebunt suo motu pulsus, & tactus, & venar arteriales, sua diastole, & systole agitantur: & aer inspirabitur, & respirabitur. Et isti sunt motus locales, & alteratio erit necessario realis: quippe aer inspiratus refrigerabit cor, & is ipse calefiet à corde, & calefactus respirabitur, igitur erit infrigidatio, & calefactio. Et quidem necesse est hæc fateri, si respirationem, & inspirationem illis concedimus. Mitto quod loquentur inuicem, & linguæ plestrū necessario ad loquelam mouebitur. Neque iuuat si dixeris cum Tho. quæstio. 5. de potentia Dei, motum cordis humani

Varia de quæstione placita.

Vnitas cælestis motus.

Secundū Aristot. cessante motu cæli omnis motus inferiorum deficiet.

Motus localis est alteratiuus ad calorem.

Quādo licet rit proprietatis dicini sermo nis est obliuanda.

Fū d: mētrū placi citi s. Tho.

mani esse ab anima rationali, & quia anima non subditur cælo, ideo poterit moueri sine cælo, cor hominis. At verò etiam si motus humani cordis sit ab anima rationali, non tamen procedit ab ea, vt rationalis est, vt neque vegetatio neque sensio, sunt namque isti motus communes brutis animalibus. Quo fit, vt subdatur cælo motus humani cordis, & motus cordis brutalis. Et quid num si homines tum essent celsante motu cæli, qui neque damnatione torquerentur, neque beatitudine glorificarentur, sed viatores essent vt nos, illi secundum Thomistarum sententiam possent & scribere, & legere, & edificare. & c. etiam sine opera cælestis motus, quia voluntarij isti sunt motus, & ideo cælo non subiecti: item igitur possent generare alios homines, quia generatio hæc etiam est voluntaria actio. Quod si concedis, & cum generatio exigat alterationem, etiam esset alteratio sine motu cæli, at alteratio non est actus voluntarius. ¶ Quamobrem mihi plausibilius est si dixerim, vt sub Iosue Hebræo illo, insignique Hebræorum duce stante cælo, non propterea cessauit motus inferiorum, sed Deo miraculose operante inferiora hæc conseruabatur in proprijs motibus. Ita iudico stante cælo in die iudicij, miraculo est dandum, quod inferiora omnia non pereant quod ergo sint tum homines, & quædam mixta, siquidem ignis qui vret corpora damnata erit non elementarius, vt quidam putant, tradunt enim purgatoriū ignem esse ignem qui vocatur carbo, at ignem gehennalem esse elementarium. Verum isti non aduertunt Lucæ. 16. verba illa, crucior in hac flamma: flamma autem non est elementarius ignis. Nam propria forma ignis non est flamma, sed quæ habet in propria sphaera tradente Aristotel. 3. de genera. cap. 11. Ignem in propria forma solum reperiri in propria sphaera. ¶ Adhæc aer ille, quem respirabunt homines tunc & inspirabunt, non erit elementarius, quia elementarius ob suam nimiam raritatem non poterit refrigerare illorum corda, vt neque nostra. Vnde scripsit Plinius quoddam ascendentes in montem Olympum altissimum spōgijs densantibus aerem vsos fuisse. Quia montis iugum quippe quod altissimum, & aere gaudens subtilissimo refrigerationi cordis erat ineptum. Et Basilus aiebat, vt

supra indicabam, vermes veròs tum futuròs, quid quod Apocalyp. 14. fumum tum futurum commemoratur. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habent requiem die ac nocte: fumus autem ignis est mixtus: & ibidem traditur, & cruciabitur igne & sulphure. ¶ Aristoteles igitur ex hypothesi quod stet tum cælum plane diceret nihil inferiorum substiturum, vnde miraculo dandum est, vel quod homines viuant tunc, aut quod mixta aliqua extant.

¶ Cæterum supposito hoc miraculo quod ignis id temporis agat in homines gehennales, illis ad motus, non erit miraculo, imo erit naturalis actio. Thomistæ verò tradunt ignem non posse tunc calefacere, quia cessabit motus cæli, at verò, vt dicebam, neque ignis ille poterit tum esse per naturam, verum si nihil obstabit tunc cessatio cælestis motus, quominus sit ignis ille, etiam nihil obstabit illius motus cessatio quominus sit ignis actio. Vnde recte censuit Parisien. articulus, ignis tunc si extitisset, ad mouereturque stupæ, illa combustum. ¶ Etenim si cælestis quies non impedit quominus sint ignis, & stupæ, & inuicem ad moueantur, item quies cæli non impedit actionem, Nam si non impedit antecedens, neque consequens.

¶ Quo circa arbitror miraculo esse tribuendum, si ignis infernalis non calefaciat corpora damnata vt prædiximus, vnde illa calefaciet sine miraculo, cæterum quod non exurat illa miraculo tribue. ¶ Neque Paluda. argumentum te terreat, quod essent illi dånati in perpetua febre, etenim qui valde vritur ab igne, non propterea febricitat: febris enim ab intrinseco est, non ab extrinseco: est enim calor extraneus in corde accensus. Neque si verum est quod algebunt damnati & ex algore stridebunt inde tertianarij, aut quartanarij erunt, siquidem ex niue algebunt, vt vulgo creditur. Et equidem me latet quoniam pacto intentionales alterationes tum esse possunt omnes: siquidem sonus non fit sine motu locali: quia fit ex collisione duorum corporum. Et odor multiplicatur multiplicatione reali, & non solum intentionali, itemque calor: igitur cessante cæli motu non possunt esse omnes intentionales huiusmodi alterationes. Memini autem me perfecta disputationis hesitatione de respiratione

Sub Iosue sic  
tit cæli & mo  
tus inferiores  
non cessarunt.

Sub Iosue sic  
tit cæli & mo  
tus inferiores  
non cessarunt.

3. de genera.  
cap. 11.

Nō est dādū  
miraculo quā  
ignis vret ge  
hennales ho  
mines.

Soluitur Pa  
lu. argum.

ratione sanctorum, & rem in dubium vocabam, quia respiratio est ad refrigerium cordis tradente Arist. Refrigerium autem est ad temperandum cordis calorem excessivum, at corpora sanctorum erunt summe temperata. Et rursus, quia esset semper alteratio aeris, quia necessario refrigerabitur, & vicissim calefiet, id quod est quedam generatio secundum quid atque corruptio. At absolum videtur in celesti regno esse generationes & corruptiones huiusmodi. Adhuc quia aer est necessarius respirationi, & non elementarius sufficit, sed est necessarius densior aer, quam sit elementarius. Sed quis non mirabitur dogma hoc aerem esse in celo, & quomodo attrahetur, & expelletur in celo? Et quid aer ille penetrabit celos, an celum diuidet, vt subsistat? Quod si miraculo hec tribuemus forsan non errabimus, verum est tamen magis hoc esse consequentia ad miraculum quam miracula. Quippe ad miraculum resurrectionis, consequuntur cetera omnia, quae diximus. Dicebam superiori disputatione quod forsan aliquis diceret, non esse beatis necessariam respirationem, & inspirationem motus arguentis praetactis, quia forsan corda beata, non habent illam cordis intentionem, quae egeat refrigerio aeris. Ceterum autor est Aristot. 2. de anima respirationem esse necessariam vitae, & non solum hoc munere gaudet, sed etiam esse necessariam ad locutionem tex. comm. 88. & in libro de respiratione capit. 3. per nares fieri tradit respirationem non propter vitam, quia vitae fouendae illa, quae fit per pectus satis est, sed ad olfactum absoluendum. Beati autem viuacissimis fruuntur sensationibus: ideoque aptius dicemus beatos respirare siue ex aere, siue alio modo nobis occulto, nouit omnipotens, qui illos est beatificaturus. Namque recondita sunt in arcanis diuiniae scientiae, siue modus, quo affliget Deus impios, & modus quo beabit pios. Et exiguum est quod nobis de poenis illis venturis aut gaudijs sanctorum subluceat.

Iam vero alterum ex duobus, quae proposuimus expediamus, id quod non est magis peruium, quam quod prior disputatione agebat ne dicam esse longe difficilius. Quo modo, scilicet, animae corporibus exuta, daemonesque ab igne crucien-

tur cum spiritus haec sint, & spiritus separata corporibus cum corporibus non communicant in materia: vnde neque ab illis pati possunt. Et sane quod animae iunctae corporibus in inferno ab igne crucientur, nihil est quod miremur. Item dolente corpore, anima corporis cruciatur cum corpore: & iterum modo abstracta a corporibus, vt crucientur ab igne fortassis superat ingenij humani etiam acerrimi vires. Quod si obieceris fumum iecoris ex piscibus fugasse daemones a Tobia, & lyra pulsationem Dauidicam expulisse cacodemonem a Saule, & exorcismos quosdam, & herbas illos depellere, vtique haec non depellebant, sed orationes Tobiae, & Dauidis fugabant malignos spiritus. Quamuis fieri potest medicamenta aliqua prodesset, vt minus noccat daemones violentia: si quidem actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Fieri igitur potest, vt per cantum citharae diu refocilletur animus energumeni, indeque non tam sentiatur sauitia demonisque tyrannis, quam sentiretur citra illum. Nam vt citharae dus vel psalteres excitauit Elia mentem ad prophetiam, ita poterit relaxare potestatem demonis, quia haec agit mediis humoribus humanis: qui dum fuerint intemperatius crudelius aget in hominem. Verum vis nulla naturalis est, quae vincere possit daemones potestate, sed sola diuina, coram qua per exorcismos, & ecclesiae preces flaccescit, & in totum euanescit, etsi sponte cedunt aliquando daemones virtutibus corporeis, vt imponant hominibus. Scito igitur Guilielmum Antisiodo. lib. 4. tracta. vltimo. q. 4. de purgatorio docuisse spiritus posse coniungi cum corpore solum quantum ad motum, & quantum ad sensum: vt si angelus assumit sibi corpus phantasticum: aliquando vero iungi potest, quoad sensum, & non quo ad motum, Et hac ratione animae in purgatorio iunguntur, cum igne quo ad sensum, quia ex illo torquentur. Verum si quo ad sensum vniuntur animae cum igne, igitur ex igne & anima fit vnum animal, quod est impossibile. Et rursus quia eadem est quaestio de daemone, restat idem dicturum Guilielmum. Cum autem vniatur quo ad sensum, necessario vnita faciat esse vnum sensitiuum, ex opinione hac resultabit incommodum praetactum.

¶ Fuit Marcellus Ficinus insignis Platonicus

omnino  
ad hunc  
modum  
propter  
causas  
magis

Tob. 6.  
1. Reg. 16.

4. Reg. 3.

Nulla virtus  
corporea potest  
preualere  
aduersum  
spiritum.

is est dudu  
miraculo qd  
gnis vrar ge  
ennales ho  
mines.

o iur Pa  
u. argum.

Anime modo  
no habet cor  
pora quibus  
patiantur ab  
igne.

nici dogmatis assertor, & amator, qui ani  
mas dixit corporibus vniri, vt paterentur  
ab igne. At restat difficultas, qua na ratio  
ne vnientur corporibus. Nam si vniantur,  
vt patiantur, constituēt vnū sensitivum  
& vnū animal, siquidem si non vniantur,  
vt anime cum corporibus vniantur ex na  
tura, pati non possunt. Et est semper pen  
dēs eadem quaestio, si spiritus illi nō sunt  
corporei, vt patiantur a corpore. Dicere  
autem animas facere tunc noua animalia  
se vniedo corporibus vt patiantur est er  
ror: quia non esset necessaria resurrectio  
corporum, si iam sunt illa animae aliorū  
corporum formae. Aut dices sub resurre  
ctione fuisset moritura illa animalia quae  
patiebantur, & erat resurrectura alia, quae  
in hoc mundo ceciderant. Hoc igitur dog  
ma, si platonium est ipse viderit, Chri  
stianum non esse minime dubito. Durā  
dus, q. 11, dist. 44. vt defugeret tanti du  
bii angustias, cōmentus est, quod August.  
presenserat, aut saltem disseruerat, tormē  
tum spirituum ab igne, non esse reale, sed  
secundum translationem habendum. E  
tenim tribulatio, & anxietas sub nomine  
ignis adumbrantur in diuinis scriptis. Vt  
ergo scriptura ex sensibilibus nos doceret,  
quanta sit anxietas malorum spirituum,  
sub igne illud expressit, non tamen illi pa  
tiuntur ab igne: sed neque possunt pati.  
Hae autem anxietas illis accidit, quia  
Deum nō vident, ad quem videndū sum  
mus rerum creator illos condiderat. Ob  
ijcit sibi, quia secundum hanc rationē, in  
fantes, qui sine beneficio lauacri Spiritus  
sancti decesserunt, etiam patiuntur ab ig  
ne, quippe qui, etiam torquentur ob hoc,  
quod diuino vultu non possentur sempit  
erno. Itemque & animae sanctorum pa  
trum ob idem diceretur quod torqueban  
tur ab igne, quia ob eandem tristabantur  
causam. Respondet obiectis istis, infantes  
commemoratos, quia discesserunt sine fi  
de, ideo nihil nosse de beatitudine super  
naturali beatorum, quam fides assequitur:  
vnde non tristabantur de carentia huius  
modi beatitudinis. Et rursus sibi obij  
cit, quia animae puerorum sub Dei iudi  
cio resumptis corporibus videbunt sanctos  
beati, & ipsi se cernent beatitudinis illius  
extorres: & ideo dolebūt perpetuo, quia  
vidēt, quod propter peccatū originale pa  
rentū orbantur perpetuo beatitudine q

lesti. Respondet animas infantiles illas ig  
norare suum peccatū originale, sed solum  
scire tum quod non admittuntur ad re  
gna caelestia, quia lauacro Christi nō sunt  
asperse: itaque non dolebunt ob hoc.

¶ At verò contra Durād. est primo, quia  
si defectus fidei, faciet illas ignorare pra  
mia beata, & inde non tristabuntur de ca  
rentia beatitudinis, quia quod ignoratur  
bonum, non generat tristitiam, si nō pos  
sidentur, igitur eadē ratione infideles om  
nes damnati, non tristabuntur de amissio  
ne beatitudinis, quia sine fide decesserunt.

¶ Secūdo si infantes nō tristantur ob hoc,  
vt ipse autumat, saltē tristabuntur, quia se  
cernent in limbo tenebroso perpetuo cō  
clusos. Ad hae si sola poena demonum  
est tristitia ex carentia visionis diuinae, nā  
distinguit poenā animarum, & daemōnū,  
quod istorū poena sola est tristitia ex carē  
tia diuinae visionis, quā ex fide dum erāt  
in caelo nouerunt, at animarum, non sola  
haec, sed scire ex fide, quod resurgent cum  
corporibus, & tū cruciandas ab igne pro  
pter corpora. Si ergo sola illa poena est  
daemōnū, vbi est duplex illorū poena &  
dāni & sensus quas caetus theologicus in  
dubitāter affirmat, affligere daemones &  
animas separatas impias? Praeter hae,  
quia infidelium animae nesciunt resurrectio  
ne venturā, quia fidē nō habēt: igitur mo  
do ante iudicij diē non cruciabit illas vē  
turi ignis formidatus cruciatus, sed solū  
affigetur poena damni, sed neq; hac, quia  
beatitudinē ignorant iuxta Durād. Acce  
dit istis, quia animae paruulorum solute a  
corporis cōpagine se ipsas clare vidēt, &  
intuentur se esse creaturas spirituales a  
Deo cōditas: & vidēt suā infectionem, &  
cognoscunt, quod ex proprio cōsensu nō  
pcessit, sed aliudē cōciliatā. Et sciūt etiā,  
quod Deus neminē punit, nisi propter cul  
pā, quia intelligūt Deū esse iustissimū: si  
quidē animae illae nō habebūt peruersam  
mentē neq; actuali peccato obcaecata vt  
haec ignorent. Quā obrē cū videant se ple  
ti poena non videndi Deū, intelligēt suā  
inde culpā. Aliud enim est plecti poena  
aliud nō donari munere. Hoc enim pote  
rit cōtingere citra culpā, illud vero ex cul  
pa procedit: siquidē poena non infligitur  
a Deo sine culpa illius, qui talē poenā su  
bit, maxime poena tā grandis qualis est  
orbati diuino conspectu sempiterno.

¶ Vnde

anima ob . . .

Duran. refel  
litur.

Job . . .

Nella vltima  
corporeo  
testi  
le  
an

Anime paruo  
lorum soluti  
corporib' se  
lucide intelli  
gent quia nō  
erunt stulti  
aut insipientes

Parulo  
punitu  
poena m  
maerit.

¶ Vnde quidam catholici doctores, cre-  
 diderūt paruulos molestiam subituros ex  
 igne in quē cum diabolo detrudantur, vn-  
 de & habebūt non solū pœnam dāni, sed  
 etiā pœnam sensus. Etenim sententiā illa  
 omnes inuoluit, ite maledicti in ignē eter-  
 num: & paruuli isti sunt arbores malæ, &  
 sunt palea & non frumentū, palea autem  
 cōburentur igne inextinguibili. Quāuis  
 hęc molestia & pœna sentibilis erit mitis-  
 sima, vt August. docet in Enchirid. Et  
 miratu dignū est cum hoc doceat Duran-  
 dus in suis mā futurā infantū horū pœ-  
 nam, cur illos asserat ab omni pœna? Si-  
 quidem secundū Durandum carere visio-  
 ne diuina nō est paruulis pœna, quia nul-  
 lā illis infert molestiā. Driedo. in lib. de  
 lib. arbitrio. cap. 1. par. 5. primū putat esse  
 magis consonū scripturis sacris: quāuis rē  
 non prorsus diffinit. Et Greg. Arimi. hoc  
 esse August. dogma iunctis vmbonibus,  
 quod a iure defendit: id quod nos. 2. sentē.  
 vberius differuimus. ¶ Verū sustinendo  
 vulgatā theologorum sententiā, poteri-  
 mus aliter theologizare, quā Durandus si  
 dixerimus infantes huiusmodi pœnā  
 dāni solū affici, scilicet, quia priuatur cæ-  
 lesti visione: neq; tamen ob hanc causam  
 tristatur aut dolent, quia percipiunt non  
 ex proprio consensu infectos fuisse culpa  
 illa vnde priuantur, aut si qua erit tristitia  
 erit modica: vnde non ob id pœna sensus  
 est dicenda, quia modicū & nihil compa-  
 rantur. Quod si dixeris nonne erunt per-  
 petuis carceribus addicti, siquidem lim-  
 bo erunt conclusi: Sunt qui inficiantur, vt  
 Palud. quē supra indicauimus, credens il-  
 los esse futuros in lucis loco ne à tenebris  
 occupentur & molestentur. Et Nicolaus  
 itē credit illos esse nimia voluptate per-  
 fundēdos. Alijs placuit illos futuros bea-  
 tos naturali beatitudine, & quod degent  
 laudando Deū, & gaudebunt ex notitia  
 eximia rerū qua fruuntur: neq; tristabun-  
 tur, quia beatitudinē supernaturale beato-  
 rū ignorabunt, quippe qui nunquā fuerūt  
 donati magisterio cælesti, vt illā scirent:  
 quapropter non dolebunt de carentia vi-  
 sionis diuinæ, quia illos latebit. Quod si  
 ita est, vt isti autem, non erit illis pœna  
 dāni: quippe, si nullā illis molestiā infert,  
 non posse videre Deū, & ipsi infantes ha-  
 bent beatitudinē naturālē, vtiq; hęc bea-  
 titudo naturalis tristitiā sempiternam nō

admitteret, ideo neq; pœnā. Et vnde quā  
 surgat in iudicio, & videbunt gloriā san-  
 ctorū exteriorē saluē, an non dolebunt,  
 quod illa priuantur æternō? Accedit istis  
 quia duo traduntur loca ex euangelicis  
 oraculis, scilicet, supplicii æterni, & vi-  
 tæ æternæ Mat. 25. & Mat. 13. Exhibunt an-  
 geli, & separabūt malos de medio iustorū.  
 Cū ergo infantes isti nō sint iusti, nō erit  
 illis vita æterna, sed dices mittentur in cā-  
 minū ignis, at infantes non torquebūtur  
 ab igne. Est sane verū non torquendos ab  
 igne, vt dixit Ambrosius gehēnalia in cæ-  
 dia neminē subiturū propter peccatū pri-  
 mi parentis, sed ob propria scelera: ceterū  
 scriptura non distinguit loca dānatorū  
 adultorū & paruulorū. Quia quāuis  
 duo sunt, sub igne illa cōprehendit, quia  
 illa sibi sunt vicina, & loca sunt dānatio-  
 nis. Si ergo post diē extremum solū sunt  
 duo loca, & vitæ æternæ, cælū & dānatio-  
 nis æternæ infernus, quo modo isti docto-  
 res fatentur futuros paruulos in loco splē-  
 dido, vt Paluda. & in loco summa volu-  
 ptatis, vt Nicolaus, non video qui cōsen-  
 tiant cū diuinis literis. Quāobrem magis  
 illis cōueniemus si dixerimus limbū pue-  
 rorū esse proximū inferno dānatorū: &  
 hęc duo, tametsi loco differāt, at sub igne  
 vel sub camino ignis cōprehēdūtur: quia  
 vterq; locus est dānationis, quāuis diffe-  
 rēs est punitio, vt sæpe diximus. ¶ Sed iā  
 instat questio si sunt in limbo obducti te-  
 nebris, vtiq; pœnā sensus patiētur postq̄  
 propria acceperint corpora fortassis nō ni-  
 hil lucis illis lucebit, etiā si nos lateat mo-  
 dus quo illis lucis micabit nō nihil. Nā si  
 dānatis, vt supra aiebamus erit nō nihil lu-  
 cis, vnde possint se videre inuicē, cur in-  
 fantibus nō erit. Nollē tamē dicere hos in-  
 fantes esse in igne, vt & gehēnales, & ideo  
 ab igne illustrari. Quia vel ignis ille ager  
 in illos & tūc afficiētur pœna sensus, aut  
 nō ager, & tūc miraculū temere asseritur.  
 Demū ne pluribus agamus cōtra Durād.  
 asserere ignē torquentē dāmones nō esse  
 verū ignē, sed metaphoricū nō puto  
 verū. Siquidem literarū diuinarū propriā  
 significantiam quoad licuerit obseruare  
 oportebit: siquidem metaphoricus sensus  
 solum est admittendus, quando ad illum  
 seruandum ipsa literarū sacrarū nos  
 vrget seruandæ veritatis necessitas. At  
 vera non vrget nos necessitas per ignem

Paruulorum  
 puniendorū  
 pœna mitissi-  
 macrit.

Scriptura nō  
 distinguit cla-  
 re loca paruo-  
 lorū, & adul-  
 torum repræ-  
 sentat.

codicem  
 istud alia  
 soluit  
 etiam  
 illam & aliq  
 quibus

si vult  
 huiusmodi  
 dicitur  
 huiusmodi  
 huiusmodi  
 huiusmodi  
 huiusmodi

Anime paruo-  
 lorum solatis  
 corporib' se  
 lucide intelli-  
 gent quia nō  
 erunt stulti,  
 aut insipientes

Mat. 25. aut Mat. 13. aut. 3. c. &c. intelligere metaphoricū ignē, quia possumus aliter seruire veritatē significationis, vt patet sub hac. Neque quod citat ex Paulo. Ipse tamē saluus erit quasi per ignē suo suffragatur placito, ipse enim ex dictione, Quasi, colligit non esse verū ignem, sed similitudinē, quod argumentū est faciendū, quia. Quasi, in scriptura nō semper denotat similitudinē, sed sepe veritatem, vt est illud, Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vni genitiā a patre. Et cetera nō pauca sunt, quae ad hanc rationem poterant aggregari.

Denarrat autē Tho. loco praedicto, sententias nō paucas, quae omnes exponere studēt modū, quo torquetur ignis spiritus, & Durā? Verū tamen modi illi omnes nō sunt probabiles, quos ne te morer apud illos leges deo, qui probabilior cunctis est ille est, quē Tho. & Scotus amplectuntur: huiusmodi cruciatū ab igne esse per violentā detentionē spiritui in ignibus. Hoc nāq; est poena & cruciatu ingens. Hae autē detentio autore Scoto plurifariā incutit violentiā, & quo ad intellectum, & quo ad motū. Quoad intellectū quidem, quia ignis ille non sinit mentē detentorū alio vagari, vt distracta leuius ferat detentionē. Et rursus quoad motū, quia impedito illis est ignis ne vagentur, id quod vendicant ex natura sua lustrare mare & aridā Job. Hoc tamen intelligito recte, quia daemones, & animae etiā ignibus detentae, possunt quidē alia cogitare, & nō solū ignē praesentē: vt patulo testimonio nobis est, superbus ille diues, Luca 6. qui flāmis ardēt, suorum nihilominus gerebat curā. Verū et si alia cogitent, vt re vera cogitāt, non tamē distrahuntur a cogitando igne detinente. Ignis autē ille, nō ex sua natura habet qd affligat hac ratione hos spiritus, sed vt est instrumentū diuinā iustitiā: siquidē spiritus illi non magis inclinat ad esse hic, quā alibi: at vero ignis ille illos detinet, nō quod possit hoc efficere ex natura sua, quia est multo viribus inferior, quā sint spiritus ipsi, sed hoc habet Deo cooperante. Et est manuductio quaedā ex August. & Greg. supra indicatorū, sicut nō nunquā anima nostra angustiatur ex vita quā agit in corpore, & corpus est illi tanquā carcer. Verū latissima est diffinitio, quia corpus nō est carcer animae, ne

que animā detinet, violenter, sed naturaliter. Et quidē sacratissimae mulae hunc modū cruciatu subindicat, nunquā non inemorātes, vel laqueos, vt in Psalmo, Pluet super peccatores laqueos vel ligamentorū, vt in Euangelio ligatis manibus & pedibus. &c. Et rursus, Amen non exies inde donec soluas minutissimū quadratē, vel vinculorū, vt Iudas tradidit illos vinculis & ternis. Quae omnia praefert hūc cruciatu quem patiuntur ab igne spiritus esse detentionē violentā ab igne. Durando nō sapit hoc dogma, quia iam insent, persuaserat sibi, quod modo spiritus videlicet incorporeos nō esse in loco per essentiam diffinitiuē, sed solum secundum operationem a deo non videt quo modo sint in igne daemones, & animae separate, vbi nullam habent actionem transcurrentē, neque possunt habere. At quia re vera anima Domini Iesu descendit ad inferos secundum essentiam, vt alibi est a me diffinitum, & theologis est confessum, ideo ista haec dubitatio nō obscurat sententiā praefatam. Non ergo ignis aliquam qualitatem imprimit in spiritus: siquidē vel illa esset spiritualis, vel corporalis, spirituale non poterit efficere, quia est agens corporale, nisi solam si velis speciem sui produceret haec species ignis non torquet, sed perficit spiritum. Et si corporalem produceret, maxime calorē, & liccitatē, & hac ratione spiritus redderetur vel calidus vel siccus, quod est ridiculum. At obijcis cur ergo detinentur magis ab igne, quam ab aqua, quā a caelo? dixerim tibi quāuis detentio violēta carcer est, & vinculū est, vbi cunq; illā fingas. Vnde si quis in propria domo violēter detinetur carcer redditur habitatio propria, ceterū, quantū est nobilior locus carceris tantū est minus poenalis carcer. Ideo Dominus non in caelo, aut in aere. &c. ligauit hostes suos, sed in vilissimo terrae loco, profundissimo & elongatissimo a caelo, qui est optimus sanctorum & Dei locus. Verum ignem fecit illorum detentorem, & vltorem, quia nefandissimum crimē Sodomorum ex igne puniuit. Ideo, vt scriptura nos admonet nefanda esse crimina impiorū, exposuit impios ad ignē vltimos. Et rursus quia ignis habet actionē vehemētissimā, aqua vero, & aer, tēperatiōrē, terra vero magis passibilis est quā actiua. Vt ergo insinuat nobis

Ignis gehennalis bifariā detinet violentas & malignos spiritus

Thomae in sciantur spiritus angelicos suscipere species a materialibus.

Cur vltore ignis specioru sempiternus.

Non or dānatiq; iteri cruciatur ab igne

Superbia magis cruciuntur.

Daemones periores in inferos quando.

bis scriptura illos vehemētissime torqueri ignē cōmemorat tortorē dānatorū modo quidē spiritū. Posthāc erit corporū, quæ sociā fuerūt animarū in malis operibus faciēdis. ¶ Quod si occinis, iam ergo omnes dānati equalē patiētur pœnā: quia ignis æqualiter detinet omnes, respondebis non esse confectariū. Scimus enim si vincti plures sint in eodē loco carceris, vt in catasta quibusdā esse molestiorē locū, alijs non æque molestum. Secundū quod delicta sunt alia alijs grauiora, aut secundū maiorem, aut minorē cordis superbiam coniectorū in carcerē, vel secundū maiorem nobilitatem illorū. Quippe vir nobilis iniquius feret catastam, quam agricola. ¶ Quāobrem angelici spiritus maligni, quō superioris ordinis sunt tantō iniquius ferunt detineri ab igne, in vilissimōq; coerceri loco. Animæ vero rationales, quæ maioribus sunt onustæ delictis sunt superbiores, ideoq; molestius habebūt esse in igne quā alix, quæ non tanta tumēt superbia: quāuis omnibus erit carcer ille tædiofissimus, quia omnes superbia tument docētē psalmographo, Superbia eorū, qui te oderunt ascendit. &c. ¶ Obijcies adhuc, ignis non est contrarius spiritibus, neq; illis repugnans, igitur non erit illis tædiofissum esse in igne. ¶ Vtiq; si natura ignis expēditur nulla est repugnātia, at quia nouerūt dānati esse vltorē ignis, & detentorē suū, ipsis repugnantibus, ideo redditur ignis illis quā molestissimus. ¶ Nō cessabis forsan replicare cōtra prædicta, quia animæ sanctorū patrū, erant dententē in limbo, & sine igne: & illa detentio erat illis pœnalis ex pœna dāni: ergo & dæmones possunt detineri violēter, & nō ab igne. ¶ Et quidē non dubito Deū hoc posse facere ligare cacodæmones vbi ipse voluisset: nā si superiores dæmones possunt ligare inferiores, vt indicio sunt dæmones, qui in phialis aut annulis dicuntur ligati per incātationes incantatorū, multo fortius Deus ligare poterit. At verō scriptura ligatos docet in igne, vnde cruciatur propter rationes cōmemoratas: ideo hoc credendum de facto est. Animæ vero sanctorū patrū, etsi molestū habebant spē vēturę beatitudinis remorari, ceterū erāt in refrigerio Luc. 16. hic autē est in refrigerio. Nō tamen est diffidendū eos tū doluisse, & cōtristatos fuisse, de mora beati-

tudinis, docētē Petro solutis doloribus inferni. Si ergo Christus descēdens ad inferos, hoc est ad limbū sanctorū patrū inferni soluit dolores, vtique soluit dolores, & mœstias inferni, non quia infernus dolebat, aut dolere poterat, sed vtitur Petrus synecdoche infernū vsurpans, pro illis, quos infernus cōtinebat, sanctis. Quia ergo liberauit illos Christus ab anxietate qua premebantur, ideo dixit soluisse Dolorem inferni dolores. Cōferas igitur vtrūque locū euangelicū & apostolicū, & videbis, animas illas dolore actas, & in super refrigerio fuisse. Quapropter etiā si dolebant, dolor ille nō erat pœna sensus: nā que dolor ille non erat pro peccatis suis, sed de remotione gloriæ: vt scitē dixit Tho. 3. par. q. 52. ar. 2. ad secundū. Ex detentione igitur illa nō sequebatur pœna sensibilis, neque erat illis limbus carcer, quia carcer est vel in custodia delinquentium, vel in pœnā. ¶ Quod vero Zacha. 9. commemorat, illos fuisse vinctos, nō eo dixit, quo credamus illos fuisse in limbo; ceu in carcere, quia, vt dicebā carcer est locus delinquentiū, at animæ illæ erant sanctæ, & innoxie & culpa & pœna, pro personali culpa, vt supra dicebā, sed eo illos vocant vinctos, quia nō erat illis facultas gaudendi plena libertate filiorū Dei. Quādo vero illos beatificauit Christus, iā tum fructi sunt libertate adoptionis filiorū Dei, & soluta sunt vincula isthæc spiritualia ipsorū. Superest iā argumēta obiecta diluere. Primo dices, ad hoc quod animæ perfecte patiatur ab igne, necesse est induere corpora. Quia quāuis modo patiatur, nō tamē perfecte patiatur: siquidē si totus homo peccauit, totus est passurus. Et hoc sibi volebat Tertullianus. Nāq; si animæ impie etiā nū expectassent corpora, & libera essent à tormēto, etiā animæ sanctorū nullā experirētur beatitudinē, quousque donarētur corporibus, quod est erratū Armenorū, vt supra admonebā. ¶ Secundo dices, ignē ex sua natura nō posse torqueri, vel dæmones, vel animas separatas, quæ si torquet ex diuina procedit potestate, cuius est instrumentum, vt detinendo torquet: & hoc sibi vult Lactantius.

¶ Argumento. 3. respon. ignem detinere, Ad arg. 3. & incarcere spiritus, non per vim naturalem, quia spiritus non habet repugnantiam cum igne, neq; ignis lædere spiritū

Non omnes dānati equaliter cruciantur ab igne.

Superiores magis cruciantur.

Dæmones superiores ligantur interioribus quando.

Thomiste in fiantur ipsi ritus angelicos suscipere species à singularibus materialibus.

Cur vltorē ignis peccatorū sempiternus.

Anima sanctorum quas limbus continebat, dolere de mora beatitudinis.

Carcer est vel in custodia delinquentium, vel in pœnā.

Arg. solutio:

potest per naturam suam, vt apte probat  
 argumentum, sed torquet spiritus per vim  
 supernaturalem: quia Deus per ignem illu-  
 lum disposuit daemones, &c. a terro habe-  
 re in inferno conclusos; quae conclusio,  
 aut clausura à Grego. 4. dialogo. vocatur  
 animarum incendium. Non ergo, ideo su-  
 pernaturaliter torquet quia ignis calefa-  
 cit, vel urit illos spiritus, quod fieri ne-  
 quit, sed ad sensum praetatum. Quarto  
 iam responsum est, vt & 5. & 6. Septimo  
 item responsum est, inter differendum,  
 scito tamen vulgatum esse theologis dam-  
 natos homines esse passuros ab igne, & à  
 niibus motis ex verbo Iob saepe citato.  
 Et Tho. in. 4. dist. 15. in principio congru-  
 tiam dogmatis scripsit, quaedam enim pec-  
 cata sunt ex amore facta, & alia ex timo-  
 re, quae ex amore igne sunt torquenda, quae  
 ex timore frigore. Vnde inferas daemo-  
 nes non esse torquendos frigore: quia non  
 peccaverunt ex timore, sed solum igne  
 quia ex amore peccarunt. Porro autem  
 locus Iob non habet, transibunt, sed tran-  
 seant, & non esse referendum ad poenas in  
 ferni secundum Gregorium in priore di-  
mosynas pro illis porrigendas, neq; per-  
diuites, qui potuerunt ex suis diuitijs di-  
luere sua peccata, & noluerunt oportebit  
subaudire, diuites iniquos, sed solum  
diuites qui poenas suorum peccatorum  
potuerunt redimere viuendo, & non re-  
demerunt. Et ideo per maculas detergen-  
das in alia vita ne intelligas peccata mor-  
talia, sed venialia, vel poenas mortalium  
luendas in Purgatorio. Diuitum igitur  
horum, qui pro latis elemosynis potuif-  
sent & venialium, & mortalium deter-  
gere in hoc seculo poenas & inertes fue-  
runt, dicit non desperandam esse salu-  
tem, sed pro illis orandum esse.

Discedat  
Chryostomus  
Exponitur  
Augustinus.

Quod vero ex Augustino protulimus  
est sane intelligendum. Augustinus en-  
nim in eo loco disputat contra Origeni-  
stas, quibus cordi erat diuinam miseri-  
cordiam exercendam erga damnatos,  
quia tandem erant eripiendi a Gehenna,  
vt memineram in secunda Disputatione.  
Subdit Augustinus, melioris dogmatis  
fuisset asserere, ad tempus mitigari illo-  
rum cruciatum, quam dicere omnino re-  
laxanda fore illorum tormenta. Non er-  
go Augustinus rem diffinit, sed loquitur  
ex hypothese si alterutra sententia ef-  
set eligenda tutior esset secunda, quia  
hac interpolando tormenti requiem,  
non tollit aternitatem eiusdem.

Exponitur  
Augustinus.

Porro quod scias Deus vtitur etiam  
miseriordia cum damnatis, quia illos  
non punit secundum condignum, sed ci-  
tra condignum, ideoque in omni opere  
diuino miscetur misericordia & veri-  
tas. Caterum, quia abundantiori vtitur  
miseriordia erga electos, ideo isti appel-  
lantur vasa misericordiae: & quia abun-  
dantiore iustitia circa reprobos, nuncu-  
pantur vasa irae a Paulo Apostolo. Amo-  
tis igitur offendiculis, quae ex verbis re-  
latis sanctorum quispiam concipere po-  
tuisset, admonere iam oportebit sub com-  
pendio, quosdam esse capaces suffragio-  
rum, alios vero incapaces. Sunt autem  
capaces primo viuentes fideles omnes  
quos excommunicationis censura, non  
excussit ab Ecclesiastica communione.  
Isti namque sunt capaces directe, quia  
sunt Ecclesiae membra, & sub Ecclesia-

Qua ratione  
De est mis-  
ericors in da-  
mnatos.

Quidam ca-  
paces sunt suf-  
fragiorum alij  
incapaces.

fica degunt potestates: ideo illis, vt si-  
bi subditis Ecclesia impartit suorum suffra-  
giorum valorem. Quod si huius-  
modi sunt Deo amici profunt suffragia ad  
remissionem poenae soluendae post secu-  
lum istud: & illis proficiunt efficaciter,  
sin vero culpa laborant mortali suffragia  
illis non possunt prodesse, vt gratiam pri-  
mam obtineant, nisi solum ex merito  
congrui: quia solus Christus promerere  
potest, & promeruit primam gratiam  
obtenturis illam. Itaque fidelibus iu-  
stis ex merito proprio profunt suffra-  
gia, quia ex merito proprio sunt ca-  
paces suffragiorum: fideles vero iniu-  
sti, ex merito Ecclesiae, vel aliorum  
fidelium, qui pro illis orant, obtinent  
aliquando valorem suffragiorum de con-  
gruo duntaxat, vt Stephani oratio Pau-  
lo profuit. Quippe cum sint sub motu  
a diuina amicitia excludunt a se omne  
condigni meritum, quod radicatur in  
gratia Dei, & in opere nostro. Defuncti  
vero bifariam sunt incapaces, aut ex bo-  
no, aut ex malo. Beati enim sunt inca-  
paces suffragiorum ex bono: siquidem  
beatitudo est status omnium bonorum  
aggregatione perfectus: idcirco beati  
nullo egent, & si suffragijs eguissent non  
essent beati. Imo potius nos speramus  
ab illis praesidia salutis, & suffragantes  
illorum expetimus preces: ideo illi no-  
stris non egent, quia abundant, & super  
abundant omnibus bonis. Lucae sexto.  
Mensuram bonam & confertam dabunt  
in sinum vestrum. Damnati vero sunt  
incapaces ex mali abundantia: siquidem  
abundant summa miseria: si autem suf-  
fragijs frui possent non essent summe  
miseri: miseria namque quae leuari po-  
test non est summa. Et hoc erat quod Au-  
gustinus docebat valde malis non pro-  
ficere suffragia. At scio obiectabis, par-  
uulis, quos Limbus continet, suffragia  
non profunt, non tamen sunt valde ma-  
li, siquidem sunt mali ex propagine, non  
ex propria voluntate sunt: ceterum Au-  
gusti. eos vocat valde malos, quos dam-  
natio excludit a regno Dei: quippe isti  
sunt filij irae sempiterno: id quod est val-  
de malum. Tame si in valde malis est la-  
tudo, quia Gehennales sunt valde  
mali ex proprijs actualibus facinori-  
bus, ideo isti sunt pessimi, ceterum in-

De peccato  
originali  
et de illis  
suffragiis

Quidam  
sunt fideles  
quos non  
de merito  
sunt

Defunctorum  
quidam ca-  
paces suffra-  
giorum alij  
incapaces.

De peccato  
originali  
et de illis  
suffragiis

Differitur  
Chryostomus  
& haereticis  
nullum esse pre-  
sidiu ex Chry-  
sostomi ver-  
bis contra po-  
testate eccle-  
siae ostenditur

Moderatio  
ecclesiae in ex-  
communicando.

Iudices pro  
a coces ex con-  
municaciones  
Intentantes  
reprobantur a  
Chryostomus

fantes valde mali secundum rationem  
 aliam. Damirati enim damnantur, quia  
 impenitentibus dicitur ex hac vita  
 ac pueri non ob impenitentiam dam-  
 nabuntur, quia de peccato habituali  
 non est necessaria poenitentia: at dam-  
 nabuntur, quia non fuerunt adiuti ex sa-  
 cramento baptismi, aut circuncisionis  
 eo tempore, quo illa vigeat, aut deni-  
 que ex alio quopollenti praesidio sub le-  
 ge naturae consuetudo apud fideles.

De peccato  
 originali non  
 est necessaria  
 poenitentia.

Crimē quod-  
 libet est, quo-  
 da modo o-  
 dium Dei.

Quod si rogitas num infantes isti odio  
 habebunt Deum, vt & ceteri damnati?  
 dixerim si sermo sit de habituali & in-  
 terpretatio odio; odiunt Deum, ex  
 peccato habituali, quod est originalis  
 culpa: nam crimen quodlibet est inter-  
 pretatiue odium Dei. Verum quod actu  
 odio habeant Deum non puto, quippe si  
 ne huiusmodi odio defuncti sunt & com-  
 migrantur in alterum seculum: neque  
 tunc illud producent, quia sensibilibus  
 non exercetur poenis, de quare alibi.

Deus, & Ec-  
 clesia & bea-  
 tamant ani-  
 mas purgato-  
 rij.

¶ Anima autem defunctorum, quae sunt  
 in Purgatorio, illae sunt solae capaces suf-  
 fragiorum, siquidem non abundant omni-  
 ni bono, quo beati, quippe sunt sub mi-  
 seria poenarum, neque abundant omni  
 malo quo premiuntur damnati, quia non  
 habent extremam damnationem. Ideo-  
 que sunt indigentes suffragijs, & illo-  
 rum capaces: quippe defuncti isti ami-  
 ci Dei sunt, & sanctorum, & Ecclesiae  
 Christianae, in cuius pace defuncti sunt.  
 Ecclesia igitur hos reputans sibi amicos  
 defunctos, precatur Deum pro illis, &  
 sacrificium altaris pro illis offert, ceteri-  
 que fideles, idem student operari in  
 gratiam illorum. Deus autem quia illas  
 animas amat, pietas fidei monet vt cer-  
 to credantur, preces & sacrificia pro il-  
 lis oblata; Deum suscepturum. Et quia  
 caelicolae illos amant, quis inficiabitur  
 sanctorum etiam preces porrigi ad Deum  
 pro illorum celeriori liberatione.

Deus, & Ec-  
 clesia & bea-  
 tamant ani-  
 mas purgato-  
 rij.

¶ Sed dices, heri igitur potest, vt anima,  
 quae poenas diuturniores debet citius sol-  
 uatur ab illis. Etenim poterit haec frui  
 multis suffragijs, quibus alia minus de-  
 bens destituetur: & hoc animus fieri  
 posse. Namque, quae plus iuuatur ab a-  
 mieis, citius leuabitur a poenis, ceteris  
 paribus.

¶ Aduertes tamen in Purgatorio poe-

nas esse inaequales purgandorum & se-  
 cundum intentionem poenae, quia alij  
 acerbiores sustinebunt poenam, alij  
 vero mitiorem. Etenim venialia mi-  
 nori ferientur poena, quam mortalia.  
 Et poenae etiam mortalium non erunt  
 pares: siquidem alia sunt alijs grauiora.  
 Et rursum quoad durationem non erunt  
 aequalia. Etenim Paulus peccata pur-  
 ganda contulit ligno, foeno, & stipulae  
 primae ad Corinthios, tertio capitulo,  
 at perspicuum est, lignum maiores pos-  
 scere moras vt cremetur, quam foenum,  
 vel stipulas. Acerbitas igitur poenae  
 respondebit intensiori animi quo pec-  
 catum est perpetratum, & qualitati pec-  
 cati, at vero duratio & mora supplicij,  
 correspondebit morae, quam quilibet  
 traxit in peccando. Quamuis ad exa-  
 ctum scire nequimus has corresponden-  
 tias poenarum illarum ad culpas, nisi so-  
 lum sub ratione generali quadam illas  
 adumbrare possimus. In inferno au-  
 tem extensio poenae erit infinita, ideo  
 non correspondebit durationi culpae,  
 quae est finita sed respondebit poenae il-  
 la intensiori culpae & grauitati, & nu-  
 mero eius. Quippe grauiora peccata  
 acerbiores dabunt poenas, quam leuio-  
 ra, & numerosiora, ceteris paribus,  
 quam pauciora, vt supra abunde diser-  
 tum est.

Acerbitas poe-  
 nae correspon-  
 det intensio-  
 ni & grauita-  
 ti peccati, at  
 duratio poe-  
 nae duratio  
 peccati seu  
 continuatione

¶ Deum scito suffragia quaedam esse  
 solum ex Christi merito, vt altaris sa-  
 crificium, alia esse ex merito Christi  
 & Sanctorum, vt Papales indulgentiae,  
 alia esse ex merito Ecclesiae, vt pre-  
 ces, quas Ecclesia in missa fundit pro  
 fidelibus defunctis, per fideles, defun-  
 ctos subintelligens, non ex licolas ani-  
 mas, sed qui purgatoria versant loca.  
 Alia sunt ex merito particulari, vt si  
 iusti fideles, Deo porrigant preces,  
 pro fidelibus defunctis. At si iniusti  
 sunt, illorum preces, aut eleemosynae,  
 non sunt suffragia pro defunctis, quia  
 illa opera non sunt meritoria & proin-  
 de neque satisfactoria vel pro faciente,  
 vel pro eo pro quo fiunt.

Varij modi  
 suffragiorum

¶ Tu intellige, quando sunt preces vel  
 eleemosynae, quae valorem solum ob-  
 tinent ex persona faciente: sedus est, quan-  
 do huiusmodi alio de sibi conuehant va-  
 lorem, vt sacrificium altaris quod a Chri-  
 sto

istis

sto oblato valorem obtinet: itemque preces quæ in missa offeruntur, aut quæ sub nomine Ecclesiæ effunduntur. Aut conuehant sibi valorem ex thesauro Ecclesiæ, vt indulgentiæ, quæ etsi a peccatore sumantur, vt defuncto profint, peccatum sumentis non officiet animabus in quarum gratiam sumuntur. Vt neque mandanscentum sacrificia sibi fieri post mortem, si operi mandetur legatum à testamentario peccatori, nihil oberit iusto defuncto leganti, testamentarius exequens peccator. Quod si de catechumenis scisciteris, num illis defunctis sub catechismo profint suffragia Ecclesiæ, res sane, controuersa videtur. Etenim Chrysostom. homil. 3. ad Philip. tractans verbum Pauli. Desiderium habens, &c. elemolynis solum illos iuuari docet, non alijs suffragijs. Et in Concilio primo Bracharen. idem traditur, non esse sacrificio missæ aut publicis orationibus pro illis orandum, item de dogmatibus Ecclesiasticis. Genadius idem docet illos excludens à cælesti felicitate. At vero Ambrosius in oratione quam habuit in funere Valentiniani Augusti, illos sine baptismo & martyrio beari posse tradit, tu intellige quando non baptizari per illos non stetit. Et hoc verum est, quia sufficit illis baptismus fluminis, si fluminis, aut sanguinis non datur: quamuis multo celerius bearentur si baptismo proluerentur. Et ad hanc rationem intellige August. dogma citatum, aut verius Genadij Massiliæ presbyteri.

¶ Hæc leui stylo transcurrimus, quia in Secundo Tomo disseruimus illa quoad licuit. Solum iam superest scrupus vnus ex Beato Damasceno, qui sermone de mortuis adiuuandis, asserit aliquot eorum, qui æternis erant mancipati supplicijs, precibus sanctorum viuentium fuisse ereptos. Et profert aliquot exempla, quæ hoc doceant. Alterum est Franconillæ femine, quæ quoad vixit cultrixerat idolorum, quæ tamen erepta fuit ab inferis quibus tenebatur precibus Teclæ virginis prothomartyris. Item profert exemplum aliud ex sacra Paladij ad Lusum historia Macharium magnum eremiculterem, assidue pro mortuis precantem, cui anxie perquirenti an orationes suæ pro defunctis prodesse, cranium quoddam

aridum hominis idololatricæ, quod forte in via iacebat, diuino iussu prorumpens in vocem, Quando, inquit, Machari pro mortuis offers preces, nos interim aliquid lenimenti sentimus. ¶ Rursum & meminit Gregorij Romani pontificis factum, qui cum enixe precaretur pro salute Traiani Augusti, annis penè quingentis iam defuncti, audiuit vocem diuinitus editam dicentem, preces tuas audiui: & veniam Traiano docti deinceps hostiam pro impio, ne offeras. ¶ Sunt qui credant preces Macharij, vel alias aliorum sanctorum asferre infidelibus defunctis inanem quandam & fictam delectationem, nempe quod viuentes fideles illos ament, & pro illis orent. Etenim diabolus etiam delectatur fallaciter expeditione viuorum. ¶ Ad ea verò, quæ de Tecla, & Grego. producta sunt respondent Franconilla & Traiani animas nondum fuisse tum damnatas à Deo finali sententia, sed esse reseruatas in locis certis Deo notis, quousque preces Sanctorum fuerunt pro illis factæ, vt animæ illorum, quos Dominus suscitauit, nondum erant in loco animabus alijs deputato, siue limbo Patrum, siue Purgatorio, &c. quia Deus illas reseruabat suscitandas.

¶ At verò quod Macharius, vel quouis aliter orasset pro infidelibus defunctis superat fidem meam: quippe sine fide impossibile est Deo placere, istis autem sanctis certum erat huiusmodi fuisse idololatras, scilicet, Franconillam, & Traianum, & mortuos fuisse impœnitentes, quomodo ergo orassent pro infidelibus? Et rursus, si animæ Franconillæ, & Traiani, sunt precibus Teclæ & Gregorij in cælum adductæ, obsecro, num Deus illis infudit fidem, charitatem, & spem, & pœnitentiam eorum, quæ male gesserunt quandiu viuebant, an non? Si non, quid ergo citra fidem conciliauerunt Dei amicitiam contra Pauli vocem, sine fide impossibile est Deo placere: imò contra Domini oraculum, Qui non crediderit condemnabitur? Isti autem idololatricæ viuendo non crediderunt, igitur, vt saluarentur necessum fuit vt post vitam credidissent. Et quia fides non sat erat, nisi & pœnitentia accedat, pœnituit igitur hos idololatricæ commissæ post vitæ periodum.

Fræconilla & Traiani ex-pladiffertur

Sancti nunquam orauerunt pro animabus infidelibus.

Fræconilla & Traianus non sūt erepti ab inferis.

Quod si ita senseris, concedes poenitentiam esse post mortem, quod damnat Ecclesia, tanquam haereticum dogma, vt in prioribus Disputationibus praescriptum est. ¶ Quod si dixeris priuilegia paucorum non detrahunt vniuersali legi, dono tibi, at vnde tu habes hae privilegia concessa fuisse istis, quae sunt contra fidem & Evangelica Decreta.

¶ Et praeter haec, est equidem monstrum dogma, animam Traiani quingentis annis substituisse in loco reservato, neque in inferis, neque limbo, &c. sine damnatione, & sine salute, expectans Gregorij preces. ¶ Et quidem si lenimentum Macharij oratio attulisset damnatis, iam si multas aggregasses sanctorum preces, multum lenimenti illis conciliaasses, vt supra agebatur. ¶ At dicere hoc lenimentum esse fallacia damnatorum gaudia, quis credit illos fallacibus gaudijs oblectari, & leniri? siquidem fallacia illis adfuisse eò vel maxime, quod falso crederent esse mitigandas illorum poenas, sed istud non credunt. Quippe indubitatum habent summam, quam sustinent miseriam sempiternam futuram.

¶ Quamobrem dixerim exempla hae non esse certa, neque autoritate legitima esse fulta, siquidem sermo hic, qui Damasceno inscribitur, non est Damasceni: siquidem, qui erit Damasceni? Si quidem Damascenus fuit ante seculum Gregorij Romani Pontificis, quomodo ergo citat eum, qui tum non vivebat, sed vixit multo postea. Nam Gregorius sub Mauricio Imperatore, & Phoca tyranno, at Damascenus prius sub Theodosio iuniore. ¶ Verum de istis haec tenus: quia tomo secundo vberiori stylo sunt discussa. Quod si etiamnum quaesieris, cum Baruch. 3. scribatur Deus omnipotens audi orationes mortuorum Israel & filiorum ipsorum, num in veteri testamento Iudei fruebantur suffragijs mortuorum? dixerim fruitos. siquidem 2. Machab. 12. illud testatur. Vbi elemosyna pro defunctis oblata templo, sacrificium pro mortuis appellatur. Et Sumus Pontifex tum rationali. 12. Patriarcharum defunctorum &c. 12. Tribuum nomina gerebat in sculpta, vt in sacrificijs viuorum & mortuorum memoriam celebraret. Exod. 28. ¶ Animae autem quae e-

rant in sinu Abrahae, suffragijs non egebant, ad remissionem poenae sensibilis, quam non patiebantur, forte tamen suffragia illis proderant ad accelerationem gloriae. quam auidè sperabant.

**D I S T I N.**  
ctio, 46. Cuius initium est. Sed quaeritur hic. &c.

**D I S P U T A T I O**  
**V N I C A.**

Num Deus in puniendis aeternò reprobis misericordiam misceat cum sua iustitia.



**N** T V I D E B I-  
tur fors an alicui, im Argum. 1.  
misericordem esse hanc iustitiam diuinam. Etenim, quod rigidissimè est iustitiae nullius est misericordiae: at

iustitia Dei vindicatiua, puniens reprobos in altera vita, est acerrima iustitia, igitur. Minorem probabis, siquidem si temperatè exercuisset iustitiã secundum mensuram peccati esset mensuranda vindicatio, at non ita fit, vt apparet, quippe vindicatio est sine mensura, quia est infinita, at peccatum est finitum: quod fit in finita liquet, quia infinito tempore durabit. ¶ Secundo, si quae est cum illis misericordiae operatio, esset vel maxime, quia illos non redegit in nihilum Deus quod alioqui ipsi ex suis demeruerunt facinoribus: at vero nõ videtur hoc dandũ misericordiae, sed iustitiae: quia si illos Deus annihili-

Ballinod...  
-...  
-...  
-...

-...  
-...  
-...  
-...  
-...

Ballinod...  
on...  
da...  
Vetus testam...  
mentum etiã...  
suffragijs fru...  
ebatur pro...  
mortuis ex...  
Baruch. 1. &...  
exalijs.

Exo. 28.

Arg. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

Argum. 6.

Argum. 7.

Arg. indicium.

Argum. 2.

Arg. 3. annihilaret, non posset illorum malefacta vindicare. ¶ Præter hæc, melius fuisset illis si nati, v. o. fuissent, v. de proditore suo Dominus Iesus tradit, Matth. 26. Si ergo melius fuisset illis non nasci, peius est illis natos fuisse, & vivere in inferno quam nunquam fuisse, igitur non est tribuendum illud misericordiam. ¶ Facit enim istis Iacob, 2. iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam: at verò omnes reprobi ob hanc damnabuntur causam, quia non fecerunt misericordiam, Matth. 25. Esuriui & non dedisti mihi manducare, &c. ¶ Accedit eodem Sap. 6. Iudicium durissimum his, qui præsumunt, si ergo iudicium erit durissimum, non habet lentorem diuinæ misericordiam. Concinat Psalmus, Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. ¶ Accedit omnibus istis, & hoc aliud, quia misericordia Dei, non est affectus aliquis, quo dolet de miseria nostra. Deus enim vacat ab omni affectu, sed est releuatio nostræ miseriæ, at Deus in nullò leuat miseriam reproborum. Minorem colliges, quia summam patiuntur miseriam, qua nulla maior excogitari potest tradente Augusti. Si omnes miseriæ huius seculi in vnum conferantur Inferorum miserijs collatæ non sunt miseriæ. Verba sunt Augustini sermo. 81. de tempore, Nihil est in rebus corruptibilibus quod conferri possit incorruptibilibus, siue bonis, siue malis.

Argum. 1. ¶ Præterea, quia Paulus hos reprobos vocat, vasa iræ, ad Rom. 9. & electos vasa misericordiam, nuncupantur autem vasa iræ, quia ira Dei hoc est vindictio peccati hos replet (vt liquor vas) si autem misericordia Dei erga illos esset, non appellerentur vasa quæ replet ira Dei, sed misericordiam vasa. Et Apoc. 14. & 16. hos reprobos bibere calicem iræ Dei traditur, quia in hos exercetur ira, & indignatio Dei. ¶ In diuersum est Psalm. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, At vt retribuere sanctis laborum suorum præmia est via Domini iusta & retribuere condignas reprobis suorum facinorum pœnas est etiam via Dei. Vt ergo in prima retributione harum, est iustitia Paulo docente. 2. Timoth. 4. Quam retribuere mihi Dominus iustus iudex, itemque est misericordia, quia vasa sunt

miseriordia. Ita in posteriore retributione hæc vtraque agnoscere oportebit, & iustitiam punientem, & misericordiam punitionem saltem temperantem.

¶ Disputatio hæc obscura plus satis est, & quod certum in ea constituere possumus, est quod scripsit Augusti. lib. 2. de bono perseverantiæ cap. 11. Misericordias ait, eius in his, qui liberantur, & veritatem in his, qui puniuntur sine dubitatione credamus. Neque inscrutabilia, scrutari, neq; inuestigabilia, inuestigare conemur. ¶ Porro velut is, qui reptat per accliuia summo labore ascendere ad sublimia conatur: ita nos, vtunque per sublimia Dei mysteria reptantes non nihil elucidare quæstionem hanc admitteremur. Est igitur primo constituendum iustitiam, & misericordiam in Deo non esse vniuocè, atque in nobis: quoniam iustitia in nobis obligationem & debitum importat. Enimvero si iustitiam distributiuam consideras, ex debito est exercenda: iudex namque cui incumbit præmia decernere iuxta civium suorum dignitatem, tenetur illa decernere, obseruata proportione dignitatis vnius ad dignitatem alterius. Namque iustitia distributiuam hanc proportionis æqualitatem amat, & ideo dixit Aristot. 5. Ethico. capit. 3. distributiuam iustitiam, consistere in æqualitate geometrica, qualis est inter numeros hos. 1. 2. 4. 8. qui numeri quamuis non sint æquales, proportio est inter eos æqualis. Quippe vbi libet inter eos est dupla. Iudex igitur, vel princeps, qui neglecta meritorum proportione distribuit suis munera, iniustus est.

¶ Rursumque in iustitia commutatiua debitum viget. E mentes namque & vendentes iustum precium in contractu huiusmodi seruare tenentur, & ideo Aristot. quinto Ethicorum, hanc iustitiam locauit in æqualitate Arithmetica: seruat enim æqualitatem valoris rei, ad precium. Nam non obseruat dignitatem personæ ementis, aut vendentis: non enim ex dignitate personæ, domus quæ venditur Regis verbi causa, cumulat sibi pretiū maius, ideoq; solū cōsiderat valorē rei, & iustitia cōmutatiua æquat rei precium. Ideo dixit Arist. hanc iustitiā esse in emendandis cōmercijs. ¶ Vindicatiua aut iustitia pertinet ad cōmutatiuam

Observandū  
verbum Au-  
gustini.

Iustitia distri-  
butiua amat  
æqualitatem  
Geometricā.  
Cōmutatiua  
iustitia æqua-  
litatem amat  
arithmetica.

In puniendis  
delictis digni-  
tas personæ  
obseruatur.

obseruatio  
- ad modum  
iustitiae

1. Cor. 4:

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

In Deo est iu-  
sticia multo  
preclari⁹ qua  
in nobis.

iustitiam, siquidem punire delicta secun-  
dum taxationem factam à lege de punien-  
dis delictis, commutatiua est. Quippe  
iudex puniens æquat poenam delicto.  
Nonnihil tamen aliquando sapit distri-  
butiuam, secundum quod in puniendis  
delictis obseruatur personæ ab homini-  
bus dignitas. Deus autem non obseruat  
personam, sed solum culpam, secundum  
cuius qualitatem, punit æqualiter, vel ine-  
qualiter siue Angelus sit siue homo, siue  
rex sit siue subulcus. Deus igitur, qui nul-  
li est obstrictus, neque tenetur ad distri-  
buendum præmia sanctis, neque obliga-  
tur ad puniendas culpas peccatorum, si  
fermo agatur de obligatione simpliciter.  
Deus enim non præmiando, vel non puni-  
endo, non esset iniustus, siquidem san-  
cti non possent exposulare cum Deo si  
non præmiaret, quippe quod ipsi mere-  
antur præmia, in primis fuit munus diuinæ  
gratiæ, iuuantis, & præuenientis liberum  
arbitrium, vt in. 2. Sent. diximus. Et ni-  
hil habet homo quod non acceperit: quod  
si accepit, non habet unde iustam contra  
Deum querimoniam obtendere possit.  
Neque etiam si non punisset hominum  
scelera, nullus poterit iuste dicere, Deo-  
que obuertere factum esse iniustum. Si  
uoluisset enim non punire iuste uoluisset,  
quia eius uoluntas iniusta nequit esse: quip-  
pe ab illa pedit omnis creaturæ iustitia.  
Propterea igitur Deo non competit iu-  
stitia, vt nobis, sed multo præclarius, at-  
que eminentius, vt cætera quoque quæ  
Deo & nobis cõmunia esse videntur vt  
in. 1. Senten. differuimus. Cæterum, quia  
si homo Deum colit, pro facultate sibi con-  
cessa, æquum est Deum illi retribuere cul-  
tum, & cõtra, si non colit iustum est Deum  
animaduertere in non colentem, propte-  
rea Deo retribuimus iustitiam, cum ta-  
men alioqui nulla intersit inter Deum  
& hominem æqualitas, & quamlibet  
Deum homo colat, non poterit creatio-  
nis, & cõseruationis beneficium sibi im-  
pẽsum, æquare vel rependere, quia Dijs,  
parentibus, & Magistris, æquale vel crea-  
tioni, vel generationi, vel doctrine repẽ-  
dere non possumus. ¶ Verum si id re-  
pendimus, quod vires nostræ suppetunt,  
inde emergit iustum aliud, quod est iu-  
stum secundum quid, quia est æquale non  
simpliciter, sed ex hypothesi impotentiæ

nostræ, ad maiora expendenda. De mise-  
ricordia verò idem propemodum dicitur.  
In nobis nanque misericordia affe-  
ctum notat: unde compatimur miseriam  
patientibus: quibus si adfit facultas sub-  
ueniendi subuenimus. Porro in Deo non  
item. Deus enim non potest compati no-  
stris miserijs, quippe qui impãssibilis est,  
at verò quia iuxta libramen suæ sapien-  
tiæ, illis subuenit, quando iudicat subue-  
niendum fore ideo misericors proclama-  
tur in scripturis. Non tamen semper no-  
stras miserijs leuat, quia leuat secundum  
arbitrium suæ infinitæ sapientiæ, secun-  
dum quam disposuit, non semper depel-  
lendas esse nostras miserijs, quia opus est  
illis nos exercere.

¶ Istis præstructis Magister agitatur du-  
bium propositum, si erga dånatos Deus  
exerceat misericordiam. Et generalius  
rem discutit si omnia opera Dei fruantur  
misericordia & moderentur iustitia, indi-  
catque August. & Cassiodorum, qui sibi  
videntur obuij. Hic enim asserit, ille ne-  
gare videtur: sed tandem illos conciliat.  
Credat autem in damnatione vtrunque  
esse, copula indiuidua connexum, & mi-  
sericordiã, & veritatẽ: siquidem etiam si  
non potiantur damnati misericordia libe-  
rante, potiuntur nihilominus misericor-  
dia relaxante. ¶ At verò verba hæc  
Magistri non exiguam exigunt indagi-  
nem. Quid enim sit hæc misericordia re-  
laxans non exposuit. Nunquid Deus re-  
laxabit ad tempus, iram suam & vindi-  
ctam in damnatos? aut si non hoc, nun-  
quid alleuiabit paulatim illorum suppli-  
cia? Rursum quæ relaxatio est ista, quan-  
doquidem æterna est vindicta, vbi ergo  
relaxatio? vti que vbi est infinitas poenæ  
relaxatio nulla est. ¶ Scito tamen, vt  
nodum istum dissoluas in poenis infero-  
rum duo esse meditanda, & intensionem  
poenæ, & extensionem: & ista duo in sen-  
sus poena se offerunt consideranda. In ex-  
tensione autem poenæ cum illa ex fidei  
catholicæ traditione sit infinita, nullam  
prorsus crede in illa futuram misericor-  
diæ relaxationem: neque in hac exten-  
sione poenæ socia sunt misericordia &  
iustitia: siquidem infinitas diuinæ iu-  
stitiæ ibi demonstratur, vt in æterni-  
tate coronæ sanctorum infinitas diui-  
næ misericordiæ. Veruntamen in inten-  
sione

Misericordia  
Deo & nobis  
non est vniuersa-  
lis cõmunis.

Damnati non  
potiuntur mi-  
sericordia libe-  
rante, sed  
relaxante.

Infini-  
tate  
& infi-  
nitæ  
rationi  
ræ.

Deus tan-  
tas po-  
enas m-  
corditer  
facit co-  
iustitiam

Pœna sensu  
est finita  
premiu quo  
quod factum  
intensiu e-  
sistum

fionē pœnæ vtrunq; oportebit confiteri  
 esse sibi cōnexum, & misericordiam Dei,  
 & iustitiam, quia intensio pœnæ est fini-  
 ta. At oportebit mecum paulisper rē istā  
 librare, vt liberalius quæstionem hanc ex-  
 pediamus. ¶ Deus igitur ab initio taxauit  
 pœnas reprobatorum, vt præmia electorū  
 nam ante mundi constitutionem, iam ap-  
 pud Deum erant vtraque sancita. Taxan-  
 do igitur pœnas reprobatorum, non ad tan-  
 tam exactionem taxauit illas, ad quantā  
 peccatorum poscebat grauitas; sed illam  
 moderatus est secundū temperamentum  
 suæ misericordix. Vnde si condignū erat  
 peccatum afflictione, vt decem, remisit  
 ad.9. gradus, vel ad.8. secundum cōsiliū  
 suæ sapientix. Et hoc sibi volunt Theo-  
 logi celebrātes illud proloquium, Deum  
 punire citra condignum ex Iacob. 2. Mi-  
 sericordia super exaltat iudicium. Itaque  
 punit secundum quod digna sunt vindi-  
 ctæ diuinæ humana & angelica peccata,  
 non tamen secundum condignum: quia  
 taxauit ab initio illorum punitionem nō  
 secundum omnem gradum, quē ipsa pos-  
 scebant puniēda. Quod si obijcis, si Deus  
 non punit secundum condignitatem deli-  
 cti facit contra iustitiā, igitur si seruat mi-  
 sericordiam, detrahit iustitiam. Respon-  
 dum sic taxando nō facere contra iusti-  
 tiam, quia Deus nulli debet hoc vel illo  
 modo punire. ¶ Quia igitur tam præmij  
 quam supplicij intensio est finita: idēq;  
 pœna sensus est finita, neque fieri potuis-  
 set hæc esse infinita, siquidem subiectum  
 pœnæ, aut præmij sunt finita propterea q;  
 illa esse finita est necesse. Durationem ta-  
 men infinitam capere possunt subiecta fi-  
 nita, quia anima rationalis & celi & ange-  
 li elementaq; perpetuo durabunt. Et quia  
 huiusmodi pœna sensus finita est, habet  
 intensiōem finitam, & illam taxare mi-  
 norē, quam pro meritis dānatorum fuit  
 opus misericordix diuinæ. Quāuis lateat  
 omnem hominem nisi quem Dei spiritus  
 imbuerit quantū detraxerit Deus in taxa-  
 tione hac à cōdignitate debita culpis. Ex  
 taxata porro nunquā Deus diminuet dā-  
 natorum pœnas, neque interrumpēdo il-  
 las ad tempus, neque gradum taxatum re-  
 mittendo: vt in superiori distinctione de-  
 finitū est. ¶ Quod verò vulgatū est Theo-  
 logis misericordix actum esse non annihili-

lare dānatos, vtiq; non annihilare est con-  
 seruare: conseruare autem creaturā, actus  
 est suo modo misericordix: quia liberat  
 creaturam ne labatur in miserā non essen-  
 di: verum conseruare dānatos in sua dāna-  
 tione arbitror esse actum iustitiæ vindica-  
 tiuæ. Hæc nanque conseruatio non est, vt  
 damnatis bene sit, sed, vt torqueātur æter-  
 no, igitur non est actus misericordix. Et  
 donamus dānatos mereri annihilationē  
 cæterū, si non annihilarentur, vt solum ef-  
 sent, misericordix scriberem non annihili-  
 lare, at non annihilare, vt torqueantur ef-  
 se iustitiæ actum quis non videt?  
 ¶ De pœna autem dāni esset forsan, qui  
 duceret in quæstionem, num in illa infli-  
 genda, Deus misericordiam exerceat? At  
 verò cum hæc sola sit priuatio, & priuatio  
 infiniti boni infinita est quodammodo,  
 idēo non suscipit misericordiam neq; susci-  
 pere potest, quippe priuatio non est boni  
 capax, & non tam infligitur, quā con-  
 scius ad finalem impœnitentiam, vt in  
 proxima distinctio est cōmemoratum.  
 ¶ Accedit eodem, quia non suscipit ma-  
 gis, & minus, seruans legem aliarum pri-  
 uationum. Atqui quamuis probetur hoc  
 dogma, vulgo Theologis, insultabit ali-  
 quis obijciens pœnam dāni, quam susti-  
 nent damnati, non est æqualis. Enim verò  
 pueri, qui originalis macule pœnas dant,  
 non tantam pœnā sustinent damni, quan-  
 tam adulti supposito, quod nō aliam pœ-  
 nam ferunt nisi damni. ¶ Et equidem  
 quia secundum Aristo. priuatio per habi-  
 tum est dignoscenda, cum pœna damni,  
 sit priuatio diuinæ visionis, ex diuina vi-  
 sione indagare possumus pœnam damni,  
 si suscipiet magis, & minus. ¶ At verò  
 beati omnes non ex æquo vident Deum,  
 quidam enim clarius vident diuinitatem  
 alij non ita clarē, quippe quidā sunt alijs  
 beatiōres: & Angeli quo sublimiores sunt  
 secundū naturam eō sunt beatiōres, quo  
 distinctiorem nacti sunt deitatis visionē.  
 Quamobrem non ineptiret, qui diceret  
 demones illos maiorem pœnam damni  
 sustinere, qui sublimiorē fortiti sunt An-  
 gelicam naturam. Namq; huiusmodi or-  
 dines maior beatitudine, ex cuius orbi-  
 tate maior accidit eructatus. Vnde Luci-  
 fer maximam omnium pœnam damni  
 habet. De hominibus vero damnatis, nō

Non annihili-  
 lare dānatos  
 an sit actus iu-  
 stitiæ an mile-  
 ricordix.

Pœna damni  
 an suscipiat  
 magis & mi-  
 nus.

Angeli quo  
 sublimiorem  
 adepti fuerūt  
 naturā subli-  
 miorem affe-  
 runt sūt bea-  
 titudinem.

Insuper Det  
 iustitia osten-  
 ditur in infi-  
 nitate pœnæ,  
 & infinita mi-  
 sericordia in  
 infinitate do-  
 rationis glo-  
 riæ.

Deus taxādo  
 pœnas miseri-  
 corditer non  
 facit contra  
 iustitiam.

Pœna sensus  
 est finita vt  
 præmiū quo-  
 quē sicut or-  
 intensiō est  
 finita.

ricordia  
 & nobis  
 yniuo-  
 munis.

amnati nō  
 stionem  
 ricordia li-  
 rante, sed  
 laxante.

tam in aperto res hæc est, siquidem omnes æqualem sunt adepti naturam, vnde beatitudo maior, excellentiori in naturalibus homini non correspondet. Quippe etiam si in accidentarijs naturæ dotibus, quidam longe alijs præfulgeant, vt acrimonia ingenij, iudicij dexteritate, & id genus quæ Deus hominibus quibuldam insigniter impartit, at non subinde ad maiorem deuehantur gloriam. Quia multos horum in baratrum esse detrusos legimus, & detrudendos esse non dubitamus. Quapropter forsitan illi maiorem habebunt damni pœnam, qui maiora commiserunt peccata, siquidem quo maiora commiserunt crimina, eò magis obstiterunt diuinæ participationi, quæ est per visionem diuinæ claritatis. Aut forsitan fideles qui damnantur maiorem sustinebunt pœnam damni, quam infideles. Nempe quia infideles beatitudinis non habuerunt notitiam quoad vixerunt nisi sub ratione generali, fideles verò edocti à fide specialius talem futuram esse beatitudinem Sanctorum acceperunt. Quam ob rem quia particularia magis mouent, quam generalia, magis tristabuntur ex priuatione beatitudinis fideles, quam infideles. Ingenuè tamen fateor pœnam damni secundum rationem priuationis, non enim negatio quatenus talis suscipit magis & minus, at priuatio est negatio quædam in subiecto apto nato. Veruntamen si bonum consideras, quod priuat, ratione priuati boni priuatio admittit magis, atque minus. Fac enim si hæc non assequeris homines duos suapte natura ita affectos, vt alter videat acutius, quam alter: itaque plura videat alter altero. Fac item illos orbari penitus visu, ex cæcitate superueniente. Vtique qui plura videbat maiorem habet cæcitatem, quippe qui plura videbat, quam alter, qui pauciora videbat. Ita cum proposito, Angeli qui si perstitissent clarius vidissent Deum, magis priuantur visione, quia maiori beatitudine orbantur, quam hi qui non tanta claritate viderent deitatem: vnde conficitur magis tristari ex carentia diuinæ visionis, superiores Angelos, quam inferiores. ¶ Homines vero illi magis tristabuntur, vel qui specialius beatitudinem norunt ex fide, vs

dudum aiebam, aut maiora obstacula opposuerunt beatitudini assequendæ. Quæ ratio etiam extendit se ad Angelos malos, quia quo maiores erant, grauius diuinam celsitudinem læserunt. ¶ At scio obijcies, damnati odio habent Deum, Psalmo testante. Superbia eorum qui te oderunt Domine ascendit semper, at quæ odio habemus, non cupimus videre, imò illius conspectum fugimus quoad licet: quia horremus illius aspectum: igitur damnati non tristantur de Deo nõ vito, quem odiunt. ¶ Verum quia visio Dei, est omnium bonorum cumulus, & damnati creditum habent viso Deo, omnium malorum suorum finem accepturos, ideò desiderant summopere Deum videre, quem quia videre nequeunt maximopere tristantur. Secus in nobis, nam visio illius hominis quem odio habemus, nihil emolumentum nobis affert, imò molestiam, & tædium, ideò horremus illius videre faciem. Sed obijcis, voluntas non est impossibilem, igitur damnati non appetunt beatitudinem sibi impossibilem. Respõ. quod velleitas est impossibilem, ideoque illi vellent beari, & quia non possunt tristantur.

¶ Hoc absoluto dubio, alterum expediamus, quod etiam Magister elucidare contendit in distinct. hac, An generaliter loquendo, in opere omni diuino hæc duo concurrant misericordia & veritas? Vocata autem Regius Platies, iustitiam veritatem, non quia iustitia sit veritas, vt actus mentis, sed quia ad veritatem mentis distantis hoc vel illud esse iustum sequitur, vt veritas vitæ vocantur idonea officia vitæ, vt sunt opera honesta, & quæ non egent aduersione, qualia sunt opera, quæ Aulus Gellius censoria vocat. Et sane si misericordia vsurpetur iuxta proprietatem suam non in omni opere diuino hæc duo coeunt. Quandoquidem misericordia est miseria leuamen, verum bruta, & inanimata, & vegetalialia, hæc namque, quæ retulimus non sunt capacia felicitatis. i. Ethic. cap. 9. vnde neque miseria: quare si miseria non sunt capacia, non leuabuntur à miseria quam proprie non patiuntur, nisi tantum metaphoricè. ¶ Veruntamen si misericordiam vocet aliquis, benefacere aliqui, ytiq; cum Deus

Maloritaspe  
ne danti ho  
minib' & An  
gelis vnde ca  
pienda.

Psal. 144.

In brutis  
est iustitia.

Respõ. argu

Opus censo  
rium cõtra ve  
ritatem vitæ.Misericordia  
proprie erga  
rationales cre

creaturæ

creaturæ omni benefaciat, nam nō solum illam creauit, sed illam conseruat, quia aperit manum suam, & implet omne animal benedictione ad hanc rationem erga omnē creaturam Deus exercet misericordiam. Ideoque Sap. 11. Misereris, inquit, omnium quia omnia potes. Deus enim sua conseruatione omnia manu tenet, ne labatur in nihil, quia lapsus quoddammodo miseria esset rerum. Iustitia uero si proprie item sumatur, non est in creaturis irrationabilibus, nisi solum materialiter. Bruta namque prolem alentia, & generantia seruant sanē iustum materialiter, ducta ex naturæ impetu, non ex rationis libramine docente, illud faciendum, quia iustum. Quare neque proprie irrationalia patiuntur iniuriam: idcirco Deus erga illa non proprie operatur iustitiam. Verū si fufius vsurpetur vox hæc iustitia, ut de notet condecensiam quandam, & ordinem consentaneum rationi, hac ratione Deus in omni opere suo operatur iustitiam. Siquidem circa uniuersa fecit misericordiam, extrahendo res omnes ex nihili miseria ad esse, & fecit iustitiam, quia decentissime uniuersa condidit omnibus naturis à se conditis illa tribuens, quæ illis erant congruentissima. Nam leuia sursum, grauia deorsum fecit: terrenis terram, aquatilibus aquam, volatilibus aerē habitationem dedit: homini demum præfidentiam & principatum super hæc omnia tribuens, quia dignissimus est animalium. &c. Ad hancque rationem intelliges Thom. 1. par. quæstio. 12. artic. 4. & in hac distinctio. artic. 2. quæstio. 1.

Superest argumenta diluere. Primo iam responsum est superiori distinctio. peccatum ideo puniri perpetuo, quia habet impenitentiam sociam perpetuo, ideo non excedit Deus mensuram in puniendo.

¶ Secundo dicitur non esse illam causam cur Deus est misericors in damnatos, sed aliam, quam inter differendū tradidimus.

¶ Tertio dices, peius esse male uiuere, quā non uiuere: & Domini uerba hoc docent, at simpliciter melius est esse, quam nō esse: & damnatis melius est esse quam nō esse: uerum melius fuisset illis non nasci, quā nasci, ut se macularēt culpis. At uero postquam se macularunt, melius est quod patiantur ad seruandum illæ sum diuinæ iu-

stitiæ ordinem, quam quod immunes relinquerentur. ¶ Tertio dices uerba Iacobi Magistri exposuisse de misericordia liberante, qua non fruuntur damnati, sed misericordiam relaxantem Deus illis impendit. Quæ tu intelliges ad sensum præfatum: non quod Deus modo relaxet illorum pœnas, uel aliquantulum, sed quia ab æterno taxauit illis minores quam pro meritis pœnas. ¶ Vel dicitur nullam esse misericordiam in extēfione pœnæ, quippe quæ infinita est duratione, & hanc intellexit Iacobus dicēs, Iudicium sine misericordia ijs, qui non faciunt misericordiam. ¶ Quarto dices iudicium futurum durissimum male præfidentibus, si conferatur ad iudicium eorum, qui non præfident: quia illis nō tantum relaxauit Deus intensiōnis pœnæ, quantum alijs. Nihilominus præfidentibus impijs relaxaret etiam Deus, quod secundum abyssalem sapientiam suam decreuit expedire relaxandum. Eodem modo Psalmi uerba expones. ¶ Sexto dices, summam esse miseriam damnatorum si simpliciter loquaris, uerum si intelligas summam esse intensam pœnam illorum falsum est. Siquidem si summe esset intensa æqualis esset intensio in pœnis damnatorū, non tamen pœna hæc æqua est, quia, quidam acerbius alijs dant pœnas suorū scelerū. Tameti illas si referas ad pœnas huius uitæ illæ summæ sunt, quia excedunt etiam maximas uiciorum pœnas, ut supra commemorabam ex Augusti. ¶ Septimo dices damnatos, appellari uasa iræ, quia plus patiuntur iram Dei, quam fruuntur eius misericordia: non tamen eo quia sunt prorsus a symboli diuinæ misericordiz, & ideo à principali denominantur uasa iræ, & indignationis. Contra uero beati uasa misericordiz, non quia erga illos Deus nō operetur iustitiā, quippe Deus distributiua seruat iustitiam in coronandis sanctis suis: ceterum quia origo huius iustitiæ fuit diuina misericordia: quæ sanctos suos elegit ab æterno citra illorum merita, sed ex gratia sua prædestinauit, quos uoluit, & uocauit gratis eosdem: ideo nuncupantur uasa misericordiz non excludendo tamē iustitiam, sed quia principalior est usus misericordiz erga sanctos, quippe modicum laborauerunt & magna præmia reportant: id-

Ad. 3. arg.

Ad. 4. & 5. arg.

Ad. 6. arg.

Pœnæ damnatorū si conferantur habentur scilicet summæ sunt.

¶

ritaspe  
nino ho  
& An  
wande ca  
a.

Psal. 144.

In brutis nō  
est iustitia.

Respō. argu.

Misericordia  
proprie erga  
rationales cre  
aturas.

circo à principaliori vasa misericordiae iustissimo nancupatur nomine. Aut si vobis dicere aliter poteris, sunt sane vasa misericordiae, quia vindicativam iustitiam in eos non exercet Deus, quippe illos detestatur ab omni macula, ut in abaco illo caelesti, tanquam rutilantia ex auro purissimo vasa splenderent in aeternum.

Pro coronide tandem huius disputationis superest scrupus, qui excitari poterit contra praedicta. Diximus enim ex sententia Augustini, & omnium theologorum poenam maximam esse visionem Dei non posse adipisci: & Chrysostomus idem firmat homilia. 24. in Mattheum ubi ait carere visione beata maius esse supplicium, quam gehennale incendium. Et in priore paranesi ad Theodorum lapsum absurdi credit iudicij esse praeferre gehennae tormentum malo carentiae divinae visionis. Iam ergo dicet aliquis, cum infantes hoc datum patientur, quia aeterno exclusi sunt à videndo Deo, igitur longe maiora mala patientur, quam sunt gehennalia. At August. in Enchiridio. ad Laurentium, infantium poenam docet esse mitissimam. Porro nihil controversae esse censeo inter Augusti. & Chrysost. quippe mitius est orbati divino conspectu sine gehennali incendio, quam hoc torqueri, simulque illo orbati. Est igitur poena infantium mitissima non simpliciter, sed collata poenae adultorum. At. 2. est mitissima, quia non novērunt per fidem beatitudinis celsitudinem, ideo de illius oratione non tristatur specialiter, vel demum ob alias causas supra in priore disputatione relatas. At imminet nobis Prudentius in fine Amartigeniae suae canens in haec carmina.

Multa in thesauris patris est habitatio

Christe

Disparibus discreta locis, non posco beata

In regione domum sint illic sancta piorum agmina,

At mihi Tartarei fatis est, si nulla ministri

Occurrat facies, avidae nec flamma gehennae

Deoret hanc animam inersam fornicibus imis.

Quibus carminibus maius malum esse, magisque formidandum supplicium ge-

hennae docet, quam sit desiderandum visionis divinae bonum. At vero meminere Aristot. dixisse. 3. ethic. capit. 9. Tristitiam corrumpere & stupefacere naturam, unde ex naturali appetitu magis fugimustitias quam sequamur voluptates. Ideoque dixit Aristot. à voluptatibus abstinere facilius est quam dolores ferre & experimur, canis, vel musio, si baculi plagam sibi imminere viderint, abstinere à cibi voluptate, ne plaga feriantur. Unde non absurdè aliquis putabit, secundum physicam rationem, naturaliter plus univocata re fugere se lædentia, quam se perficientia. Quapropter homo naturali ductu magis tugieta sua læsura, quam amabit suam perfectionem. Quia ergo gehennale supplicium est maximum hominis læsivum, beatitudo vero est maximum perfectivum, magis horrebit supplicia, quam amabit beatitudinem, & forsitan hoc Prudentius carmine suo insinuare volebat. Et quidem si fingamus visionem divinam accidere simul cum supplicio illo gehennali optabilius esset homini non videre Deum sine supplicio illo, quam videre cum supplicio, ut eligibilis est esse pauperem sine dolore tormentorum, quam esse divitem plenum tormentis, quia Sapiens docet meliorem esse buccellam cum gaudio, quam domum plenam victimis cura mœnore. At vero occites forsitan, Quid ergo si hæc ita se habent, carere divina visione non esset maxima poenarum, illam tam esse maximam omnium schola fere theologorum concrepat. At vero si maxima esset poena ergo illi, qui in limbo detinebantur maxima torquebatur poena, quippe qui orbabantur celesti visione. Asquifiet illos torqueri maxima illa poena Luca commemorante, 16. Lazarum esse in refrigerio: ubi enim refrigerium est, maxima esse poenam ne dixeris. Quod si dixeris esse in refrigerio, quia spe gaudebant venturae consolationis, ideo maxima non erat quia perpetua non erat. Quid ergo respondebis, de poena infantium, quos aqua baptismi non lustravit, illa enim poena perpetua erit, igitur maxima affliguntur poena, quæ tamen alioqui est, testante August. mitissima. Quod si dixeris est mitissima (ut dicebam) comparatio est sed cesset obsecro comparatio, & discute poenam illam

Exponit August. de mitissima poena infantium.

Prudentius exponitur.

A voluptatibus abstinere facilius est quam dolores ferre

do abhorret. illam h.

Vnoerf xime ap ror sua m ma perfe ne, que e deption prijs hns.

Pro. 17.

Differetur a carere divina visione sit maxima poenarum.

Ratio vna ta theolo ru discou

illam absolute, num iudicabis illam secū- dum se esse maximam? Quod si annuis à tergo tibi imminet argumentum, quia etiam secundum hanc poenam minus patiuntur infantes, quam adulti: siquidē infantes non dolent, aut tristantur ex illa, vt credit vulgata theologia: aut si tristantur modica est tristitia, vt censeatur non tristitia. Ad huius igitur nodi enodationem expendere oportebit, omnia autore Aristot. i. ethic. & experientia quotidie docē te bonum appetere. Et quia perfectio vltima, rei est rei optimum, ideo vnū quodque maxime appetit, quod est sibi optimum maximeque refugit malum, quod huic aduersatur optimo bono. Est autem finis vniuscuiusque rei vltima illius perfectio, ideo optimum est illius rei, & ideo finem suum, vt suam consummationem

Vniuersa maxime appetunt suam vltimā perfectionē, quæ est in adceptione proprijs finis.

maxime appetunt vniuersa. ¶ Vnde gratia centrum appetunt, quia in centro est illorum quies, & maxima conseruatio. Finem igitur appetunt omnia, tum ob quietem suam, tum quia coniūcta suo fini maxime submouentur ab omni læsiuo, quod poterat illa lædere. ¶ Verum si coniūcta fini læsua etiam paterentur, magis amarent esse non cōiūcta fini suo nō experiendo læsionem, quam esse coniūcta fini cum propria læsione. Quapropter cum finis hominis sit Deo coniungi clamante August. fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec perueniamus ad te. Et. 2. ad Corinth. 5. Audeamus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præfentes esse ad Dominū, idcirco in vnione mentis ad Deum, per claram visionem, & perfectam fruitionem, est mentis creatæ consummata quies. Vnde quia hæc cōsummata quies, non potest esse nisi aliena sit ab omni læsiuo, necesse est, quod in Dei visione sit possessio omnis boni, & elongatio ab omni malo. Quamobrē qui ex culpa actuali sua reddit se incapacem huius visionis, vel ob hoc solum maximā poenam sustinet, magis quam ex gehennali incendio vt recte dicebat Chrystostomus dudum. Iustum enim est magis dolere ex non adceptione infiniti boni, quod est Deus, quam ex passione finiti mali, quod est dolor ex gehennali incendio, quod est finitū intensiue. Quod si cespitas, quia etiam diuina visio & fruitio sunt finita in

Ratio vulgaris theologorum discutitur

tensiue fatebor tibi, meminisse tamen oportebit, quamuis illa sint finita intensiue, copulant nihilominus mentem creatam, cū bono infinito. ¶ Porro restat discutendus grauior scrupus, siquidē hæc ratio dudum acta belle procederet, si Deus esset humanæ vel creatæ mentis finis naturalis, at est supernaturalis: verū natura plus defugit læsionem suam quam perfectionem (vt dicebam paulo ante) naturalem, quid quod supernaturalem? Et quo læsio maior eō illius est maior abominatio, at læsio illa seu gehennale supplicium, est læsio supernaturalis, quod si læsionem naturalem maxime fugit natura, quid tu putas de læsione supernaturali, quæ est multo vehementior?

¶ Perfectionem autem, supernaturalem non tantum amat quia citra illam poterit natura bene esse, quantum odit læsionem supernaturalem, quia cum illa necesse est pessime esse. ¶ Quod si læsitas an Deus sit dicendus potius finis naturalis, quam supernaturalis, nos rem hanc tibi discussā dedimus pro modulo exiguo nostro primo libro sententiarum. Et tandem post multam disputationē constituimus Deū, vt proponitur à fidei doctrina beatificationem animas esse supernaturalem finem. Quo admissio dixerim nō videre Deum, qui supposita fide se clare videndum exhibebit beatis, cum cumulo omnium bonorum, & absentia omnium malorum est maxima poenarum: hoc est, se facere incapacem ex propria voluntate ad videndum beate Deum excedit omnia mala, & omnes poenas. Quippe priuari hac visione ne quispiam fruatur infinito bono quod solus est Deus excedit omnia mala poenalia. Verum si loquamur submota fide, nō videre Deum non est maxima poenarū si quidem priuari perfectione supernaturali, etsi maxima sit non est maior poena, quam affligi summa poena positua gehennali propter rationē iam commemoratā. Ideoque dicebat Prudentius sibi satis esse non torqueri ex gehenna, si aliud non daretur, videlicet, inter esse agminibus beatis celestium spirituum.

Qua ratione priuatio diuine visionis sit maxima poena, & quare ratione non.

123A

123B



**D I S T I N.**

**47. cuius initiū est.**

**Solet etiam que-  
ri. &c.**

**DISPUTATIO  
VNICA.**

**An Christus iudicaturus  
sit omnes homines.**



**TVIDEBIT** V R  
alicui forsan non esse  
iudicaturum, quia ho-  
minum, quidam sunt fi-  
deles, alij infideles, alij  
neque fideles neque in-  
fideles, vt infātes, quos  
mors de medio ante ba-

ptismi gratiam tulit. Primi horum nō iu-  
dicantur Ioan. 3. Qui credit in filiū Dei,  
non iudicatur: secundi non iudicabuntur  
Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est.

Postremi non iudicabuntur, quia vel nō  
consistent à dextris, vel à sinistris iudicis.

Si à dextris bearentur, sed non beabūtur,  
si à sinistris, igitur ibunt in ignem eternū,  
quia hominibus ibi consistentibus dice-  
tur, Ite in ignem eternum, qui paratus est

diabolo. &c. ¶ Præterea vel isti erunt re-  
censendi inter maledictos, vel inter bene-

dictos, vel erunt neutri neque maledicti,  
neque benedicti: at istud medium diuine  
literæ non docent, sed omnes iudicandi,  
aut erunt maledicti, aut benedicti. Si er-  
go erunt benedicti fruuntur Deo, quod

est hæresis: si maledicti, ergo cruciabun-  
tur igne eterno, qui est maledictorum yin-  
dex. ¶ Tertio Apostoli non iudicabūtur

Mat. 19. sedebitis & vos. &c. Si ergo erūt  
iudices, non iudicabuntur, ¶ Quarto solū

duodecim tribus iudicabūtur, ergo cum  
duodecim tribus sint familiæ Iudæorum  
Iudæi solum iudicabuntur. Antecedens  
patet ex Matthæi. 19. sedebitis & vos iu-  
dicantes duodecim tribus Israel, & Lucæ  
22. Quod si dixeris, apostolos etiam iudi-

candos, ad Rom. 14. Omnes stabimus ante  
tribunal Christi, & vnusquisque pro se  
reddet rationem Deo, Et 2. Corin. 5. Om-  
nes nos manifestari oportet ante tribunal  
Christi, vt referat vnusquisque propria cor-  
poris, prout gelsitiam colligam vt conue-  
niunt hæc duo, & quod sedebunt aposto-  
li iudicaturi, & quod stabunt iudicandi.  
¶ Contrariam tuetur partem Matthæ. 25.  
videbunt filium hominis venientem in  
nubibus cæli. &c.

Disputatio hæc certam nacta est decisio-  
nem ex fide catholica: est enim articulus  
fidei Christum venturum iudicem ad iu-  
dicandum omnes homines, id quod Da-  
uid spiritu Dei afflatus à longe conspexit  
illud psalmi. canens, Iudicabit in nationi-  
bus, implebit ruinas, conquassabit capita  
in terra multorum. Et psalmus ille expref-

se Christum loquitur Matt. 22. At in psal-  
mo isto non solum iudicaturum Christū  
duodecim tribus, vt euangelium comme-  
morat, sed omnes nationes Christum iu-  
dicaturum traditur. Nationes autem ex  
phrasi scripturæ, gentes insinuant. Et in

Actis apolt. 17. à Deo inquit constitutus  
est iudex viuorum, & mortuorū, id quod  
exponit per duodecim tribus iudicandas

à Christo omnes homines esse intelligen-  
dos. Itemque Paulus ad Rom. 14. Chri-  
stus mortuus est & resurrexit, vt mortuo-  
rum & viuorum dominetur. Et articulus

fidei idem cōfiteatur venturum Christum  
ad iudicandum viuos, & mortuos, & sen-  
sus est ad iudicandos non solum viuos &  
mortuos ex duodecim tribubus, sed om-  
nes homines ex omni natione, quæ sub

cælo est. August. autem lib. de fide & sym-  
bolo capit. 8. hunc articulum bifariam in-  
tellexit, vel ad iudicandum omnes iustos:

& omnes peccatores: quia iusti subintelli-  
guntur per viuos, vt per mortuos pecca-  
tores: aut quod mortuos omnes tunc iudi-  
cabit, quia resurgent, & viuos qui tunc re-

perientur vini aduentante die nouissimo  
illo iudicabit Dominus. Quamuis viui il-  
li secundum vulgatiorem theologia prius

mortem gustabunt, quam iudicentur. ¶  
¶ Porro quod in Matt. scribitur secleros  
apostolos supra duodecim sedes iudicatu-  
ros duodecim tribus significat iudicatu-  
ros apostolos totum orbem. Verum quia

gentes aliæ à duodecim tribubus, quando  
conuerfæ fuerunt ad fidem euangelicam  
infertē

Arg. 1.

Postremi non iudicabuntur, quia vel nō  
consistent à dextris, vel à sinistris iudicis.

Confirmatio.

Arg. 3.

Arg. 4.

non dicitur V  
-oqqz amir  
vly a subby  
oifhcoq im  
ni fio aap. an  
p. conch. ob  
stnd sty

Exp onitur ar  
ticulus fidei.

Primaria au-  
toritas iudic-  
di est pen-  
diuinitatem

Corin 12. tri-  
bubus natio-  
nes omnes co-  
prehenduntur

insertæ sunt in fidem Dei, quam colebāt duodecim tribus, & prophetas, & libros sacros illorum susceperunt, ideo in duodecim tribubus gentes fideles subaudiūtur. Gentes autem, quæ non credunt quia imitatae sunt infidelitatē infidelium Iudæorum, similiter comprehenduntur sub tribubus duodecim, quia vt credentes sectatae sunt fidem illorum, ita non credentes infidelitatē: quare merito per duodecim tribus omnes nationes fidelium, & infidelium denotantur: vnde Abraham pater credentium appellatur. Et Paulus ad Rom. 11. gentes esse tanquam rami oleastrinum insertum in bonam oliuam, id est, in fidem sanctorum Iudæorum testatur.

¶ Cæterum potestas hæc iudiciaria, quæ est in Christo, illi competit ex multis & præclarissimis titulis: & quia Deus est, & quia redemptor hominum est. Deus enim ex sua natura est iudex hominum & angelorum, quippe ipse condidit omnia. Quare angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni tradidit in Tartarum cruciandos. 2. Petri. 2. Et Iudas in catholica Angelos, qui non seruauerunt suū principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei, vel dici (vt alia lectio habet) vinculis æternis sub caligine reseruauit: homines vero iudicauit, quando protoplastos Adamum, & vxorem Euam à paradiso voluptatis, in hoc exilium, & in hæc erumnas eiecit nostras. Mundum rursus iudicauit in uolens omnes homines, exceptis Noe cum suis, in gurgitibus vastissimis aquarum, vt Petrus inquit, Originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit. Et alia iudicia diuina ibidem referuntur à Petro. Est igitur primaria autoritas iudicandi penes diuinitatem, qua Christus gaudet qua Deus. Delegata vero autoritas est in Christo, quatenus homo est. Legimus enim Ioan. 5. Dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Et rursum Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Quod si obiectas, quomodo hæc constabunt patrem dedisse omne iudicium filio, siquidē ex dudum citatis pater ante verbi sui incarnationem, multa executus est iudicia. ¶ Sciendum autem est Deum sane ante incarnationem verbum multa & miranda tulif

se iudicia contra impios, & in fauorē piolorum, vt de iudicio diluuij exemplū proutum est, & de iudicio Sodomorum: & hoc genus sunt iudicia Dei multa, quæ nos persecuti sumus in declamationibus ad Esaiam. ¶ Cæterum obseruare oportet iusta fuisse hæc iudicia non patuisse omnibus, siquidem iustitia illorum infidelibus ignota erat, fidelibus vero credita quidē, ac manifestum non fuit illis quo modo iusta fuerit. ¶ Rursus antequam veniat ad iudicandum exercet iudicia erga homines occulta etiam. Nā Ioā. 9. In iudicium ait, veni in mundum, vt qui non vidēt videant, & qui vident cæci fiant. Hoc quidem iudicium in gēte illa Iudaica expletum est. Siquidem Iudæi arrogantes sibi scientiam legis, & prophetarum Christū à lege & prophetis propalatū ignorarunt, at gentes neque legem scientes, neq; prophetas audientes Christum cognouerunt propterea; iudicium aliud in illos exercuit, quod excæcavit illos, & subiecit illos nationibus. Propterea, inquit, relinquetur domus vestra deserta, &c. ¶ Omnia igitur iudicia diuina, quæ ab orbē cōdito celebrantur ineuidentem habent sue iustitiæ causam in finale vsque iudicium, vbi manifestabuntur à Christo euidenter patefaciēte iustissima fuisse. Quapropter ait, omne iudicium esse datum filio à patre. Non quia pater, iudicante filio nō iudicat, inō illud iudicium etiam patris est, aut quia pater ante incarnationem filij, neminem iudicauerit, sed quia Christus omne iudicium Dei manifestabit fuisse iustissimum in die nouissimo. Vnde Augustinus in Psalm. 9. duos aduentus Domini dicit esse, & occultum, & manifestū itemque duo iudicia insinuari per scripturas, alterum occultum, alterum manifestum. Occultum iudicium est pœna, qua vnusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conversionem, aut si contempserit yocationem aut disciplinam Dei excēcatur ad damnationem. Iudicium autem manifestum est, quo venturus est Dominus iudicare viuos & mortuos, omnibus fatentibus eum esse à quo & bonis præmia, & malis supplicia tribuantur. Sed tunc illa confessio non ad remedium malorum, sed ad cumulum damnationis valebit. Idem ipse August. lib. 20. de Ciuitate Dei. capit. 2. postquā

Iustitia & re-  
ctitudo diu-  
norū iudicio-  
rū ineuidens  
est modo.

Christus in  
die nouissi-  
mo manife-  
stabit iustiti-  
am diuinorū iu-  
dicatorum.

Primaria au-  
toritas iudicā-  
di est penes  
diuinitatem.

ur in r. 2. tri-  
ubas passio-  
es omnes co-  
re hē pūtur.

xp onltur ar-  
culus fidei.

Fideles lateat  
iudicia diui-  
na iusta non  
tamē lateat iu-  
stū esse quod  
lateat.

Dialnorū iu-  
dicatorū admi-  
rāda veritas.

quā dixerat omnia Dei iudicia tūc in die illo esse manifestāda subdit, Vbi hoc quoque manifestabitur, quā iusto iudicio Dei fiat, vt nunc tam multa, & penē omnia iusta iudicia Dei sensus, mentes mortalium lateāt, cū tamē in hac re piorum fidem nō lateat, iustū esse quod lateat. Quia ergo pater non habet formā visibilem neq; Spiritus sanctus, sed solus filius accepit formam manifestam hominis, ideo ipse apparebit manifestus in summa maiestate hominibus omnibus, vt manifestet pios iustam promeruisse mercedis, quam accipiunt retributionem, & impios iustissime luere pœnas æternas. Et rursum manifestabit omnia iudicia diuina, quæ infideles, vel casui aut fortunæ tribuebant, vt Protagoras, & alij huius notæ viri, quos subinlinuat Ecclesiast. capitulo nono. In omnibus, inquit, est tempus, & casus: fideles autē credētes illa iuste à Deo lata illa demirantur nesciētes causam illorū. Vnde Abacuc. i. veluti exostulans cū Deo inquit, Quare respicis contēptores & taces, cōculcāte impio iustiorē se? Et sunt multa Dei iudicia hoc genus, quæ fideles ducūt in stuporē, quod innocētes, videlicet, eadē dēt pœnas in sæculo hoc, quas noxij homines demerebantur. Quod viri probi, & iusti sint contēpti, & conculcati & iniusti quique exaltentur. Quod infideles Deum blasphemantes honorentur à Deo, & augeantur opibus, & floreat imperio, & illis subdantur sæpe fideles boni vt Turcarum gens modo nobis indicat. &c. Hæc igitur & alia hoc genus causam habent iustissimam, quam manifestabit in die illo Christus. Hac igitur causa dictum putā à Domino fuisse, Pater non iudicat quenquam, idest, pater non est manifestus iudex, neque iudicandi illum videbunt: at solum filius erit manifestus iudex, quia solus ipse homo in Triade est. Ideo ait, Pater omne iudiciū dedit filio, quia filius hominis est. Hoc est, ideo delegata est illi autoritas manifestandi diuini iudicij, vel ferendi manifestum iudicium diuinum, quia homo est. Tu intellige tamen recte verbum hoc euangelicum, non quod humanitas sit causa præcisa iudicij ferendi, quia consequēs esset omnes homines futuros iudices, sed quia homo est, idest, quia filius, solus ex tribus diuinis personis assumpsit huma-

nam naturam, ideo illi delegata est potestas iudiciaria vt homo existēs iudicet homines. Est & alius illustris titulus, quod Dominus Iesus sit constitutus à Deo iudex vniuersalis, totius humani generis, quia ipse est redemptor omnium hominum, quos mercatus est sanguine suo, illos afferens à tyrannide Satanica, & restituens vero Domino, cuius sunt creatura. Nāq; empti sumus precio magno. 1. Cor. 6. & 7. nēpe sanguine Dei, & Apoc. 14. vt Paul. ait, & concinit illi Petr. 1. Pet. 2. Nō corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed sanguine immaculati agni Christi. Et si qui emitaliū auro vel argēto, illum facit suum seruū, multo magis Christus emens nos pprio sanguine fecit nos suos seruos: vnde iure redemptionis est Dominus omnium hominum: quare ex iure illi competit diuino, iudicare omnes homines. At redemptionis iure non est Dominus angelorum, quia illos non redemit. Quippe qui non egebant redemptione: quia angeli sancti non fuerunt venundati peccato, qui autem sese tradiderunt peccato angelis, illis non profuit redemptio, quia incapaces sunt remissionis peccatorū: & angeli festina illa lætitia natalis Domini, Natus est, canūt vobis non nobis dicunt, saluator. Et non accepit Christus, angelicā, sed humanam naturam, vt homines redimeret. At vero diuinitatis iure est Christus angelorum Dominus Paulo testante, Et adorent eum omnes angeli eius ad Hebræ. 1. Quare accesserunt angeli & ministrabant ei Matth. 4. Vnde & sibi competit iudicare angelos. Ioan. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est. Dominus enim suo aduentu euerit tyrannidem dæmonis, & eripuit prædā de manu eius. Cū fortior, inquit, superuenerit vincet eū vniuersa arma eius auferet. &c. Luca. 11. Quāuis nō omnino Dñs sub primo exterminauit aduētū Satanā: at in secūdo aduētū penitus illū deturbabit à sua tyrannide. Porro sub quadā ratione Christus, vt homo est iudex angelorū bonorū, & malorū: siquidem angelos pœna accidētali impios afficiet: quia cōtra homines à se redēptos moliti sunt fraudes, & tētamēta & lapsus pararunt, vt bonos angelos quia sanctis præsidio fuerunt vt salutem consequerētur æternam, gloria quadā accidentaria illos

Alius titulus  
cur cōgruat  
iudiciaria po-  
testas Chri-  
sto.

Christus non  
est redēptor  
angelorum.

Iudiciū d  
gelis à C  
sto iudice  
secūda q

Plal. 19.

Esa. 53.

4. titulus.

Iudiciū de angelis à Christo iudice est secundū quid.

illos donabit. Hoc autem iudicium angelorum vel de angelis, non est iudiciū simpliciter, quia istud iudicium ab origine mundi absolutum à Deo est, quando sanctos angelos beatificauit, & culpatores à celo deiecit in miseriam, quam patiuntur modo & eterno sustinebunt. sed est iudicium secundum quid. Quandoquidem de demonibus accrescet tædium ex hominibus damnatis, quos ipsi subuerterunt, & angelis pijs accedet gaudium ex beatis hominibus quibus ipsi ad beatitudinē patrocinia administrant. Non enim de demonibus alijsque damnatis illud prouerbij verum erit, solacium est miseris socios habere poenarum: imo desolatio erit illis illos habere in socios poenæ, quos socios in culpa habuerunt. ¶ Præter duos autē exhibitos titulos, cur Christo congruat iudiciaria in totum humanum genus potestas est & alius, quippe Aristotel. autor est. de anima. tex. 85. rectum esse iudex sui & obliqui, quia per rectum ipsum, & obliquum cognoscimus. Iudicandi igitur autoritas penes rectum est; quia obliquū non iudicat, sed iudicari debet. ¶ Porro omnes homines in Adam peccauerunt ad Rom. 6. ideo omnes declinauerunt, & inutiles facti sunt concinēte psalmographo. Christus vero solus est, in quo pater sibi bene complacuit: quippe qui solus nō potuit ex humana propagatione infecta infici: quia sine semine virili conceptus est de Spiritu sancto; Luc. 2. Mater tamen eius, quamuis non fuit infecta ex originali infectione, potuit tamen infici: quia ex semine virili concepta est, & non de Spiritu sancto. Quamobrem solus Christus est rectus, & omnes sumus obliqui, quia declinauimus à veritatis diuinæ tramite nam omnes nos sicut oves errauimus. &c. Ideirco solus ipse mentisime est iudex hominum omnium. ¶ Cui accedit in. 4. titulum, quod Paulus commemorat. 1. Corinth. 2. spiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Animales igitur homines sunt iudicandi, at spiritualis homo est cui congruit iudicare. Christus autem est omnium hominum spiritualissimus: quippe peccatum non fecit, & non est inuentus dolus in ore eius: & quia conceptus est de Spiritu sancto, & quia promeruit hominibus spiritum sanctum sub plenitudine exhibendum. ¶ Quintus titulus est humi-

litas Christi, qua nulla potest vel excogitari maior, quam quod ipse cum esset verus Deus, verus item homo, & liber à debito humanæ naturæ ad moriendū, quia expertus erat omnis peccati: impedia enim peccati mors, nihilominus se subiecit morti, vt hominibus per mortem suam exhiberet vitam, ideo ex altari meruit à Deo supra omnem potestatem, & supra vniuersam creaturam. Quapropter iuste exaltatus est à Deo patre collata illi autoritate iudicandi omnes homines nam qui se humiliat exaltabitur. Id quod Paulus testatur dicens, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu, &c. ad Philip. 2. Et ita erit in die iudicij quia Christum venientem in sua maiestate in die illo, angeli & electi reuerentur ex nimio amore: & ad illius conspectum pauebunt omnes tribus terræ: quia tunc illo conspecto plangēt se omnes tribus terræ. Et demones item horrebunt irā iudicis sempiterni Christi. ¶ Et, vt semel dicam, sapientia, potestas, rectitudo, sunt necessaria in primis in iudice: & qui in istis præcellerit alios, dignus est autoritate iudicandi. Sapientia sane necessaria est iudici vt merita iudicandorum nouerit discernere, potestas vero, vt poenas, & coronas pro meritis distribuere possit. Denique rectitudo, vt virgam æquitatis in iudicando necessariam non fiet at, sed rectam & immobilem custodiat. At vero Christus quatenus homo est, illis tribus dotibus excellit genus humanum, & sapientia, quia summa præstat, & potestate, quia potens est opere & sermone supra omnes mortales, & rectitudine, quia iustitia est cingulū lumborum eius Esai. 9. Quamobrem illi soli competit congruentissime delegatio iudicij vniuersalis supra omnes homines. Accepisti sub paucis, de congruentia iudicis, iam vero de necessitate ferendi vniuersalis iudicij, pauca accipito. Et quidem si sententiam illam vetus, quā sonant nonnulla sanctorum scripta (vt in distinctio. 45. supra meminimus) vera fuisset, forsitan res hæc apertior esset. Enimvero si animæ beatæ sunt conditæ in quibusdam promptuarijs inferni sunt, neque beatæ adhuc, neque damnatæ vsque in die iudicij.

5. titulus iudicariæ potestatis,

Christi humilitas pater iudicariæ potestatis certitudine.

Tria iudicib. necessaria in Christo maxime fulgēt.

ambrosius

titulus congruat iudiciaria potestas Christi.

Christus non est redemptor angelorum.

titulus iudicariæ potestatis in Christo.

Psal. 13.

Esa. 33.

titulus.

cij, non est arduum creditu futurum iudicium, vt animæ sanctæ recipiant coronas pro laboribus suis, & animæ noxiæ suarū culparum damna sentiant. Et Vigilantius hoc amavit placitum, vt Hieronym. commemorat in declamatione contra Vigilantium. Hic namque Vigilantius ex libro quarto Esdræ hoc sibi suavit errorem, nam capitu. quarto. In inferno ait, promptuarum animarū, matrici assimilata sunt. &c. & capit. 5. Coronæ assimilabo iudicium meum, sicut non nouissimorum tarditas, nec priorum velocitas: hoc est, vt in corona iunguntur principium & finis: ita in præmio primi & nouissimi simul iunguntur: idemque de supplicio. Et alia sunt in eodem libro testimonia idem dogma clarius patefacientia: vnde animas sanctas non esse orandas docebat, quia nondum erant beatæ. Porro istud esse hæreticum supra docuimus, neque modo huius rei disputatio nos morabitur: siquidem liber Esdræ hic caret autoritate, & ideo nihil colligit testimonium ex illo depromptum.

¶ Nam vero si animæ sanctæ exute corporibus iam sunt beatæ, & animæ culpatae separata à commercio corporali sunt dæmonatæ, quorsum expectandum est alterum iudicium, merito in questionem ducitur? Et sanctus Thomas. 3. part. quæstio. 59. articulo. 5. affert rationem huius rei, itemque Scotus hac distinctio, itemque alij doctores, in hoc enodando defudant dubio. Verum quid quid ipsi ratio cinantur rem non conuincit. Demulcet sanè mentes fidelium, at infidelium non conuincit ingenia. Nulla namque demonstratio deuehi poterit, quæ conuincat iudicium vniuersale futurum, est enim articulus fidei, ideo in demonstrabilis est. Et equidem apud me nulla congruentia maior quam ea est quæ supra tangebam ex August. videlicet, ex eo futurum vniuersale iudicium, nempe ad manifestanda Dei iudicia. Erga animas enim sanctas iam exercet Deus iudicium illas statim beatificans nisi uenialis culpa, vel mortalis nondum exoluta poena obstet, vt noxias condemnans. Vt ergo omnibus hominibus pateat iustissimè hoc à Deo factum, veniet Christus suo iudicio demonstraturus orbi rectissimam fuisse diuinam iusticiam præmiantem pios, & vindicantem peccata impiorum. Et quia sunt alia iudicia Dei innumera in guber-

nandis hominibus, quæ culpant infideles & infani homines, vt conuincantur euidenter illa fuisse iustissima & inculpatisissima, ideo erit illud iudicium vniuersale omnibus manifestissimum. Ad hæc alia causam docemur esse. ex capit. 5. Ioannis, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium. Causa igitur generalis iudicij est propter Christi honorem & gloriam. Etenim nunc nodum manifesta est apud omnes homines. Est autem Christi gloria hæc, vt omnibus euidenter fiat, quod obtemperrantes illi præmiantur magna celsitudine beatitudinis: & qui illi non obtemperrarunt, vel non credendo vt infideles, vel non obediendo creditis illa explendo, vt mali fideles acerbas dent pœnas suæ infidelitatis aut suæ inobedientiæ ad euangelij præcepta. Propter quod instituit Deus iudicij diem generalis, vbi omnibus hominibus liquidum sit patrem caelestè sic honorasse filium suum Iesum Christum, vt obedientium Christo publicè sint triūphales coronæ, & non obedientium publicè sint gehennalia supplicia. Namque quæuis illi sint iam beati, & isti miseri, at hoc occultam est iudicium & inuisibile, Deus autem ex inuisibili iudicio occulto, rem deducet ad visibile & manifestum. Quippe hominum notitia ex sensu habet exitum, ideoque postquam Deus facit iudicium modo à sensibus abhorrens faciet tunc iudicium sensibus germanum: namque hæc est natura hominum, vt ex sensu discant intelligibilia. Vt ergo sensibilibus & ad oculum videant homines gloriam Christi, & amicorum suorum gloriam, & inimicorum supplicia, & inde Christi inimici euidenter discant Christum esse verum Deum, etiam si non videbunt diuinitatem, quia diuinitatis visio bearet illos, at videbunt manifesta signa diuinitatis Christi, ideo constitutum est generale iudicium. Et quia anima non sentit sine corpore, ideo corpora resumēt animæ, vt sensibilibus videant Christi maiestatem, quam infideles despexerunt non credendo, & mali fideles male viuendo. Itaque ad manifestandam suam iusticiam, & ad propalandam Christi filij sui gloriam iudicium erit generale. Et sane rationabile est, vt Deus, qui creando vniuersam creaturam euidenter monstrauit suam potentiam, & creata gubernat.

Vigilantij heretis, & quod animæ sanctæ exute nondum sunt beatæ, & quod ex hoc sequitur non esse deprecandas à nobis, quia nostras orationes non audiunt.

¶ Et sanctus Thomas. 3. part. quæstio. 59. articulo. 5. affert rationem huius rei, itemque Scotus hac distinctio, itemque alij doctores, in hoc enodando defudant dubio.

Optima congruentia sua dens vniuersale futurum iudicium.

Christus à patre constitutus iudex ad illam gloriam & honorem.

De homines ex inuisibili, & occulto iudicio deducet ad visibile & manifestissimum iudicium.

Locus Patroni exponit

Ecclesia per diuinitatem perfectam subiecta Deo

bernardo patefecit suam sapiētiā, itē clare ostēdat se in cūctis operibus suis circa gubernationē generis humani iustissimum fuisse, id quod faciet in die iudicij, vt impij in tenebris conticescant. Et qui noluerunt sponte credere in Christum ad premium, tū inuiti videant Christum ad dānationem. Et hoc quod Paulus. i. Corint. 15. insinuat, Oportet autem ipsum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Etenim Christus modo regnat per fidem in ecclesia donec euidenter ponat omnes inimicos, hoc est, infideles omnes, & fideles, sibi non obtemperātes sub pedibus suis. Quāuis enim in presentia animę horum iā sunt sub Christi pedibus, quia pœnas dant eternas propriorū peccatorum, at vero nondum perfecte sunt sub pedibus Christi: donec resumptis corporibus euidenter sit cūctis hominibus hos Christi inimicos dānationē, & in anima & in corpore subire, quia aduersarij fuerūt Christo. Tū ergo illo die beatitudo amicorū Christi erit perfecta, quia in corpore, & anima, visibiliter regnabūt cum Christo regnante in cœlis secundum animam, & secundum corpus. Itemque & dānatio erit consummata, propter idem. Vnde subdit, Cū autē illi subiecerit omnia, tunc ipse filius subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia. Vtique Christus, vt homo semper subiectus fuit patri, sicut, vt Deus sēper illi equalis. At vero Chrs hoc loco, mysticū corpus significat. Etenim post diē iudicij deiectis Christi hostibus ad inferos, electi perfecta pace fruuntur cū Christo, nihil erit quod perturbet eos, aut secūdū corpus, aut secūdū animā. Ideo tūc ipse filius, id est fideles electi subiecti erit ei, qui illi subiecit omnia. Quippe dū curricula vitę huius trāscurrimus nō ple ne Deo subijciuntur, etiā sanctissimi quiq; quia in multis offendimus omnes. At scio exquisiturum a me lectorem, quā nā ratione iudiciorū suorū Deus tū manifestabit iustitiam hominibus? Nunquid Deus adducet illa in memoriam omnium hominū? Quod si hoc dixeris, necesse est fateri Deum tum reuelatorum orbi omnia, quę ipse mirabiliter gessit apud homines. Vtique reuelauit ipse, vel per se vel per angelos suos illa omnia: quemadmodum, & adducet tunc singulis hominibus in memoriam singula, quę fecerunt

vel bona, vel mala ad declarationem sui iusti iudicij. Etenim damnatis constabit pœnis istis, aut illis puniri, ppter hęc aut illa quę fecerunt, & si omnium nō habebunt memoriam, illa memorabūtur Deo reuelante. Forte autē de proprijs nō egebunt reuelatione: siquidē animę, quę modo apud inferos delictorū suorū dāt pœnas manifesta habēt, quę & qualia fuerint delicta ob quę luunt pœnas. Quod si forte quando deposuerunt corpora illorum obliuione tenebantur, de mon illas ducēs ad infera loca tormentorum, patefecit illis, illa. Quare resumentes in die iudicij corpora sua de proprijs non indigebūt reuelatione: vt neque animę beatę, de meritis suis, sub quibus vitam clauerunt, & de peccatis, quę ex pœnitentia deterferunt noua non egebūt reuelatione. Quippe illa omnia vel in verbo, vt theologis quibusdam arrisit, aut ex diuina reuelatione in cœlesti habitatione nouerunt: ideo resumptis corporibus illorum memoria persistet. Ceterū de alienis, vel meritis, vel peccatis necessaria erit reuelatio. Enimvero tum pandētur omnium hominum merita, malorum quidem mala bonorum vero bona. Quandoquidem malis constabunt merita sanctorum, & peccata quę deterferunt ex gratia Dei opitulāte, & ex pœnitentia propria desente, vt inde videant iustissime a Deo esse coronatos, & pijs expandentur mala impiorum merita, vt inde constet illis, iustissime impios puniri a Deo. Hoc autem ita gerendum esse Daniel docere videtur capit. 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Vsurpat enim iudicium pro iudice, opus, pro operante. Namque iudicium est actio iudicis. Et ad finem capit. eiusdem idem repetit iudicium, inquit, sedit vt auferatur potestas, & conterat, & dispereat, quasi dicat, iudex Christus sedit in sede maiestatis sue. Per libros autem ex vulgato omnium sensu, libri conscientiarum intelliguntur. Quia tunc conscientię omnium & sanctorū, & impiorū sunt retegēde cūctis sanctis ad gloriā, & impijs ad probū semperiternū. Et Paul. hoc idē tradit. i. Corin. 4. Quousq; veniat dñs, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū. Nunc enim cōscientię liber soli Deo patet, at tum quia manifeste veniet Dñs, & iudicabit, manifeste retegentur

Locus Pauli exponitur.

Ecclesia post diē iudicij erit perfecta subiecta Deo

Impijs cōstabit cōscientia piorū, & impiorū pijs in die iudicij.

omnia conscientiae penetralia cunctis hominibus. Et obserua Paulum dicentem Dominum Christum manifestaturum abscondita tenebrarum: siquidem solus ipse illa nouit, ideo ipse manifestare solus potest, Deus enim est, ideo ex natura sua illa nouit, & homo est, ideo ex unione hypostatica ad Deum, etiam illa nouit: unde sibi accessit omnium, siue actionum externarum siue cogitatum internorumque; affectuum humanorum, in fusa scientia. ¶ Quam obrem vel ipse illa reuelabit cunctis hominibus, quae sunt aliorum facta & dicta & cogitata, vel angelos suos de illis docebit, qui edocti hominibus patefacient omnia quae sunt hominum vel opera vel dicta. &c. siue bona siue mala. Et hoc secundum est mihi uero similis: siquidem Deus humanae naturae grandia negotia per angelos suos administrat. Neque obstat Paulum dixisse Dominum illuminaturum abscondita tenebrarum, quia angeli sancti Domini auctoritate, & instructione illud illuminandi negotium gerent. ¶ In Apocalyp. autem capit. 20. apertius legimus, qui sunt illi libri. Vidi, ait, mortuos magnos & pueros stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uita: & iudicati sunt mortui ex his, quae erant in libris, secundum opera ipsorum. Et paucis interpositis, Et iudicati sunt secundum opera ipsorum. ¶ Quae uerba non obscure docent, opera esse libros, quae quia tum manifestanda sunt omnibus, & secundum illa iudicandi sunt operantes, ideo ait, iudicati sunt secundum ea, quae erant scripta in libris. Et hoc non est absurdum a priore glossate exponente per libros conscientias: siquidem ipsa opera sunt, quibus attestatur conscientia. Testimonium, inquit, reddente illis conscientia ipsorum ad Rom. 2. Quod uero subiecit & liber uita est apertus, hoc ex eo dicit, quia tunc occultissimi. nunc praedestinationis mysterium reuerberabitur: quia omnibus patebit, qui sunt ab aeterno electi a Deo, quod obiectum semper erit ne uideatur, donec illucescat dies ille reuelationis iusti iudicij Dei.

Hactenus ex multis ostendimus Christo uni iudiciariam potestatem in omnes homines competere, item iudicij illius necessitatem demonstrauimus: iam de iudicandis subnectemus sermonem. Et quidem hoc unum confessum est theologis, omnes ho-

Christus per angelos suos manifestabit dicta, facta, cogitata humana omnia omnibus hominibus.

mines id temporis apparituros in iudicio, siue electos siue reprobos siue iij, qui adultera obierunt a tate, siue morte intempestiua ante discretionis annos ex uiuis sublatis sunt. Verum an omnes sint iudicandi deferendum uenit. Et uulgata est theologia omnes quidem esse iudicandos, quantum ad retributionem mercedis, quia siue sancti, siue peccatores, tunc retributionem accipient suorum operum quae retributio erit iudicialis, quia a iudice Christo illis retribuetur uel bonum, uel malum, secundum exigentiam suarum actionum. Quod si obieceris retributionem iam esse celebratam, respondebo quoad animas esse iudicatos quae sunt hominum partes, non tamen toti homines, ideoque illa retributio finalis erit totius hominis ut sicut totus male, uel bene commeruit, totus tunc suscipiat retributionem. Itaque quantum ad retributionem omnes sunt iudicandi.

¶ Porro quantum ad meritorum discussionem Magister in litera inficiatur omnes esse iudicandos, quem Tho. & reliqua theologorum candida sectatur turba. Enim uero, quidam sunt qui resplendent summis meritis, quorum collatione peccata, quae commiserunt extenuantur prorsus. Unde istorum praclarissima merita non habent unde discutiantur, quia habent ueluti obruta demerita, seu mala merita: quales fuere apostoli, & apostolici uiri. Id quod persuasum iri uidetur ex uerbo Domini, Cum sederit filius hominis in sede maiestatis. &c. Sedebitis & uos & reliqua. Et praecessit sermonem istum alius, uos, qui secuti estis me, & reliqua. Igitur cum multi praeter apostolos secuti fuerint Christum instar apostolorum, se debent etiam illi tamquam iudices, igitur non erunt iudicandi: quia non habent quod in illis discutatur: quia magna meritorum multitudine qua fulgent euidens erit illos promereri iustitiae, coronas quas reportant.

¶ Et quemadmodum isti ob celsitudinem euangelicae uirtutis quam obseruauerunt non sunt iudicandi, quo ad discutendum meritum & demeritum, quia illorum peccata ueluti obubratur ex nimio splendore suae uirtutis, ita contra infideles, qui Christi fide contempserunt, ut sunt pagani omnes, Iudaei, idololatrae, haeretici, schismatici, apostatae, non erunt iudicandi, ob rationem diuersam quam apostolici uiri: quandoquidem euidens

Omnes homines apparebunt in finali iudicio.

Re tributio finalis erit totius hominis.

Magistri plurimum de iudicandis.

Angeli ueniunt ad iudicium non ut iudices sed ut comites Christi iudicis, & ob alias causas.

dens erit tunc in die iudicij, qui fuerunt  
 a symboli fidei, idē euidens erit, nullum  
 habuisse opus meritorium vitæ æternæ,  
 quia citra fidem impossibile est placere  
 Deo. Quapropter nihil gerent discutiē  
 dum, ideo apud Ioannem ait Dominus,  
 Qui non credit iam iudicatus est, hoc est  
 iam decretam habet suam damnationē,  
 non solum apud Deum, sed apud omnes  
 electos eius, imo apud reprobos, quibus  
 tum etiam euidens erit infidelitatem in-  
 capacitem facere vitæ æternæ capien-  
 dæ. Sunt denique quorum merita nō fue-  
 re tam præclara, vt illorum claritas obscu-  
 ret prorsus peccatorum malitiam, sed res  
 veluti dubia pendeat, & isti sunt iudican-  
 di. In perfectis igitur, vt summam acci-  
 piat, est parum quod accuset, multa sunt  
 quæ illos defendunt in infidelibus nihil  
 est, quod defendat, omnia enim accusant  
 illos, ideo nihil gerunt discutiendum, at  
 vero electi alij, qui non fuerunt præclari  
 meritis, vt apostoli, vel apostolici viri, ha-  
 bent vnde accusentur nempe ex peccatis  
 quæ admiserunt, & habent quod defen-  
 dāt, vtique ex pœnitentia illorum, quam  
 fecerunt, ideo isti sunt discutiendi.  
 Porro autem quamuis hoc cōfessum cer-  
 nam theologis, ego tamen esse hoc omni-  
 no extra iudicij aleam non video. Enim-  
 uero exquirere oportet, quid nam sit hæc  
 discussio? num est dubitatio, quædam si  
 digni sunt imperfecti vita æterna? Hoc  
 enim sibi vult discussio, nam nemo discu-  
 tit, quod est indubitatum. At vero indu-  
 bitatum est hos imperfectos esse dignos  
 vita æterna, quandoquidem euidens tum  
 omnibus erit esse beatos, non solum alijs  
 beatis, sed & damnatis. Sapiē. 5. Ecce quo  
 modo computati sunt inter filios Dei, &  
 inter sanctos fors illorum est, quæ verba  
 sunt damnatorum. Et prædixerat, Viden-  
 tes turbabuntur timore horribili. Et rur-  
 sus, quis faciet hanc discussionem? non ip-  
 se iudex Christus, cui omnia patent, non  
 apostoli, quia ipsi nō retribuunt præmia,  
 vel pœnas, neque etiam ob eandem cau-  
 sam alij apostolici: sed neque angeli, quia  
 ipsi non erunt iudices, quamuis enim illi  
 descendunt cum Domino Matth. 23. non  
 vt iudicent descendunt, sed vt comitem  
 tur iudicem Christum ad ostensionē suæ  
 diuinitatis: & vt deducant electos, quos  
 ipsi in custodiam habuerunt in caelestem

patriam: & vt denique accusent reprobos,  
 quos frustra custodierunt. Neque dam-  
 nati erunt discussores, quia ipsi non sunt  
 iudices, sed neque ipsi beati se discutient,  
 quibus euidens est dignitas ad propriā, &  
 ad aliorum beatitudinem. Ad hæc quā-  
 uis reprobi nihil habeant, quod defendat  
 illos, at quidam sunt digni maiori accusa-  
 tione, quam alij, quippe non omnes infu-  
 deles æqua premuntur infidelitate: neq;  
 æqualibus vrgerentur peccatis. Mahum at  
 enim grauissime omnium Saracenorum  
 infidelis fuit, quippe ex suo pestilenti ma-  
 gisterio Saraceni omnes infecti sunt: si-  
 cut & Arrius, Lutherus & alij hæresiar-  
 chæ, maiores luent pœnas, quam sui alum-  
 ni. Quamobrē si quidem tunc euidens erit  
 quantam pœnam quilibet damnatorum  
 subiturus est, necesse erit manifestam esse  
 quantitatem, & qualitatem peccatorum.  
 Et quamuis verum sit horum nullam fu-  
 turam discussionem quo ad merita quia  
 illa desiderant, at vero quia abundant  
 malis meritis, & hæc in alijs sunt gra-  
 uiora, in alijs non tam graua, hæc grauitas  
 maior aut minor cur non egebit discussio-  
 ne, vt pœna sit secundum grauitatis maio-  
 ris, aut minoris exigentiam? Præter hæc  
 Petri peccatum erit manifestum omnib;  
 tunc, quod negauerit Dominum, & illius  
 amarus fletus non abscondetur: vt etiam  
 vsuræ Matthæi patebunt cunctis, vt per-  
 secutio Pauli, qua insectabatur Christia-  
 nos, & Magdalenz meretricium atque la-  
 chrymæ, & ita de reliquis. Igitur aposto-  
 lorū peccata & apostolicorum crimina  
 & pœnitentiæ cunctis erunt nota & palā  
 erit illorum pœnitentiam, excessisse sua  
 delicta. Et in hoc superabunt apostolici  
 ceteros beatos, qui non tanta nituere vi-  
 tæ claritate, quia apostolici longe maiori  
 pœnitentia sua deterferunt crimina, quæ  
 ceteri, & hoc constabit tum in iudicio dī  
 uino. Quod si ad hæc rationem Magister  
 docuit illorum merita non esse discutienda,  
 non negando illorum peccata esse pa-  
 tefacienda cunctis non inficiamur illius  
 placitum. At dicet aliquis, num ista ma-  
 nifestatio erit in particulari omnium bono-  
 rum, & malorum meritorum, at in generali dū-  
 taxat? Dixerim in particulari esse tum fa-  
 ciendā manifestationē. Etenim, quæ Daniel  
 dixit esse aperiendos vel apertos libros,  
 hoc insinuat, hoc enim est libros aperire,  
 iudicij.

Peccata & me-  
 rita apostolo-  
 rum patefiet in  
 die iudicij, &  
 aliorum san-  
 ctorum.

Magister  
 magister  
 .biip

Peccata & me-  
 rita sanctorū  
 in particula-  
 ri manifesta-  
 buntur in die  
 iudicij.

Omnes homi-  
 nes appare-  
 bunt in finali  
 iudicio.

Re tributio fi-  
 nalis erit to-  
 ti hominisi.

Magister pla-  
 citum delicti  
 candidis.

Angeli veniēt  
 ad iudicij nō  
 vt iudices sed  
 vt comites  
 Christi iudi-  
 cis, & ob alias  
 causas.

particulatim non generatim demonstrare contenta in libris, itemque ex lib. Apocal. idem praefertur. ¶ Quid quod Dominus idem nos admonet dicens. Matth. 12. quodcunque verbo ociosum, quod locuti fuerint homines reddent de eo ratione in die iudicij, igitur si verba ociosa sunt particulatim manifestanda, quae libet alia grauiora item particulatim erunt propalanda. Denique iudicium particularium est, non vniuersalium. Nunc enim iudicium non v surpamus dialectice, vt iudicium sit affirmatio, vel negatio mentis, assentientis, vel dissentientis, sed capitur iudicium ciuilitate, pro examine factorum, & pro iudicis sententia: haec autem vt feratur praerexigit particularem discussionem factorum, verborum. &c. Caeterum forsitan insultabis ex verbo Domini, sedebitis vos. &c. vbi apostoli & apostolici viri videntur prorsus eximi a iudicio, quando quidem constituuntur iudices, super iudicandos omnes. Vos, inquit, qui secuti estis me. &c. quem locum tractans Hiero. exponit non solum apostolos, sed omnes alios, qui secuti sunt Christum iudices futuros in die iudicij. Quippe Dominus ait, vos, qui secuti estis me, igitur omnium qui secuti fuerint Dominum erit eadem praerogatiua. Quamquam iudices eo putat faturos, quia apostoli crediderunt Christo, & duodecim tribus non crediderunt, id quod est iudicare secundum comparationem. Vnde damnabunt duodecim apostoli duodecim tribus, quia ipsi receperunt fidem Christi non recipientibus tribus duodecim. ¶ Et Chrysostr. ad eundem sensum euangelicum hunc locum intellexit. homil. 33. in Matt. At obicit sibi quid ergo, aut quantum hoc est apostolicum priuilegium, quando quidem, hoc eodem gaudebunt viri Niniuitae, qui surgent in iudicio, & condemnabunt generationem Iudaicam, itemque regina austri. &c. Respondet non solum hac insignientur dote apostoli, sed & alia praecleariori, nempe, quod sedebunt in duodecim thronis, qui throni, erunt singularis & ineffabilis gloriae celsitudines, quibus insignientur apostoli. ¶ Veruntamen indicat aliam viri docti expositionem, quam ipse probat multo diuersam ab hac: siquidem per regenerationem non resurrectionem in mortuorum intellexit, sed conuersionem gentium

ex baptismo post Christi ascensionem sub hac regeneratione animarum Dominus <sup>Expositio ra</sup> <sup>ra de thronis</sup> sedit in sede maiestatis suae, vt psalmus canit. 46. Regnabit Deus super gentes, Dominus sedet super sedem sanctam suam. Quia ergo Domino subiecerunt se gentes, ideo factae sunt sedes Dei. Quippe anima iusti sedes est sapientis. Sapien. 7. Tunc autem sederunt & modo sedent apostoli super duodecim thronos. Sunt autem omnes gentes fideles adumbratae per duodecim thronos, secundum numerum duodecim virtutum, quibus fideles pollebent, alij fide, alij charitate, alij spe. &c. Et secundum hoc quaedam congregatio ceterus fidelium est vnus thronus vnus apostoli, & alter thronus alterius secundum quod apostoli alij, alijs virtutibus quibusdam insigniores fuerunt. Vt quia Petrus fuit insignis fide, habet in thronum eos fideles, qui illa praecipue fulserunt, & quia Ioannes innocentia micuit, eos habet in thronum fideles, qui illam magis colunt: & ita de reliquis. Sedendo autem in istis thronis fidelium iudicant vel damnant duodecim tribus Iudaeorum. Nempe ceterus fidelium, vbi abundat fides damnat Iudaeos de infidelitate. Et Petrus qui ex attributione quadam sedet in hoc throno illos iudicat de infidelitate. Itemque de alijs apostolis dicito: & si placet spaciari discurre per omnes.

¶ Atqui haec expositio non est dissona ab ea interpretatione, quam Hilarius amavit, declarans per regenerationem non resurrectionem mortuorum, sed regenerationem animarum ex baptismo. Vos, inquit, qui secuti estis me in regeneratione, id est, secuti estis meam sanctificationem ex baptismi regeneratione, quam lex desiderabat Moisaica. Et si haec declaratio defenditur, non est cur simus anxij in inquirendo, quo modo erunt iudices apostoli in die iudicij, siquidem secundum hanc expositionem iudicium apostolicum iam agitur in hoc saeculo.

¶ Veruntamen germanior videtur expositio textus prior, quam Hierony. Augusti. & vulgo theologi amplectuntur. Sed adhuc non est cur nos premat quaestio, quo modo erunt iudices apostoli, quippe iuxta Hieronymum & Chrysostr. erunt iudices per comparationem, vt praemonuimus: & nihilominus

excl-

Omnes viri perfecti sedebunt super thronos iudicarios.

in die iudicij  
omnes viri perfecti  
sedebunt super  
thronos iudicarios.

Throni. 12. a  
postolorum  
quid.

in die iudicij  
omnes viri perfecti  
sedebunt super  
thronos iudicarios.

Christus p  
feret iudic  
lem sentent  
apostolici  
ro viri illa  
notificabu  
alij.

Expenditur  
Thomas.

Sententia iu  
dicij finalis  
proferenda a  
Christo voca  
liter at reue  
lato factoru  
erit metalis.

excellentijs iudicabunt, quam Niniuite, & regina Aufri, vt paulo ante dicebamus. ¶ At verò sunt, qui rem hanc amplius ferutantes dicant, sanctos apostolos, & apostolicos viros iudicatuos tum, non ex autoritate proferendi sententiã, quia Christus illam proferet, at verò iudicabunt illam sententiã à Christo prolatam, notificando eunctis electis & reprobis. Itaque istis viri isti insignientur dotibus, & quod erunt sublimiores in loco ceteris electis iuxta Christum conledendo, aut illi assidendo, & quod continebunt in suis mentibus apertiore notitiã iudicandorũ, quam alij electi, & demum quod prolatã à Christo sententiã notificabunt omnibus alijs iudicandis. Hæc autem notificatio erit per reuelationem. Nam sicut angeli docent homines de faciendis, ita homines perfecti, docebunt alios de sententiã iudicis, quæ pro illis, aut cõtra illos erit. Tho. in dist. 4. 7. artic. 1. & in additio. quæst. 89. artic. 1. ex Ricardo Victorino hoc modo theologizat. ¶ Verũtamen si sententiã Christi tum proferenda est vocaliter, vt illi placet, & suis familiaribus, & ex Dei miraculo extendẽda est in omnes homines, tum cõgregatos in correspondentibus locis ad vallem Iosaphat, nõ est opus quod apostoli & alij perfecti notificent Christi sententiã per reuelationẽ, vel aliã alijs hominib⁹. Quod si dixerint sententiã nõ esse futuram vocalem, sed mentalem, aut mentaliter edendam, utiq; res incerta est. Et euangelica narratio magis præfert vocalem illam esse futurã. Quamuis apertio librorum, cuius dudum memineram, reuelatio, videlicet; cogitatum, factorum, verborum, siue sanctorum seu noxiõrum non videtur vocalis futura, vt Magistro placuit. Et enim ex sanctis literis didicimus iudiciũ in momento esse celebrandum. 1. Cor. 15. in momento in ictu oculi in nouissima tuba, & Matt. 24. sicut fulgur exit ab oriẽte, & paret in occidẽte, ita erit aduentus filij hominis. Vbi suum aduentum secundum, coruscationi fulguris contulit Dominus, quia est ocyssima. Et quia à parte orientali vêturus est, ideo ait, sicut fulgur exit ab oriẽte. Et in Deut. 32. si arripuerit vt fulgur iudicium manus mea, eadem vsus fulguris collatione. ¶ Quamobrem non videtur illam apertionem librorum futuram sub tempore;

quia egebat summa morã temporis, & temporum. At vero prolatio vocalis sententiã illius, lte maledicti, Venite benedicti, &c. breui mora complecipotest. Verũ, quia nulla hominis vox, poterit ad maxima spacia distendi locorum, qualiter erunt, quæ tunc occupabunt electi, qui erunt in aere sublati, & quæ occupabunt damnati terra existentes, necesse est ex miraculo fateri illam deducendam ad omnium hominum notitiã. Quia citra miraculum ex natura facultate fieri nõ potest, quod vnus vocis species in tanta terrarum interualla proteletur; nisi velis dicere, tum homines futuros sese penetrantes, quod item citra miraculum nullus cõceder possibile esse. ¶ Mihi tamen simplicius videtur exponendum euãgelicum, quem differimus locum cum priore expositione Chrylostomi, referendo illum ad apostolos Domini. Et per iudiciarios thronos, nõ sedes materiales intelligendo, quæ tum nullæ erũt, sed speciales quasdam prærogativas in iudicando, quæ tũ erunt apostolis cõcessæ. Neq; istæ prærogatiuæ erunt solum in loci positione, quia sublimiores erunt eunctis apostoli, quia circunstabunt Christum à dextris & sinistris, vt Altifiodo. putat postrema quæst. summae theologiae, non solum hoc, sed aliquid eminentius habebũt. At sciscitanti qualis hæc erit eminentia, dixerim cum Chrylost. esse ineffabilem. Veruntamen meminisse oportebit Petrũ fidelibus scribentem dixisse, Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Equidẽ quia caput fidelium Christus, rex est, inde fideles participãt regiã denominationẽ, & quia sacerdos est sacerdotalis dignitatis, nõ sunt a symboli vnusquisq; tamẽ secundũ modũ suum. Siquidẽ sacerdotes abundantius participãt huius sacerdotij dignitatẽ, quia vere sunt sacerdotes cõsecrates corpus, & sanguinem Dñi, vt ipse summus sacerdos Christus consecrauit. At si fideles alij, sunt sacerdotes, quia mēbra sũt supremi sacerdotis, vt in. 1. tomo huius libri prescius tradidimus. ¶ Quãobrem similiter dicamus in proposito nostro. Siquidẽ Christus iudex est supremus viuorum, & mortuorum, sancti fideles itidem participant hanc dignitatem iudiciariã, vnusquisque pro modulo suo. ¶ Quia ergo apostoli Domini, sunt eccle

et hinc qd  
omni solid  
ui ni eubog  
obnsib

Throni fide  
clarij aposto  
lic quicunq;  
aut maiore  
amf

Fideles suo  
modo partici  
pant Christi  
honores.

et qd

Christus pro  
feret iudicia  
lem sententiã  
apostolici ve  
ro viri illam  
notificabunt  
alijs.

Expenditur  
Thomas.

Sententiã iu  
dicij finalis  
proferenda à  
Christo voca  
litæ at reue  
latio factorũ  
erit mentalis.

se vexillam primis; & principes nostri, at  
 que duces, qui sanguine suo plantaverunt  
 Christi ecclesiam, & qui primitias  
 spiritus acceperunt, ideo isti magis parti-  
 cipabunt honorem iudicarium a Chri-  
 sto, quippe illi sunt chariores, & coniun-  
 ctiores. Quamquam enim alij fuerint & ce-  
 runt vim apostolicam imitati perfectio-  
 nem, at non ad eam perfectionem perue-  
 nerunt vita spiritualis, quam sancti apo-  
 stoli adepti sunt, unde primitias accepe-  
 runt Spiritus sancti. Quo circa a quibus est,  
 ut apostolis sit prerogativa singularis,  
 qua non erit in alijs sanctis in honore isto  
 iudicario. At qualis sit illa me latet, quod  
 enim aliquid eant Christo, est sane preroga-  
 tiva, verum aliquid esse, vel esse assessores ta-  
 tum non est esse iudices. Apud nos autem  
 assessores sunt, qui simul iudicant cum prin-  
 cipali iudice, quo modo autem simul iu-  
 dicabunt cum Christo, quis scit? Non enim  
 ipsi proferent sententiam, sed Christus so-  
 lus Matth. 27. & 28. deducet illam ad no-  
 titiam aliorum res dubia mihi est. Ideo  
 res haec latens videtur si non alijs, certe  
 mihi non est perspicuum. Hoc autem cer-  
 tum puto apostolos ob causas commemo-  
 ratas, quia spiritualissimi sunt omnium si-  
 delium, id est sibi vendicabunt Christo  
 largiente maiorem celsitudinem in iudi-  
 cando, quam ceteri omnes, quia spiritua-  
 lis omnia iudicant. Corinthio. 2. Ceteri  
 autem electi, quo spirituales erunt magis  
 honoris huius iudicarij participes. Cete-  
 rum in duobus communicabunt omnes  
 quantum ad hoc, & quod omnibus ele-  
 ctis probatissimum erit Christi iudicium,  
 & istud commune erit etiam angelis Dei  
 sanctis.

¶ Et secundo quod electorum compara-  
 tione facta ad reliquos non electos dam-  
 natio demonstrabitur iusta. Etenim cum  
 electi fuerint homines mortales sicut da-  
 nati, & fuerint tentati, ut isti, & subditi  
 miseris humanis, ut isti, & nihilominus  
 legem Dei electi amplexi sunt, & fide ve-  
 nerati opere, & verbo: at illi legem Dei  
 contempserunt, non relinquitur damna-  
 tionem esse. Quare sapientia docet san-  
 ctos iudicatos nationes, & dominato-  
 ros populis. Erunt autem dominium hoc  
 quod latrabuntur cum viderint vindictam,

& manus suas lavabunt in sanguine pecca-  
 torum. Non quod electi Dei latentur ex  
 odio reproborum, sed latrabuntur propter  
 zelum divinae iustitiae, quae vindictam tu-  
 met de adversariis suae legis, & fidei. Quod  
 vero ait, Manus suas lavabit in sanguine  
 peccatoris, id est ac si diceret, sancti, qui  
 culpabantur a noxijs hominibus, in die il-  
 lo demonstrentur illos fuisse innoxios, &  
 culpam quam falso incutebant electis,  
 in ipsos tunc vere reverteretur.

¶ At dies etiam impij hoc modo iudica-  
 bunt alios impios, quia Niniuitae condem-  
 nabunt Iudaeos, quippe cum essent genti-  
 les, & non nutriti in lege Dei, neque assue-  
 ti oraculis prophetis, nihilominus fide  
 habuerunt verbis Ionae. At vero Iudaei  
 nutriti in lege Dei, & assueti oraculis pro-  
 pheticis, Christo promisso in lege, & esse  
 so per prophetas, non crediderunt, ideo  
 legimus condemnatos Niniuitas in die  
 iudicij Iudaeos. Verum impij hoc iudicio  
 comparativum habentes, illud non habe-  
 bebunt ad gaudium vel consolationem  
 suam, quinimo cedet in damnationem suam,  
 ut Niniuitis cedet in damnationem, quod  
 Ionae primo credentes, deinde relapsi sunt,  
 & tanquam canes redierunt ad vomitu-  
 tum. Beati vero ex illo iudicio gaudebunt  
 incredibiliter, quia se videbunt immu-  
 nes a damnatione eorum, quos suorum me-  
 ritorum collatio condemnat. Hinc spe-  
 ctatum habe quod. 1. Corint. 6. scribitur,  
 In vobis iudicabitur mundus hoc est mu-  
 dani homines iudicabuntur per sanctos.  
 Et hoc iudicio comparativum maxime con-  
 demnabunt sancti, ex fidelibus damna-  
 tos, illis obvertentes, quod cum potiti fuis-  
 sent fidei illustratione & baptismi laua-  
 cro abluti, abusi sunt Christi gratia, siqui-  
 dem illam in vacuum receperunt. Infideles  
 vero damnabuntur ex comparatione ele-  
 ctorum fidelium, quia fidem, quam ele-  
 cti fideles sunt amplexi, ipsi respuerunt.  
 Et si hanc collationem velis collationem  
 vocare discussionem, poteris. Verum quia  
 culpabilis est suscepta fide, secundum il-  
 lam non operari, aut contra illam agere,  
 quam non suscepta, quia servus sciens vo-  
 luntatem Domini, & non faciens sui plagis  
 vapulabit multis: ex comparatione hoc  
 iudicio damnabiliores apparebunt ma-  
 li fideles, quam impij infideles. ¶ Por-  
 ro apostoli maxime damnabunt ex hoc  
 iudi-

Apostoli ha-  
 bebunt ineffa-  
 biles prae-  
 gatiuas in iu-  
 dicando.

Abolitione  
 Christi solus  
 profert senten-  
 tiam finali-  
 tem.

omnibus  
 laetitia  
 illud  
 honoris

Sap. 3.

Psalm. 57.

Match. 22.  
 Luca. 22.

In iudicio ex  
 comparatio-  
 ne praecellunt  
 electi repro-  
 bos.

Luc. 12.

Apostoli  
 xime dan-  
 bunt Iuda-  
 nationem

Expenditur  
 Thomas.

Christus pro-  
 feret senten-  
 tia & causam  
 illius.

Infantes re-  
 probi an lo-  
 cabuntur a fi-  
 delibus in die  
 iudicij.



quoque reprobi infantes, verum in loco semoto à reprobis adultis. Quoniam sicut differens erit damnatio, diuersa erit quoque loci positio. Ex qua loci differentia omnibus constare poterit sententiã Domini, non ferri contra paruulos illos ex loci illa separatione. Et idẽ probabile est infantes electos à dextris locandos futurorostic in loco distanti à ceteris electis, ut palam sit verba Domini, esuriui & deditis mihi manducare, non ad ipsos referri, sed ad adultos electos, & ideo adulti tantum respondebunt, Quando te vidimus esurientem. &c.

Respõ. argu.

Superest argumentis ante oppositum facere satis. Primo dices, quod fideles iudicabuntur. Electi enim iudicabuntur quia illis ex Christi iudicio reddetur præmiũ: reprobi verò iudicabuntur, quia ex Dei iudicio damnabuntur. Et rursum quia cõstabit ex iudicio Christi, quod ipsi nõ vixerunt secundum fidem, quam sunt professi. Quod verò apud Ioan. legimus, intel ligere oportet de iudicio dånationis. Qui credit, igitur non iudicatur, id est, non dånatur: si credit sincere, & operatur incorrupte. Et est enim non alienũ ab scriptura per iudicium subaudire damnationem. Vnde Paulus, Qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. Iudicium quidem manducat, quia ad dånationem Christi corpus sumitur, & sanguis bibitur, si indigne sumitur similiter verbum iudico nonnunquam, idem significat, quod condemno. Luca. 9. Serue nequam de ore tuo te iudico, id est, te condemno. Et ad Rom. 2. In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas. Quod vero inquit, qui non credit iam est iudicatus similiter exponitur, iam est cõdemnatus. At vero. 1. Cor. 5. Eos, qui foris sunt Deus iudicabit, igitur, qui constabit esse iam iudicatos, & esse iudicandos? Et Marci ultimo. Qui non crediderit condemnabitur, igitur tunc iudicabuntur.

¶ Respondetur, iudicandos, quantum ad damnationis pœnam, non tamen quantum ad discussiõnem: quia nihil meritorũ gerunt discutiendum. At vero hoc verũ est de meritis, quia hæc desiderant infideles, & nulla habent, quæ veniant discutienda: cæterum mala eorum merita discussione possunt subiacere, quantum ad pœnæ quantitatem, etiamsi non quo ad pœnam quia quantum ad hanc, nulla est necessaria discussio. ¶ Fideles verò damnandi tum videntur discutiendi, quia fidem habuerunt Christi, & nonnulla aliquando miscuerunt merita bona. Vnde restat videndũ, si perseuerantes fuerunt. &c. ceterum de hac re supra facta est mentio. De infantibus vero disertum est. ¶ Confirmationi arg. 3. & 4. Item liquida ex præhabitis est responsio. Quod vero superest non liquidum illud est, quod inculcat argumentum. Si quidem locus alter apostolos iudices & sedentes facit, alter vero iudicandos, & stantes. Porro sedetes traduntur relati ad duo decim iudicandas tribus, stantes vero relati ad tribunal iudicis. Iudices quidem nationum, at iudicati à Christo. Quippe etiam in illos proferetur iudicij sententia venite benedicti patris mei. &c. Et causa sententiæ illis congruet, Esuriui & deditis mihi manducare, & reliqua.

Est autem istis attextenda quaestio de igne conflagrationis, quem sancti doctores tradunt tum venturum, quamuis qualis sit ille futurus ignis, non est vsquequaque constitutum. Sane huius ignis conflagratorij sacra, & prophana meminere scripta. Siquidem insinuat primo fuit Deuterono. 32. Ignis ait, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Et Esaias capitulo. 66. illum non tacent dicens, Ecce in igne veniet Dominus, & quasi turbo quadrigæ vel quadriga ei, vt nostra lectio habet, reddere quali in indignatione furorem suum, & inre pationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus dijudicabit: & in gladio suo ad omnem carnem: & multiplicabuntur interfecti à Domino. Quæ verba nos elucidauimus in elucidationibus nostris ad Esaiam. Et vates ille regius eiusdem fecit mentionem. Ignis, inquit, ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu. &c. Psalm. 96. Quibus Paulus concinit. 2. ad Thessalonicen. 1. In reuelatione Domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio Domini nostri Iesu Christi. Consonus est Petrus. 2. Petr. 3. In quo cæli magno impetu transient elementa verò calore soluentur, Terra autẽ

Iudiciũ aliquã cõdånationẽ significat quæ est altera pars iudicij, & ite iudicare significat cõdånare.

De igne conflagratorio.

Cõciliatur loca sacra.

Sibyllæ extremo dicio.

autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Et postmodum subdit per quem cæli ardentés soluentur. Extat autem ex profanis oraculis, quædam Sibyllina carmina in. 2. lib. Oraculorum.

Sibylla de extremo iudicio.

Tunc ardēs fluius, cælo manabit al alto Igneus, atque locos consumet funditus omnes,

Terramque, Oceanumque ingentem, & cæcula ponti

Stagna, lacus, fluiuos, fontes, Ditemque ieuerum,

Cælestemque polum: cæli quoque lumina in vnum

Fluxa, fluent forma deleta prorsus eorum

Astra cadent, etenim de cælo cuncta reuulsa.

Ouidius quoque. 1. Metamor. Sibyllæ vaticino concinit sub carminibus istis.

Esse quoq; in fati reminiscitur affore tēpus

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli

Ardeat, & mundi moles operosa labore.

¶ Quin & Seneca in fine lib. de consolatione ad Martiam non discrepat. Si tibi, inquit, solatio potest esse cōmune fatum, nihil quo stat loco, stabit, omnia sternet, adducetque secum vetustas. Supprimet montes, sorbebit maria, flumina auertet, & cōmercio gentium rupto, societatem generis, cætumque dissoluet: alibi hiatiibus vastis subducet montes, vrbes tremoribus quatiet, & ex infimo halitus pestilentia mittet, necabitque omne animal, orbe submerso, & ignibus vastis torrebit, incendetque mortalia. Et cum tempus aduenerit, quo se mūdus renouaturus extinguat, viribus ista se, suis cadent, & sidera sideribus incurrent: & omni flagrante materia vno igni, quidquid nunc ex disposito lucet ardebit. Et Lucanus lib. 1. Pharsa. istis est subscriptor in hæc carmina.

Sic cum compage soluta  
Secula tot mundi suprema coegerit hora  
Antiquum repetens iterum chaos omnia mistis

Sidera sideribus concurrent, ignea pontum

Astra petent, tellus extendere litora nolle

Excipientque fretū, fratri contraria Phæbe. Et reliqua.

¶ In carminibus autem Sibyllinis fluiū igneum de cælo descendurum memora- tur, qui omnia deurat, & funditus consumat terrena omnia. Vnde præpta est collectio iuxta vaticinium istud ignem conflagratorum futurum elementarium, qui tamen demissus ab alto, & incendens terrena efficietur visibilis ex materia crassa quæ sortietur. At vero non omnibus Theologis est istud confessum. Multorū enim asseueratio est, hunc ignem non elementarium futurum, neque de cælo manaturum ab alto, sed Deum tunc congregaturum omnes ignes, qui erunt in terra, & subitus terram in vnum ignem flammantem. Cæterū si Dominus, vt lumeret vinctam de nefandis Sodomitis pluit ignē de cælo: & deustus quinquagenarios milites sub Elia, ignem demisit de cælo nihil habet improbabilitatis, quod Sibyllinum docet carmen. Restat tamen dubitatio, num hic ignis, sit, qualē volēs, deuret substantias omnium elementorum, quia mixta esse consumenda non vertimus in dubium, excepto homine. Et quidem si ignis elementarius ab alto manabit, miraculo esset dandum, quod non absumeret aerem, aquam, & terram. Et rursum quia Petrus. 2. Ca. 3. Nouos cælos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus. Idemque comemorat Apocaly. 21. Et vidi cælum nouum & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est. Hæc autem testimonia vulgo Theologi non ad substantiæ corruptionem referunt, quippe tradunt substantias elementorum esse mansuras, verum erit renouatio secundum qualitates. Vnde asserunt, ab igne esse semouendam vim combustiuā, ab aere vero obscuritatem, ab aqua frigiditatem, à terra ponderositatem. Itaque ignis tum non erit calidus, neque aqua frigida, neque aer tenebrosus. Citantque in hanc sententiam. D. Basilium declarantem Psal. 28. versiculum illum, Vox Domini intercedentis flammam ignis. At Basilius eo loco vim vstiuam diuidendam docet à vi illustratiua ignis tum, at aquam semouendam à frigiditate non docet: & de aere nihil meminit. ¶ Porro quia elementa suas substantias immunes seruant sub suis qualitibus primis, atque secundis: enim uerò si aqua plurimum rarescat

Differuntur carmina.

Gene. 19.

4. Reg. 1.

rescat definit esse aqua, itemque si plurimum calefiat vertetur in ignem, vel aerem, itemque de terra apud Philosophos planum est. Quapropter necessarium erit fateri quod si ita est, ut istis placet Theologis, aqua diuino miraculo esse tum seruandam, item ignem, itemque terram, namque si ipsa non est ponderosa non erit grauisissima; neque locus proprius erit centrum, ideoque semper erit extra suum locum naturale. Quare non video etiam quomodo erit tunc terra sicut Christallus: siquidem Christallina substantia mixta est & non poterit elemento terrae competere. At quod aer tum vertetur in caeli puritatem, & quod ignis erit, ut Sol, & Stella, itidem non video: quia tunc ignis non esset elementum. Quippe ignis elementarius est rarissimae & inuisibilis materiae, ut supra ex Aristo. comonefaciebam. Vel igitur oportebit multiplicare miracula, nulla urgente necessitate, quod sincera Theologia non amat, aut renouationem elementorum non ad istam, sed ad aliam rationem expendere. Quod autem substantiae totae elementorum non corrumpentur annuo, ut mox disseretur, at vero innouatio illorum non erit quia amittent suas qualitates actiuas, & passiuas, vel qualitates alias secundas, scilicet, ponderositatem, densitatem, &c. Verum quia post diem iudicij non se inuicem alterabunt secundum illas, quia alterationes elementariae, ut mixtorum pendent a motu caelesti, qui tunc finem habebit. Ideo citra miraculum non inuicem agent neque inuicem patietur elementa, quia cessante causa cessabit effectus. Ideo cessante motu caelesti, cessabit alteratio elementorum.

¶ Porro aduertendum est rem hanc non esse prorsus extra iudicij & controuersiae aleam: siquidem etiam si id quod diximus sit asseueratio vulgata Theologorum, sequentium Augustinum lib. 20. de Ciuit. Dei. cap. 24. qui plane fatetur neque elementa, neque caelos, soluenda esse secundum suas substantias, sed solum secundum qualitates, aut secundum pristinos effectus. Et ad hanc rationem intellexit verbum Petri indicatum, & quod caeli tum erunt noui, & terra noua: & quod mare non erit, quia non alet pisces, neque falsugine afficietur, neque navigationibus sulcabitur.

Placita de  
qua. varia.

Ut terra noua erit quia virgulta, & arbores & alia vegetalia non alet, neque metalla nutriet, neque pondera & difficiorum sustinebit. &c. Et sicut Petrus dicit sub diluuiio caelos esse solutos, intelliges aereos, ita sub iudicio iudem caeli soluentur.

¶ Subteripsit Genadius lib. de Ecclesia. dogma. cap. 70. Caelum, inquit, & terram non credamus abolenda per ignem sed in melius commutanda, figuram quoque mundi non substantiam transiuram. Verum obstant istis plura, & quod Psal. ait, Ipsi peribunt tu autem permanes, & omnia sicut vestimentum veterascet: quod autem veterascit propere interitum est. Et rursum, Caelum & terra transibunt. Et praeter haec Esaias ait, cap. 51. Caeli tanquam fumus liquefcent. Et Apo. 21. & Eia. 65. Motus est autem istis testimonijs Ambrosius Episcopus Copsi com. ad Epist. ad Hebraeos, ut crederet caelos alterandos & deurendos, & corrupendos substantialiter & mutandos in caelos pulchriores, quam nunc sunt. Et istud preferunt Sibyllina carmina, quae ipse non profert, Caeli quoque lumina in vnum fluxa fluent. &c. Item theologizat de terra, illam futuram tunc aliam ab hac nostra propter verbum Petri iam citatum, nostramque vertendam in aliam longe pulchriorem, & amoeniorem, quam inhabitabunt, ij qui non sunt digni regno caelesti, neque gehenna: quales pueri sunt defuncti sub infectione originali. Nam hic Ambrosius, hoc piuum esse dogma arbitratur: id quod nos ex Nicolo & alijs referebamus, & arguebamus. Neque longe abest ab hoc placito Clemens in. 2. recognitio. volumine duos caelos credens, & visibile, quod cernimus, & inuisibile: ignemque caelum hoc visibile esse deustum penitus testatur, ut illo subruo per ignem, caelum inuisibile pateat ut fracta testa oui, pullus emergit. Neque Hilarius abhorret ab hoc dogmate Canone. 4. in Matthaeum. Et Hierony. lib. 4. com. in Esa. docet hoc placitum fuisse Stoicorum Philosophorum, credentium, mundana omnia absumenda ex igne. Et quidem Senecam Stoicum supra in hanc sententiam indicabam: & Ouidium referentem idem carmine suo. Fuerunt alij, ut Oecumenius, qui in collectaneis suis tradit caelos quidem esse ex substantia corruptibiles,

Matth. 24.  
Mar. 13.  
Luc. 21.  
Psal. 102.

Infantes erunt  
post iudicium  
in loco amoeniore  
secundum  
quosdam

Quatuor elementa pertinent ad ordinem essentiae & in vniuersi.

les, at ex igne purificante illo conflagra-  
torio, purificandos & reddendos incorru-  
ptibiles. Itaque secundum hoc dogma, ig-  
nis non solum purificabit elementa, quin  
& ipsos celos: non solum aereos caelos quod  
probatum omnibus: sed etiam aethereos ce-  
los: ubi infixata sunt astra. ¶ Cui placito  
planè, & indubitata refragatur ab schola-  
sticis Theologis, quantum ad aethereos ce-  
los etiam in reliquis non conveniant: quia  
substantias elementorum superstitès futu-  
ras testantur contra illos. ¶ Et sunt qui  
contendant caelos aethereos esse igne sol-  
uendos, verbum Petri non de aereo caelo,  
sed de aethereo intelligentes dicentis, quod  
caeli sunt igni exurendi. Aiunt namque  
in sacra scriptura per caelos, pluratiue nul-  
quam aerem, sed aethera intelligi cum ta-  
men hoc falsum sit, quia ubi nos legimus:  
Benedicite volucres caeli Domino, He-  
braice legitur, volucres caelorum: &c.  
¶ Beda verò com. ad Epistolam Petri. 2.  
diuersum arripuit iter credens duo elemen-  
ta aerem & aquam esse peritura ab vltio-  
ne ignis illius: at vero terram, & ignem non  
esse abolenda, sed solum purganda. Quod  
si vt sonat habendum est, post diem iudi-  
cij à caelo summo vsque ad terram solum  
erit elementum ignis. ¶ At verò quia  
hoc Bedae dogma iuxta literam sonitum ab-  
surdum videtur. Quippe non est cur po-  
tius duo illa, quam alia duo seruentur ele-  
menta: quando quidem quatuor elementa  
sunt pertinentia ad ordinem essentialem  
mundi, & sunt partes huius vniuersitatis  
mundanae praecipuae, quae tamen si secun-  
dum partes corumpantur, ex toto non  
corrumpuntur. Ideo videtur si haec duo  
desideraretur vniuersum etiam mancum,  
& violatum futurum post diem iudicij.  
Propterea Bedam intelligo, quod aer &  
aqua non manebunt: quippe actio & pas-  
sio, & corruptio & generatio maxime ap-  
parent ex istis elementis. Etenim propter  
eorum humiditatem excipiunt, facile, &  
plurimum caelestem actionem: vt mare est  
indicio ex suo fluxu & refluxu. Et plu-  
uiæ, & grandines & niues, &c. testantur:  
quae omnia in aere fiunt, & aequa fortun-  
tur naturam. Et plura procreat mare ani-  
malia quam terra. Quod vero Oecume-  
nius aiebat Philosophiae aduersatur. Ete-  
nim si caelum ex corruptibili fieret per ig-  
nis adustionem purificantem incorrupti-

bile, ignis ille non purificaret, sed potius  
corrumperet: & caelum prius non purifica-  
retur sed potius corrumperetur: quando qui-  
dem caelum nouum, & vetus different  
plusquam genere. Etenim corruptibile &  
incorruptibile plusquam genere differunt  
secundum Aristotelem. 1. 0. Meta. tex. 26.  
igitur ignis ille nihil purificabit, quia ne-  
que caelum vetus, quod corrumpit, neque  
nouum, quod non eger purificatione. At  
testimonia illata, quae praefertur caelorum  
interitum, atque elementorum, vtique si  
praetextus verbalis solum habenda esset  
ratio, praetextus hoc innuit, celos, & mun-  
dana omnia esse profus peritura, & reno-  
uanda. Verum ratio aliud monet, substan-  
tiam caelorum illaenam permanens, at-  
que elementorum. Si quidem caeli sunt se-  
cundum germaniorem Philosophiam in-  
corruptibiles quomodo ergo tunc corrup-  
pentur, aut annihilabuntur: si a Deo enim  
perdendi erant, non creasset illos Deus na-  
tura incorruptibilis. Quid quod ignis il-  
le non potest agere in caelestes globos, si-  
quidem caelum est inalterabile, & nihil ha-  
bet istarum actiuarum, & passiuarum qua-  
litarum: Rursus quia autores commemorati  
dicunt istam conflagrationem esse pu-  
rificationem: At si purificabit elementa,  
igitur manebunt quae prius puriora tamen  
& caelum nihil habet purificandum.  
¶ Quod si dixeris, Luciferum cum suis An-  
gelis caelum violasse, vtique si violauit, ce-  
lum empyreum violauit, at hoc caelum  
quis dicet esse deurendum: Quid quod pec-  
catum Angelorum erat spirituale, ideo cor-  
pora caelestia non violauit. Quippe modi-  
co post peractum peccatum deturbati sunt  
à caelo. Neque peccata spiritalia, quae ad-  
mittuntur in Ecclesia, Ecclesiam violant.  
¶ Quamobrem testimonia allata intelli-  
ges vt supra intelligebam. Hoc enim vo-  
lebat Dominus dicens, Caelum & terra trā-  
sibunt, quantum ad rationem motus varij,  
quam habent. Et quod Esaias. 34. dixit, ce-  
li complicabuntur tanquam liber, & mi-  
lilia caeli defluet. Quia cessabunt tunc con-  
iunctiones, oppositiones & aspectus varij  
astrorum, & influxus in haec inferiora. Ideo  
complicabuntur, siquidem cessabit hyems,  
autumnus, ver, & aestas, & motus Solis in  
obliquo circulo & planetarum. Et quia haec  
deficient, ideo dicuntur caeli perituri &  
complicandi, quantum ad statum, videlicet

Caelum est  
natura incor-  
ruptibilis &  
ideo est in-  
alterabile.

Peccatum Lu-  
ciferi non  
violauit ce-  
lum violatio  
ne egerit pu-  
rificatione.

Contra hoc  
dicitur in  
1. Petri. 2.  
quod omnia  
creatura  
sunt corruptibilia  
& transibunt.

seru-  
dicium  
am-  
ndum  
am

Quatuor ele-  
menta perti-  
nent ad ordi-  
nem essentia-  
lem vniuersi.

1. Petri. 2. 8

cet quem modo habent. Idem de elementaria purificatione dicit. Neque hoc mirretur præcitas Ambrosius tanquam ab horrens ab scripturæ consuetudine, si qui de cælos apertos legimus Acto. 7. & Esaiâ clamantem. 64. non ignoramus diruptionem cælorum. At nemo dicit, cælos vnamquam apertos, aut diruptos. Tropus est autem scripturæ, cæli apertionem vocat, secundum effectum. Quippe apertio est ad demonstrandū occulta, quia ergo Stephano ostensus est Christus, qui absconditus est ab oculis nostris, ideo dixit cælos videre apertos. Et quia hanc ostensionem Christi Esaias desiderabat rumpendos cælos exposcebat. ¶ In quem prope modum, quia elementa ab statu priore in statum alium longe diuersum conuertentur: & cæli quoque in alium statum salua illorum substantia sunt mutandi, ideo illa peritura docet scriptura. ¶ Quod verò addit Ambrosius præindica tus terram futuram amœnissimam vt infantes nō ablu ti ex baptismo in illa oblectetur, non probos: siquidem amœnitas sine virore herbarum, & copia arborum, & riuorum decursu non constat: hæc sine miraculo nouo tum non extabunt: quia motus cæli cessabit, vt supra dist. 45. actum est. Imò mihi probabilius ducitur terram esse. tunc obtuolendam aquis, vt nihil illius extet, Quia reducenda videtur, ad exordiū suæ creationis: creata enim fuit obducta aquis. Vnde Dominus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Gen. 1. ¶ Quod vero Clemens aiebat, duos tantum esse cælos, non videtur consonū scripturis diuinis, nam. 2. Reg. 8. traditur, Si enim cælum & cæli cælorum, te capere non possunt, & Ecclesia concinit, cælos, cælorumque virtutes in præfatione nominans: quã rem prescius dissertam videbis in. 2. nostro Senten. lib.

**q. 2. annexa.** ¶ Secunda quæstio annexa huic Disputationi est hæc, an hæc conflagratio præcedet iudicij diem, an sequetur? Etenim concors videtur Doctorum asseueratio præambulam esse futuram hanc conflagrationem: siquidem purgabit mundum, & renouabit. Et purgatio erit ab inquinamētis in seculo hoc admissis cōtra Deum. Quippe homines peccatores abutendo mundo contra Deum, illum videtur suo modo coinquinare, ideo ignis ille erit ad

purgandum & purificandum elementa. Vnde traditur asceturum ignem in eum locum aeris, in quem cataclismis peruenit. Gene. autem. 6. inundatio illa cataclismi superauit. 15. cubitis, montes omnes etiam excelsissimos orbis. ¶ Vnde testantur ignis, vt sic dixerim, cataclismum illo peruenturum, quia putant nidorem sacrificiorum oblatorum idolis, illo vsq; permeasse. Bonauent. hac distinct. etiam vltra ignem peruenturum opinatur vsq; ad igneam spheram, non ad purgandam hanc, sed ad illam renouandam a vetusta te corruptionis: quia ignis sphericus ex parte corrumpitur ab aere, & ex parte generatur. ¶ At verò quo modo ignis aget in ignem illum igniando, & renouando, non est mihi exploratum: quia simile non agit in sibi simile actione corruptiua. ¶ Sed neque memini ex diuinis oraculis an compertum sit ignem processurū. 15. cubitis supra eminentissimos montes: verum ex similitudine ducitur ratio, ex cataclismo aquæ ad cataclismū ignis. Ideoque glossa supra. 2. Petri, illud censuit. ¶ Veruntamē ignis iste conflagratorius non solum apparebit in hoc nostro hemispherio, sed & in alio, quem colunt antipodes, quamuis in nostro apparebit iudex Christus. Siquidem Ioelis. 3. Super vallem Iosaphat, quæ situm habet inter montem oliuarum, & Hierusalem veniet Dominus iudicaturus. Ideoque interpretatur vallis iudicij: non quod Dominus in illa locabit pedes suos, sed quia in sublimi aere illi correspondente existet iudicaturus. Diuina autē virtute ex altero hemispherio, & ex nostro, Angeli sancti adducunt reprobos, & electos iudicandos: quorum ministerio congregabuntur illorum cineres excitandi. Ignis autem ille conflagratorius igniens aerem, & aquam, necessario illa calefaciet, & rarefaciet valde. Vnde necesse est, si hæc duo elementa rarefiunt valde, quod aer secundum partem supremam densetur, quo densato, ignis quoque densabitur fugiens penetrationem dimensionum. Et aquam item censuerim secundum partes suas centrales densationem subituram: vt cedat partibus superioribus rarefactis. Absoluto tamen iudicio, & aer restituetur in calorem, humiditatem & raritatem sibi germanam, & aqua in frigiditatem suam & den-

Phrasia scri-  
ptura.

Ambrosius  
episcopus. Cō  
psi. non pro-  
batur.

Immo  
non  
videtur  
consonū  
scripturis  
diuinis

Conflagratio  
adustio  
nō superabile  
terminū cata-  
clismi Noeti  
ci.

Ignis conflagratorius nō  
solum ardebit in nostro  
hemispherio  
sed in oppo-  
sito nobis.

Augustinus  
expeditur.

& densitatem, vt denique ignis in sibi natura raritatem.

¶ Nam verò, vt ad institutum nostra recurrat oratio, quæ stio propofita erat, si præambulus conflagratorius ignis erit ad iudicium, an cōsequius? Quia cōmuni sententia præambulum fatenti, obsistere videtur Augustinus. 20. de Ciui. Dei. cap. 30. ad finem in hæc verba, In illo vtique iudicio, vel circa illud iudicium, has res didicimus esse venturas, & futuras, Heliam Thesbitem, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum, malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, eiusdemque renouationem: quæ omnia quidem ventura esse credendum est. Sed quibus modis, & quo ordine venient, magis tunc docebit experientia, quam nunc valet ad perfectū consequi hominum intelligentia. Existimo autem eo, quo à me cōmemorata sunt ordine, esse ventura. ¶ At verò quī constet hic ordo, quē August. docet, equidem non est perspicuum. Et enim videtur Heliam Thesbitem, & fidem Iudæorū post persecutionem Antichristi esse ventura: quando quidem Helias veniet, vt Iudæorum corda trahat ad fidem Iesu Christi. Iudæi enim Antichristo præbebunt fidē, Domino testante. Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si aliter venerit in nomine suo, illum accipietis in sinuās Antichristum. Ab hoc autem errore Iudæos abducturus est Helias, vt Malachię vaticinium docere videtur. Ecce, inquit, cap. vltimo, mittam vobis Heliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis: & conuertet cor patrū ad filios, &c. ¶ Rursum difficilis ordo est quod prius Dominus venturus sit ad iudicandum, & quod postmodum mortui resurgent: siquidem conuenientior ordo videtur quod iudicandi expectent iudicem, quam contra. ¶ Præter hæc quod conflagratio præcursoria erit testimonia sacra clamant, quæ supra citata sunt ex Psalmo, & Esaia dicente. Ecce dominus in igne veniet. Si autem ignis erit postea, nō veniet in igne, sed recedet Dominus in igne. Et Danielis. 7. à facie iudicis sedentis describitur fluuium exire igneum, vt idem insinuet, quod priores loci insinuant. Et equidem Bonauē. in vltima

quæst. huius hoc idem discutit dubium, quantum ad postremum, quod veramus de conflagrationis ordine, & alioqui rem nō absoluit. Et nisi Augustinum intelligamus, voluisse conflagrationem esse posteriorem, non illam, quæ purgabit electos Dei, vt mundi sistant in iudicio, sed illam, quæ cruciabit reproborum corpora & animas, me latet Augustini intelligentia qualis sit. Siquidē deiectis corporibus damnatis ad tartara simul cum illis deuoluetur fluuius rapidus ignis, qui cruciabit æternò illos. ¶ Quod verò dicit postremo futuram renouationem, non est asperū intellectu, quando quidē sublati electi ad æthera, & reprobis ad tartara detrufis & mundo purificato, & quieto, mūdus nouum habebit statum quem sempiternò obseruabit. Tu tamen considera aliam intelligentiam Augustini forte congruentiorē. Nisi forte quispiam addat, ignem deusturum seu repurgaturum terram, quam calcarunt pedes damnatorum, & aerem, quem ipsi suo halitu infererunt, postquam ipsi demersi sunt ad tartara, & post hanc terræ repurgationem ignem hunc esse diuina virtute descensurum ad baratrum, forsan non ineptiet. At vero arcana hæc sunt & rationem, & sensum hominum superant valde. Nihilominus Ioel. 3. legitur, Ante faciē eius ignis vorans, & post eum exurens flāma. Quæ verba Glossa interli. retulit ad diē iudicij. ¶ Est. 3. quæstio contexenda prioribus, quando creditur venturus Christus, vt ponat rationem cum seruis suis, siquidē Lactantius Firmianus lib. 7. institutionum, cap. 7. credit expleto anno sexies millesimo venturum Dominum ad iudicandum orbem. Ratio quæ hominē duxit in hæc sententiam, est, quia dies laboris sunt sex, & Sabbatum dies est quietis & 7. nam septimo die requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Et sex diebus fecit Deus cælum & terram, & contenta in ipsis, ergo curriculum sex milliū annorū erit duratio huius mūdi laborib⁹ pleni & miserijs, & illis expletis erit Sabbatismus, & consummatio omnium laborum, & perfecta quies sanctorum. ¶ Hilarius itidem canone in Math. 17. subscriptor est. Et August. lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 17. nō videtur abhorrere ab hoc placito. Alij addunt sex millibus, quingentos annos. Et Hebraeo-

Conflagratio  
præambulus  
iudicio.

De duratio  
ne mūdi quæ  
stio.

Augustinus  
expenditur.

De duratio  
ne mūdi quæ  
stio.

Helæ vatic  
nium ex Tal  
mudico codi  
ce.

brarum hoc est vt videtur commune etiam decretum: quia in Talmudicis codicibus ordine. 4. tract. 4. in lib. cui inscriptio est Sandriu, hoc iudicium ex Helæ prophetia refertur duraturum mundum solum sex millia annorum. Vnde inquit, sex millia annorum erit mundus, & iterum destruetur. Duo millia inanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Messia. Vocat inanitatem legem naturæ: quædo nulla lex erat à Deo euulgata. Ambrosius autem istis non acquieuit lib. 7. côm. in Lucam: etiam si ipse censeat ibidem iam suo æuo fuisse transacta sex millia annorum, quod secundum veritatem Hebraicam tum nondum fuerant expleta: imo neque modo, quia ab exordio mundi vsque in Christi natalia fluxerunt anni. 3962. Vnde à natalibus Christi ad annum hunc in quo hæc scribimus defluxerunt. 1576. quare ab exortu mundi vsque modo decursi sunt. 5538. Et restant ad seculi summationem si vera narrassent Lactantius, & Hilarius. 462. Porro August. in Plalm. 6. confutat hoc placitum, primo citans illud Matth. 24. De die illa nemo scit neque Angeli Dei, neque filius hominis, sed solum pater. Et. 1. Thessa. 3. Dies Domini sicut fur veniet. Et rursus si peractis sex millibus annorum erit dies iudicij, iam ergo palam erit, quando erit dies iudicij. Porro euadet forsitan quispiam hoc argumentum, dicens, scripturam solum tradere diem illum nouissimum esse occultum, non quia latet omnes quoto die erit. Verum tempus iudicij finalis hoc non est absconditum, quia erit sex millibus completis annis. Hanc tamen argumenti elusionem Augustinus ad Eschium epist. 78. deludit in hæc verba, De die autem illo, & hora nemo scit, sunt, qui sic accipiunt, vt putent se posse tempora computare, diem verò tantummodo ipsum, & horam neminem scire. Vbi omitto dicere quemadmodum scripturæ soleant diem & horam pro tempore ponere. Sed certè illud de ignorantia temporum dictum apertissimè est. Nam cum Dñs interrogatus esset à discipulis suis, Nemo, inquit, potest cognoscere tempora, quæ Pater posuit in sua potestate. Non enim dixit diem, vel horam, sed tempora, quæ in breui spacio non solent dici, sicut dies vel hora, at nos legimus tempora vel momenta. Locus igitur

Acto. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, item probat ex August. tempus iudicij esse occultum, et si ipse non legit vel momenta, vt nostra lectio habet.

¶ Et demum ratio peremptoria hoc colligens hæc est, quia iudicium finale est opus supernaturale: itemque mundi finis, est supra naturam totam. Ergo nõ subest cognitioni mortalium, vel Angelorum huius rei notitia, nisi ex reuelatione, at reuelatione esse omnibus negatã, locus Matth. 24. docet. De die autem illa. &c. Quod si scisciteris, quid ergo, etiam Christum iuxta Matth. & Marcum latet: vtique non latet. Etenim illum non latet, quia Deus est, & filius Dei sed neque quia homo est, siquidem hac ratione vêturus est iudicare quia homo. Igitur vt ipsum non latent omnia facta & cogitata hominum, etiam illi patebit iudicij dies. ¶ At verò autor operis imperfecti Hom. 50. in Matthæum docere videtur Christum latere diem illum. Vnde inquit, nos nõ pudeat profiteri ignorantiam diuinorum mysteriorum, quandoquidem Christus confessus est se ignorantiam habere diei nouissimi.

¶ Porro Hiero. côm. huius loci affirmat clausulam hanc, neque filius hominis, non extare in Græcis codicibus præsertim Adamantij, & Pierij. Idemque testatur Euthymius. Et Ambrosius lib. de fide. 5. cap. 8. affirmat hæc ipsam particulam, neque apud Marcum olim fuisse scriptam, sed ab Arrianis dolose adiectam. Vt hinc firmarent suum dogma vehementius Christum asserens non esse Deum. Cæterum Orige. tracta. ad Matth. 30. Chrysost. homil. 78. Hilar. Cano. 26. in Matthæum legunt, Neque filius. Et equidem vtraque lectio siue legas, Neque filius hominis, siue neque filius, est aspera intellectu. Nisi quod illa prior mollior videtur, siquidem Christum ex natura humanitatis nescire diem iudicij verum est. Et hoc verum est quia ex natura humana non constat Christo, vt homini dies ille, sed ex scientia infusa in animam eius. ¶ At posterior rigidam habet faciem, quia præfert filio Dei negatam esse scientiam diei iudicij. Cæterum Augustinus enarras Plalm. 6. sic habet. Vbi ergo, quod neque filius nouit? Quod vtique ideo dictum est, quia per filium homines hoc non discunt, non quod apud se

Finis & con-  
summatio se-  
culi est supra  
naturã, ideo  
non pot sub  
esse cognitio  
ni mortaliu,  
vel immorta-  
lium Angelo-  
rum.

Christi nõra  
tione huma-  
nitatis scit  
diem iudicij.

Deut. 13.

Quomodo  
Christus ig-  
norare scribitur  
diem nouissimum.

Deut. 13.

Quomodo  
Christus ig-  
norare scribi  
tur diem no-  
uissimum.

ipse non nouerit, sed secundum illam locutionem, Tentat vos Dominus Deus uerter, ut sciat, id est, ut scire faciat vos. Exurge Domine, id est, fac nos exurgere. Cum ergo ita dicatur filiū nescire hūc diem, non quod nesciat, sed quod nescire faciat eos, quibus hoc non expedit scire, id est, non eis hoc ostendat. ¶ At forsan quispiam opponet August. Ad eam rationem etiam dicemus patrem nescire diem iudicii, & spiritum sanctum, quippe hunc diem ipsi non docent. ¶ Forte responderi poterit, Patrem concedidisse filio suo, ut homini autoritatē magisterij uniuersalis erga omnes homines: idē ipse uocat le Magistrum, subaudi, mysteriorum Dei. Vnus est, inquit, Magister uel ter, idēq; de solo filio scribitur nescire, quia non docet nos diem illum: quia filij erat si esset docendum hoc docere, non patris neque spiritus sancti. Ideo non docentibus patre, & spiritu sancto, non propterea nesciunt, quia non illorum est hoc docere mysterium. Verum insultabis etiam nūm, quia spiritui sancto, itē competit doctrina fidelium, est enim doctor Ecclesie. Spiritus, inquit, sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, &c. Vtique docebit omnia in particulari & aperte quā Christus generali doctrina expressit. At dies iudicii quando uenturus sit, nullo sermone neque generali, neq; particulari Christus significauit, ideo huius rei magisterium non est spiritus sancti, cur alioqui cuncta patent.

¶ Sunt ergo praeuoluptuosi homines, qui tempus contumationis mundi exquirere satagunt, quod exploratum Deo solum est, ideoque est in arcanis secretis diuinitatis. Neque ob aliam causam arbitror Christum tam exaggerate dixisse se nescire, hocque tropo sermonis usum fuisse nisi quia praeuidebat huius rei futuros inanes indagatores. Ut ergo eos subduceret à uana indagine dixit, se nescire, ut nemo tentasset huius rei scientiā habere, quam ipse eō se profitebatur nescire, quō alios docere eandem uolebat. Hoc autem tropo loquendi uere affirmant confessari sibi resecta sub confessionis arcano se nescire. Et qui proferuntur in testes, uere negāt se nescire, quā probari non possunt. Nos multa de finali iudicio in declamationibus ad Esaiam diximus, quā huc inserere

non iuuat. Ex praedictis promptum tibi erit, cur Esdra liber. 4. reiectus sit, & inter apochrypha recensitus, quia durationem mundanam praescripsit. Ait enim cap. 14. durationis mundanae duodecim esse partes, ex quarum numero iam suo tempore transactas fuisse decem & dimidium undecimae partis. Quod si uerum esset, iam pridem mundus delisset, siquidē ab exordio mundi ad Esdrā fluxere anni. 1470. in quo numero abruptae erant partes decem & dimidia undecimae. Exiguum igitur erat quod restabat explendum, nūc uero ab Esdra utque in annum praesentem plusquam bis mille decursi sunt anni.

## D I S T I N.

48. & 49, Quarum initia sūt. Solet etiā

uari, & Post resurrectionem.

## D I S P U T A T I O P R I M A.

Num creata mens uide-  
clarè deitatem ex ipsa vi-  
sione, uel ex alio beetur?



T V I D E B I T U R Argum. 1.

foras alicui, quod ex uisione non beetur, Primo, quia per illū actum beatur potentia appetitiua rationalis, seu uolūtas, qui est immediatior, & propinquior fini ultimo suo: at uelle est immediatior actus ad ipsum finem ultimum: igitur beabitur per uelle, & non per uisionem. Maior patet quia finis extra, qui est obiectū uoluntatis est optimum simpliciter: igitur

tur

tur cum per velle magis tendat voluntas in hoc optimum quod est extra se quam per intelligere, per velle beabitur.

**Confirmatio** ¶ Siquidem etiam si per intelligere originaliter tendat in summum bonum, at vero completiue, & formaliter non tendit in summum bonum, nisi per actum suum, qui est amare summum bonum. ¶ Et confirmatur quia voluntas non iungitur summo bono per actum alterius potentie, sed per suum: siquidem actus alterius potentie, est remotus ab ea, ideo per actum remotum ipsa non poterit perfici, vnde neque quietari, nisi per actum proprium, per quem proximè iungitur summo bono. Ut gustum non quietat pomi visus, nisi gustetur, at actus intellectus remotus est a voluntate: igitur. ¶ Secundò, velle est finis intelligere, ad hoc enim ordinatur cognitio, quando rectè instituitur, ad amorem. Namque Anselmus lib. 2. Cur Deus homo, inquit, ordo peruersus esset velle amare, vt intelligeret. Si ergo velle est finis intelligentie, visio nõ erit mentis creatæ beatitudo, sed amor diuinitatis vitæ.

Argum. 1.

Argum. 3.

Argum. 4.  
10. Ethic. c. 7.

Argum. 5.

Argum. 6.

¶ Tercio, beatitudo est summe volenda, at voluntas magis appetit suam perfectionem intrinsecam, quam intellectus perfectionem. Igitur beatitudo formalis, quæ est in actu in hærente potentie magis locabitur in amore diuino illo, quàm in actu mentis, qui est visio diuinitatis: quia ille inter intrinseca bona est summe volendum bonum. ¶ Quarto, 1. Corinth. 11. Charitas est virtutum regina, igitur in actu Charitatis locanda erit beatitudo. Probo consequentiam, quia beatitudo est actus optimus, & optimæ potentie, & ex optimo habitu. ¶ Quinto, voluntas est præstantior quam sit intellectus, igitur voluntatis actus erit beatitudo formalis. Antecedens probo, quia consequentia est perspicua. Voluntas est ab intrinseco libera: intellectus solum est liber participio voluntatis. At omnis potentia libera est longe præclarior, quam naturalis potentia: siquidem hæc non est ad opposita, illa vero est ad opposita auctore Aristotele. 9. Meta. tex. 3. & 4. Rursum ex libera potentia est, ex qua contingit meritum beatitudinis. Igitur si voluntas est, vnde promeremur beatitudinem, ipsa erit etiam, ex qua beabimur formaliter. ¶ Sexto, Visio est prior generatione, quàm amor: igitur amor erit prior

perfectione. Probo consequentiam. 9. Meta. phy. tex. 15. Posteriora generatione sunt priora perfectione: igitur si est perfectior amor Dei, quam visio in amore erit locanda beatitudo formalis. ¶ Indiuersum est Augustinus, summum præmium erit visio super gene. q. 114. & Magister Sententiarum dist. 49. cap. 1. Habere, ait, vitam est videre vitam, hoc est cognoscere Deum in specie. ¶ Disputatio hæc est cum primis in Scholis Theologorum celeberrima, quia illam celebritas sententiarum variarum celebrè fecit. Clatici namque Theologi quales sunt Henricus Gandensis Tho. Scotus, & proleteri, qui hos habent duces illam illustrem suis altercationibus reddiderunt. Henricus igitur quod lib. 13. quæst. 12. nouam excogitauit doctrinam super hac concertatione viam. Dixit enim beatitudinem, neque locandam in actu intellectiuo, aut volituo, aut in quavis anime potentia, sed in ipsa anime essentia. Siquidem essentia mentis est, quæ maxime beatur, & inde, vt à fonte dimanat beatitudo in suas potentias. Et forsitan sibi hoc suauis placitum, quia legebat apud Paulum Deum tunc esse futurum omniam in omnibus, 1. Corinth. 15. igitur Deus vnietur maximè animabus, seu mentibus beatis, hæc autem visio non potest sincerius intelligi, quam per quandam illapsionem. Rursum quia beati vocantur dei formes à doctoribus sanctis, sed non sunt deiformes, quia Deus est forma ipsorum, quia Deo repugnat esse formam alicuius rei. Igitur erunt deiformes per illapsionem quandam specialem. Ad hæc quia amor est transformatiuus amantis in amatum ex Dion. cap. 7. de diu. no. igitur beati sunt transformati in Deum. Et non videtur quomodo alio modo sit intelligenda hæc transformatio, nisi quia diuinitas beatis modo quodam speciali inicitur. ¶ Rursum, si charitatem habent filij Dei, & Dy appellatur in scriptura, multo magis beati sunt dicendi Dij, igitur hoc erit ex mirabili diuinitatis participio. Et pro suggestu hæc opinio satis proclamatur. Concionatores enim ad conciones suas hanc sententiam extollunt & magnificant, & exaggerant, quoad licet. Aiunt enim esse beatos tantamquam nubes, quas Sol cum infuderit sua luce, reddit lucidas, vt iam non nubes videantur sed Sol. ¶ Porro qualis qualis sit opinio hæc mihi est inintelligibilis. Non

Argum. in di  
uerfam.

Placita auto  
rum varia.

Bonũ qu  
nescitur  
beatificat

Psal. 81.  
Ioan. 10.

Potentia nõ  
beatur sed e  
sentia per po  
tentiam.

Quid est  
quod beati  
transformantur  
in Deum.

Henricus dis  
tinguitur & re  
fellit.

Non enim capio quid sit, aut qualis sit illap-  
 sus hic. Enumero si est quædam diuini-  
 tatis intinatio in essentias beatorum;  
 utique intinatus est Deus omnibus rebus;  
 clamante Augustino, Intimior es Do-  
 mine intimo meo. At hæc intinatio non  
 facit beatos. ¶ Quod si dixeris, intima-  
 tio illa beata, erit specialior, utique quam li-  
 bet Deus intimetur beatorum essentis, ni-  
 si illam intimationem viderint clarè bea-  
 ti, ex illa intimatione non reddetur beati,  
 quia bonum quod nescitur non facit bea-  
 tum, quandiu habentem later. ¶ Est ergo  
 necessaria notitia clara illi illapsus, &  
 iam tum visio beabit non illapsus. ¶ Fa-  
 cit cum istis, quia diuine literę nullam hu-  
 ius illapsus fecerunt mentionem, sed solum  
 vitam æternam in cognitione diuinitatis  
 collocarunt. Ioan. 17. Hæc est vita  
 æterna, ut cognoscant te solum Deum  
 verum, & quem misisti Iesum Christum:  
 at verò illapsus ille non est cognitio di-  
 uinitatis. ¶ Quod verò Paulus ait, Utique  
 Deus tunc erit omnia in omnibus  
 beatis: quia bona omnia habent beati cum-  
 mulatissime in clara visione diuinitatis.  
 ¶ Quod verò vocantur Dij, aut deiformes,  
 non est ex illapsu illo, sed quia beati  
 sunt Deo quam simillimi: quia cum ap-  
 paruerit similes illi erimus. Et exem-  
 plum concionatorum est quodammodo  
 simile beatitudini, at nihilominus lata est  
 differentia. Deus enim non est forma  
 sanctorum, ut lux nubis, at verò quia fru-  
 untur luce sempiterna, & videndo Deum  
 vident omnia, quæ ad suum statum spe-  
 ctant, ideo luce diuina inuisibili perfrun-  
 tur. Est autem verum essentiam esse bea-  
 tam. Nam si intellectus est accidens, ut  
 ipse putat, atque voluntas, accidentia non  
 beantur, verum essentia mentis beatur  
 mediantibus suis potentijs. Verum si a-  
 nima est essentialiter suæ potentiæ, equi-  
 dem beatur intellectus, siquidem est ipsa  
 essentia vel animæ rationalis, aut mentis  
 Angeli. ¶ Transformantur autem beati  
 in diuinitatem, non quia mutatur sub-  
 stantia beatorum in diuinam, sed quia quid  
 quid Deus vult ipsi volunt, & quod Deus  
 non vult, ipsi nolunt. Et quidquid denique  
 volunt, vel Deus est vel ad Deum. Namque  
 Paulus adhuc sub carnis sarcina gemens in  
 hac transformatione gloriabatur dicens, Vi-  
 uo ego, iam non ego, sed viuunt in me Chri-

stus vitæ suam non formidans vocare Chri-  
 stum. Neque enim solum contentus fuit di-  
 cere, se viuere in Christo, quod sibi magis  
 germanum esse videbatur, sed altius sonat  
 voce magnifica prædicans Christum in  
 ipso viuere. Quales erunt ergo sancti & amo-  
 ris diuini vigentes in sanctis catholicis? an  
 non viuunt Deus in eis, & ipsi in Deo? non  
 quod Deus sit formalis vita ipsorum, sed  
 quia vita ipsorum est supra totam naturam,  
 & est diuina vita, quia immortalis, & utri-  
 que beata vita, ideo viuunt in Deo, &  
 Deus in ipsis. ¶ Thomas autem in 1. 2. 2.  
 quæst. 3. art. 4. facile asseuerat beatitudi-  
 nem non consistere in voluntatis actu, sed  
 potius in actu intellectus. Et summam  
 colliges ad hanc formam illius rationem.  
 Aut amor est rei iam habitæ, aut habenda.  
 Si primum, igitur per illum amorem  
 res non est habitæ, quia amor de re habitæ  
 causatur, quia res iam habetur. Unde prius  
 natura res habetur, quam sequatur amor  
 ille fructuosus, qui est de re habitæ. Si verò  
 est de re habenda istud est desiderium: &  
 per huiusmodi res etiam non habetur. Si  
 ergo per amorem res non habetur, quia  
 vel causatur ex re consequuta vel conse-  
 quenda, & neuter horum amorum est ha-  
 bitio siue habitus rei, sequitur quod beati  
 per amorem Deum non habent. Ergo  
 in amore non consistit beatitudo: siqui-  
 dem beatitudo est actus ille quo consequi-  
 tur mens Deum, & suo modo illum com-  
 prehendit. Et est collatio quædam rem istam  
 faciliorem faciens, fac pecuniarum posses-  
 sionem beatificare: quæ res tum restat vn-  
 de pecuniæ tunc beatificarent, nunquid  
 quia amantur non utique. Quippe vel a-  
 mor est pecuniæ possessæ, vel possiden-  
 dæ. At neuter illorum beatificat, quia per  
 neutrum homo possidet, igitur solum beati-  
 ficaret actus possessionis, & dominiæ pec-  
 uniarum. Si ergo per amorem non possi-  
 dent sancti Deum, vel illum non consequen-  
 tur restat exquirere alium actum, per quem  
 beati possint consequi Deum. Et non est alius  
 nisi clara visio Dei. Namque hic actus in pa-  
 tria est primus, & summe desideratus egens  
 lumine gloriæ, per quæ Deus est omnia in  
 omnibus beatis. Et quantum coniectu as-  
 sequi possumus huius doctrinæ fulcrum illud  
 potissimum est, quia per amorem habemur  
 ab amato, at per actum intellectus habemus  
 intellecta. Vnde Arist. docuit ob hoc

Per cognoscit  
 non habent  
 tur cogitatio  
 per amorem  
 habentem  
 illam

Differetia  
 Thomæ pla-  
 citum.

Amor fructu-  
 nus consequi-  
 tur ad posses-  
 sionem rei que  
 prius non pos-  
 sidebatur.

Bonum quod  
 nescitur non  
 beatificat.

Psal. 37.  
 Ioan. 10.

Potentia non  
 beatur sed ef-  
 fectus per po-  
 tentiam.

Quid est  
 quod beati  
 transformantur  
 in Deum.

3. de Ani. text.  
 c. 13. & 12.  
 Metaph. c. 9.

Per cognitio-  
nem habentur  
per amorem  
habemur ab  
amatis.

intellectum possibilem esse quasi omnia,  
quia cognitio fit per unionem cogniti se-  
cundum speciem cum cognoscente. Et  
quia habet species omnium rerum mate-  
rialium, quodammodo est omnia, quia ha-  
bet similitudines omnium, ideo intelle-  
ctum cum intelligitur fit idem quodam  
modo cum intellectu. 12. Meta. com. 39.  
Igitur si per amorē habemur, vnde illud  
quod proverbio celebratur. Anima plus  
est vbi amat, quam vbi animat: Et per co-  
gnitionem habemus cognita à nobis. Et  
vulgatus sermo est, habes me, quando ex-  
quirimus si sermo noster est intellectus.  
Quod si respondeatur, habeo te certum  
nobis est, verba nostra esse intellecta. Igi-  
tur quae intelligimus illa habemus, & quae  
amamus non habemus, sed illa nos ha-  
bent. Quamobrem si cognitio est imper-  
fecta habemus rem cognitam imperfe-  
cte. Quocirca per fidem modo Deum co-  
gnoscentes, Deum habemus imperfecte.  
Vnde Paulus habitare ad Ephes. 3. ait.  
Christum per fidem in cordibus nostris:  
quasi dixisset, nos Christum habere habi-  
tantem in nobis imperfecte quandiu co-  
gnoscimus Christum ex fide, & non ex  
specie. At verò si cognitio est perfecta,  
tum cognitum habemus in nobis perfe-  
cte. Clara autem visio beatorum est cogni-  
tio perfecta, ergo perfecta, ergo per illam  
beati habent Deum habitantem in cordi-  
bus suis perfecte: per claritatem autem ip-  
si non habent Deum, sed Deus habet illos.  
¶ Rursum fulciet hoc dogma, quia amor  
abstrahit à consequenda vel consecuta re,  
siquidem amor, ita est de consecuto sine,  
vt de consequendo: igitur per amorem  
non consequimur rem, illam consequi-  
mur per actum intellectus. ¶ Ad hanc  
dogma hoc vocat in suum praesidium  
Ioan. 17. Hanc est vita aeterna &c. Quem  
locum Scotus firmam non constituere  
probationem credit in Dist. hac, quest. 4.  
quia interpretatur illum de cognitione  
& amore. Vt cognoscent, ait, & ament. Et  
equidem quamvis familiares. S. Thom.  
agminatim irruant in Scotum, deriden-  
tes istud glossema, verum, non est cur ri-  
deant, siquidem eloquijs diuinis familia-  
ris phrasise est per cognoscere, comprehen-  
dere etiam amorem, iuxta illud, Amen di-  
co vobis nescio vos, id est, non probo vos,  
& illud, Cognouit Dominus, qui sunt e-

Cognitio im-  
perfecta ha-  
bet cognitum  
imperfecte &  
amor imper-  
fectus facit  
haberi imper-  
fecte.

Matth. 25.  
2. Tim. 2.

ius, id est, elegit Deus suos, illos a mando  
ab aeterno. Namque si de solo mentis in-  
tuitu res agatur. Deus omnes intuetur, o-  
mnia scit, ignorat nihil. Non tamen pro-  
bauerim, quod ipse, vt asserat suum dog-  
ma ait, aliud esse vitam aeternam, aliud vi-  
tam beatam, & Dominum, non dixisse  
hanc est vita beata, vt cognoscāt te solum  
Deum &c. Sed hanc est vita aeterna. Quia  
ait, quod actus intellectus vitalis est, & a-  
ternus est, & ideo vita aeterna. At verò  
vbi libet in sanctis scripturis vita aeterna,  
significat beatam vitam. Vnde Matth. 25.  
ibunt ij in supplicium aeternum, iusti au-  
tem in vitam aeternam. Et equidem si ve-  
ra narrasset Scotus, damnatos potiri vita  
aeterna esset concedendum. Nempe quia  
habent actus vitales aeternos: intelligunt  
enim & volunt, vident, audiunt. &c.

¶ Scotus verò ex diametro pugnat cum  
Sancto Thoma, credit enim loco nuper  
indicato beatitudinem locari in amore.  
Distinguit autem amorem in fruiuium,  
qui est de re amata praesente, & in desi-  
deratium, qui est de re amata absente.  
In desiderio autem non est beatitudo,  
quia amor hic imperfectus est: & beatitu-  
do ablegat à se omnem imperfectionem.  
At in amore Dei fruiuiuo locatur beati-  
tudo. Et quoniam fruiuium est duplex,  
alia fruiuium viae, at hanc fruiuium est amor  
diuinitatis cognita per fidem: quia fi-  
deles per charitatem Deo fruuntur il-  
lum amando propter se. Hanc verò  
fruiuium Dei cogniti per fidem, non est  
beatitudo: quia est fruiuium ex fide. At  
fruiuium alia est Dei clarè inspecti, & hanc  
fruiuium est beatitudo. Per hanc enim vo-  
luntas coniungitur summo bono, quod  
est Deus, perfecte. Et quamvis visio  
sit necessaria ad hanc fruiuium, at  
verò non sinitur in clara visione: quia  
illa consummatur in Dei amore fruiui-  
uo. Et quia hanc fruiuium est vltima per-  
fectio, ideo est maxima perfectio: quia  
posteriora generatione sunt priora per-  
fectione. ¶ Hanc sententiam Scoti pro-  
bant argumenta facta ante oppositum.  
Porro ad hanc sententiam consequitur vo-  
luntatem esse digniore intellectu, vt ad  
Thom. sequitur diuersum, intellectu esse  
nobiliorem voluntate. Propterea que de  
re hac est eximia concertatio inter vtrum-  
que, & familiaris horū clausicorū doctorū.

Exponitur  
Scoti placitū

¶ Cum vit-  
ae labili-  
bitur per  
falsam ama-  
re Deum  
quoniam intell-  
tus.

Exponitur  
Thomas.

Concertatio  
de praesentia  
intellectu  
praevoluntate

Et

Et quidem Thom. prima parte, quæ est. 82. articulo tertio, dissertationem istam elucidat, dicens intellectum ex eo esse præstantiorem simpliciter voluntate, quia est de abstractiori objecto. Enimvero intellectus considerat rationem boni, voluntas vero ipsum bonum. At abstractior est ratio boni quam bonum. Adiecit tamen secundum quid esse, nonnunquam meliorem actum voluntatis, quam intellectus. Siquidem intellectus cognoscit rem, ut habet esse intra se, voluntas vero amat rem, ut habet esse extra se. Quocirca intellectus quando intelligit Deum, vel divinam, non potitur tam sublimi intelligenti actu: quam voluntas amando: siquidem Deus non habet tam excellens esse in intellectu nostro quam habet extra.

¶ Verum quia voluntas fertur in Deum ut est extra, ideo fertur in eum secundum dignitatem, quam habet ex se ipso, & in se ipso. Propterea dignior est voluntas amando Deum modo, quam intelligendo: & perfectius potest amare Deum modo quam intelligere. Quoad divinam igitur pro decursu huius vitæ dignior est voluntas, quam intellectus: quia illa altius volat amando, quam intellectus intelligendo per fidem.

¶ Cæterum quo ad materialia intellectus dignior est quam fit voluntas. quia intellectus est simplicior in sua operatione, quam voluntas. Ut autem assequaris Thomæ dogma, scito apud ipsum obiectum intellectus nostri esse essentiam materialem, seu quod quid est materiale: quandoquidem intellectus noster obrutus, & obductus corporea mole non se dilatat ad penetrandum nisi essentias, quas vestigare potest per sensus, quæ sunt sensibiles essentia. Secundo observabis, essentiam & existere diversis distingui rationibus, tamen si unum ens sunt. Intellectus autem iuxta Commentatorem composita dividit, & divisa componit. Vnde quamvis essentia sit actualiter existens, at intellectus nudare potest, & sæpe nudat per suam operationem essentiam ab esse: coniuncta dividens. Hoc est quæ sunt naturaliter coniuncta, secundum rem (quia rationes habent distinctas) illa separat intellectus. Enimvero ratio essentia, non est existere. Possamus namque rei essentiam considerare sub moto existendi actu. Ut rosam in hyeme conside-

ramus secundum rationem essentialem, quando actu non existat. Et finiendo hominem, solum finimus per animal rationale, non addendo, quod existit. Quamobrem habet bonum, suum quod quid est, quæ est essentia eius. Hanc autem intellectus poterit considerare simpliciter sine existentia, imò nudare illam ab existentia, coniuncta nempe secundum rem dividendo secundum rationem.

¶ At voluntas hoc præstare nequit, quia fertur in bonum sub existentia reali, seu sub esse reali, & non sub esse intentionali. Enimvero sanitas non est appetibilis sub esse intentionali. Ut nemo appetit episcopatum sub esse intentionali, quia sub illo esse proficit nihil, sed sub esse reali. Appetit enim homo veram sanitatem, non fictam, verumque episcopatum. &c. Igitur concretior est atque compositior operatio voluntatis, quæ sit actus intellectus.

Vnde intellectus est potentia purior & simplicior, quam sit voluntas. Etenim operatio est, quæ indicat formam: & actus est, qui potentia qualitatem denotat.

¶ Porro obijcies forsan contra hanc rationem, quia quamlibet nudet intellectus essentiam boni, semper includit esse reale: siquidem bonum est quod est appetibile, & bonitas in abstracto est appetibilitas: ut malum est quod est fugiendum, & malitia fugibilitas, ut ita dixerim. Appetibile autem necessario est, quod existit, vel includit existentiam, ut fugibile. Namque quæ sunt impossibilia, neque sunt appetenda, neque fugienda.

¶ Respondebis includere existentiam bifariam accideret aut aptitudine vel actu. Fatendum est autem, boni essentiam existentiam includere & accersere aptitudine. Est enim boni ratio aptitudo, ut appetatur. Necessario enim bonum est aptum natum, quod appetatur. Et intellectus considerans hanc essentiam nudat quidem illam ab esse actuali, non tamen ab aptitudine. Neque enim ab hac, nudare intellectus potest boni essentiam: ut neque essentiam cuiusvis alterius rei. Ut verbi causa essentiam hominis nudare non potest, ab aptitudine existendi. Quæ namque non possunt esse, ut chimera, essentia non gaudent.

¶ Porro voluntas, non appetit aptitudinem illam, sed ipsam actualem existentiam boni: ut neque etiam non horret

bene dicitur

Intellectus est purior & simplicior potentia quam voluntas.

Impossibilia non gaudent essentia.

¶ Cum vita  
labilis  
ditur per  
fectius ama-  
re Deum  
quam intelli-  
gitur.

Exponitur  
Thomas.

concertatio  
prædicta  
intellectus  
voluntatis

aptitudinem mali, sed mali existentiam. Hanc namq; fugit. Quippe malum fugit, vt est sibi noxium, at non est noxium, nisi, vt actu est, vt bonum appetit quatenus est sibi conueniens, at non est sibi conueniens nisi secundum existentiam actua-lem. ¶ Suffragatur Thomae locus Ari- sto. 6. Metaphy. text. cōm. 8. Bonum & malum sunt in rebus: verū & falsum sunt in anima. Quem locum exposuit egregie cōmenta. 12. Meta. tex. 36. dicens Balneū in anima mouet vt efficiens: & balneū extra animam mouet, vt finis. Quia ratio finis, est ratio boni, amati, & desiderati: & res habet bonitatem, in esse extra, & non in esse intra animam, quod est esse dimi- nutum & aduentitium. Sed veritas & fal- sitas fundantur in re, & terminantur ad a- nimam. Et ipsemet Auerro. disp. 1. lib. de stru. solu. 22. Dubij veritas est adæquatio rei ad intellectum. Vnde quando res ostē ditte intellectui sicut est, in hoc consistit eius veritas, quare veritas dicitur in men- te consistere. ¶ Quod si obstreperis obji- ciens. Iam ergo intellectus non potest ab- strahere ab existendi actu: siquidem veri- tas est in ipso actu existendi, quia est ad- æquatio rei ad intellectum: at res non est, sine existentia. ¶ Respondebis esse ve- ritatem & existentiam, & existentiam, illa nō exigit esse existentiam: sed tunc est vera ef- sentia, quando ipsa ostenditur talis qualis est essentialiter. Veritas autem existentia postulat actum existendi. ¶ Verume- tiam num obijciat quispiam, voluntas nō fertur, nisi in bonum cognitum, quia nihil volitum, quin præcognitum: igitur volun- tas fertur in bonum, vt est intra animam, quemadmodum intellectus. ¶ Respon- debis, vt dicebat cōmentator, balneū, vt est in anima, est causa efficiens, vt est ex- tra animam est causa finalis. Est igitur ve- rum, quod bonum vt cognitū mouet vo- luntatem secundum efficientiam: quippe notitia boni excitat appetitum, verū non excitatur ad illud capeffendū esse cogni- tum, quod est esse diminutum, & fictum, quod non appetit voluntas, sed ad esse verum boni. Hoc enim est finis volunta- tis, & non esse cognitum. Vnde argumen- tum Scoti flaccidum est contra Thomam colligens voluntatem non differre ab in- tellectu in eo, quod voluntas fertur in bo- num vt extra est, intellectus vt est intra

animam: quia, inquit, vtraque potentia fertur in cognitum. ¶ Quod si adhuc quaesieris à me num essentia ipsa abstra- cta ab esse existentia sit bona: quia si bo- na est, appetibilis est: vnde conficitur ip- sam voluntatem ferri in essentiam nu- dam, & nullum erit præscriptum discrimen voluntatis, & intellectus. ¶ Quod si dixeris non esse bonam, & cum sit, erit necessario mala, id quod est impossibile. ¶ Respondebis, essentiam illam nudam tantum habere de bonitate quantum de existentia, hanc autem habet in aptitudi- ne, ideo est bona secundum aptitudinem non actu bona, quia actu non est appeti- bilis, at apta est quæ appetatur.

¶ Quia ergo intellectus versat essentias coniunctas cum existentibus, & nudas ab illis, at vero voluntas essentias non versat sed solas existentias, ideo intellectus est vniuersalior potentia, quam voluntas, quia in plura se dilatat obiecta. Est rur- sum simplicior, quia in nudas fertur essen- tias, quas sua operatione ab esse existen- tia sibi coniuncto nudauit. Hinc liquet quid velit Thomae dogma, quod si pres- sius non differitur obscurum valde est. Et Caietanus suo commentario non illustra- uit illud, sed potius illud mea sententia obscurauit. Hinc quoque patet, beatitu- dinem locari in visione clara Dei quia vi- sio est actus potentia nobilioris, nempe intellectus, qui præstat voluntati.

¶ At si obieceris rectè Philosophatum fuisse à me quantum ad sensibilia, cæte- rum quia beati vident diuinam essen- tiam non per species creatas, sed per ef- sentiam diuinam, itemque amant diui- nam essentiam non vt cognita est per spe- ciem, sed vt cognitam per se ipsam, non poterimus inde colligere nobiliorem ef- se intellectum tunc, quam voluntatem: quia ratio præfata non habet locum in cælesti patria, vbi tam intellectus, quam voluntas immediatè feruntur in essen- tiam diuinam. ¶ Respondebis naturam intellectus hanc esse quam ex Aristot. di- ximus ferri in obiectum, vt est intra & voluntatis vt est extra. At verò propter sublimitatē diuinæ naturæ, nulla est crea- ta species, quæ illam distincte repræsen- tare possit. Ideo cognitio diuinæ essen- tia, non fit per mediam speciem, sed per vnionem ipsius essentia cum intellectu: item.

Observand' cōmentator.

in intellectu  
et in re  
et in anima  
et in corpore

Veritas essen- tia, & veritas existentia.

Reale esse est reale bonum & habet ratio- nem finis, at esse rationis est fictum bo- num & nō ha- bet rationem finis.

Quantum ha- bet res de exi- stentia tatum de bonitate.

In. 4. dist. quæst. 4.

itemque de amore dicitur. Quamobrē, etsi  
 cesset ratio prior, non tamen intellectus  
 ob hoc variatur ex facto illo, speciali bea-  
 titudinis. **H**actenus persecuti sumus  
 dogma Tho. illud enodātes, quoad licuit,  
 In. 4. dist. 49. quæst. 4. cur tamen occidit Scotus credens volun-  
 tatem esse nobiliorem intellectu, vnde in  
 fruitione; quæ est actio voluntatis collo-  
 cat beatitudinē, quia est nobilior potētia.  
 Et credit solum esse verū locū citatū ex  
 Arist. 6. Metaph. quando per abstractiuā  
 notitiam cognoscit, tunc enim intellectus  
 fertur in id quod est intra animā; at vero si  
 de intuitiuā habeatur sermo, nihil discrimi-  
 nis constituit inter utraq;. Quia tum  
 vt voluntas fertur in id, quod est extra ani-  
 mam, eodem modo intellectus. Et habe-  
 bis Scotum, si obseruas, apud ipsum intel-  
 lectum nostrum nō esse de vniuersalibus  
 solum, sed etiam de singularibus. Ideoque  
 etiam si vniuersalia solum abstractiuā no-  
 tione cognoscantur, at singularia possunt  
 intuitiue intelligi ab intellectu. Caietan⁹  
 vero in cōmentario putat nullam habere  
 humanam notionē intuitiuā singularē,  
 quia inquit, hanc per sensum non experi-  
 mur. Sed quid obsecro, aut quātum valet  
 hæc argumentatio, siquidē neq; nos habe-  
 re scientiā vniuersaliū, per sensum ex-  
 perimur. Satis est autē si ratione non sper-  
 nenda colligatur. Quandoquidē intelle-  
 ctus nos ter iudicat Petrū esse hominem,  
 igitur cognoscit singularia directē, & si  
 Petrum coram habet illum quoq; iudicat  
 esse hominem, & illa est intuitiuā intelle-  
 ctio Petri. Porro istud modo, adducere in  
 dissertationem refert nihili: quia in. 1. lib.  
 Senten. satis superque rem hanc egimus.  
 siue autem cognoscatur ab intellectu in-  
 titiue Petrus vel alia singularia, siue non  
 refert nihili, quia adhuc vera est propositio  
 absolutē loquendo, intellectus fertur  
 in obiectum vt est intra animam, & vo-  
 luntas, vt est extra quemadmodum supra  
 deduximus. Etenim istud est germanum  
 intellectui, nam cognoscere intuitiue,  
 etiam cōmunē est sensibus. Quinimo ap-  
 petitus sensitiuus fertur in rem, vt extra  
 est, & sensus interior in rem, vt intra est.  
**A**dde quia cessantibus istis, intellectus  
 habet vnde præferendus sit voluntati.  
 Quia ille essentias poterit cognoscere nu-  
 das ab esse existentia, & voluntas non itē  
 sicut paulo ante demonstrabamus. **S**co-

tus verò plurimum fidit illi loco Aristot.  
 9. Meta. tex. 15. Priora generatione, sunt  
 posteriora perfectione & contra: at amor  
 est posterior generatione, igitur præsta-  
 bit nobilitate. **C**æterū si vt iacet hæc  
 propositio est audienda cum Scoto ipso  
 pugnat, & illi aduersatur. Namq; ad amo-  
 rē sequitur delectatio, quādo adest, quod  
 amatur, delectatio igitur est postrema  
 quæ generatur, igitur præferēda erit amo-  
 ri, quod Scotus negat. Et rursus post ge-  
 nerationē substantiæ generantur acciden-  
 tia, quia ad formā ignis sequitur calor &c.  
 at calor imperfectior est quā ignis. Dica-  
 mus igitur propositionē esse audiendā pri-  
 mo in generationibus substantiarū, quādo  
 vna forma ordinatur ad aliam, vt forma  
 vegetalis ordinatur ad animalem, & hæc  
 ad humanam in generatione embrionis.  
 Secundo in generatione accidentiū, quan-  
 do illa ordinantur ad generationem sub-  
 stantiæ: vel quando vnum accidens dispo-  
 nit ad aliud. Nunc autem intellectio specu-  
 latiua nō ordinatur ad aliam actionem,  
 quia speculatiua est sui gratia.  
**Q**uantum autem spectat ad dubij huius  
 solutionem, prius quam principalem cau-  
 sam agamus, proferam tibi meam senten-  
 tiam: quā tamen vt plenius assequaris, re-  
 petere oportebit ex Arist. nonnulla, quæ  
 lucidiorē tibi facient meā decisionem. 3. **D**ecisio da-  
 igitur de Anima Aristot. distinguens, in-  
 tellectum practicum, & speculatiuum, placito auto-  
 ris, hunc dixit contemplari veritatem, so-  
 luti propter veritatem: illum vero specu-  
 lari veritatem propter operationem tex.  
 cōm. 49. Et ibidem intellectum practi-  
 cum & appetitum docet esse principia  
 operationum, seu motus localis animalis,  
 ita tamen, vt sub intellectu phantasia cō-  
 prehendatur: quia in phantasmatis re-  
 perit quid fugere aut prosequi debeat,  
 tex. cōm. 33. & tex. 46. intellectus specu-  
 latiuus, non est causa motus animalium,  
 quia tantum considerat ea, quæ sunt spe-  
 culabilia, & non ea, quæ sunt agibi-  
 lia: & ideo nil præcipit fugiendum,  
 aut prosequendum. Ex istis in promptu  
 est, Intellectum speculatiuum non ha-  
 bere in finem actionem voluntatis, vel  
 motum aliquem animalis, quia finis  
 illius est sola speculatio. Vnde cum  
 speculatio non ordinetur ad actionem,  
 non est quærenda prioritas per se loquen-

Scott per se  
no.

Exponitur  
Aristoteles

in libro 2  
de anima

Declaratio  
de anima  
Aristot.

Practicus in-  
tellectus & ap-  
petitus sunt  
principia mo-  
tus localis a-  
nimalis.

do inter speculatiuum intellectum & voluntatem, sed solū per accidens. ¶ Quam obrem argumentum Scoti ruit, quia verbum Aristo. posteriora generatione &c. Solum verum est in his quibus est prioritas per se & non per accidens. Similiter argumentū Thomistarū probantiū intellectum esse digniorē voluntate, quia præcipit nihil probat de speculatiuo intellectu, quia iste nihil præcipit, at solus practicus præcipit. Verū hoc colligit minime, esse nobiliore siquidem præcipit, non cogendo voluntatem, sed disponendo. Et præceptum hoc est in gratiam voluntatis, & finem habet actionem voluntatis, ideo hoc est indignior quia voluntati seruit, vt consiliarius regi. ¶ Dixerim igitur, intellectum speculatiuum esse præstatiorem voluntate, quippe qui essentias rerum speculatur, & hæc est prima operatio eius. ¶ Vnde Aristo. 3. de Anima tex. cō. 26. Primam operationē intellectus speculatiui dicit esse intelligere ipsum quod quid est, & in hac operatione docuit temper esse verum intellectū secus in secunda, quæ est componere. Neq; abhorret à dogmate isto August. qui in lib. de serm. domini in monte. Quod excellit in homine mēs, & ratio est. Quam obrem si de huiusmodi intellectu Tho. intellexit dogma suum, illi subseribo. At vero practicus intellectus, non tanta præstat nobilitate quāta micat voluntas. Quandoquidem intellectus practicus operatur in gratiam voluntatis, vt disponat ab illa gerēda, vt patuit ex Aristotele. Quocirca voluntatis actio est finis practici intellectus, vnde illi præstat. Quod si ad hanc rationem Scoti cum placitum temperare velis, Scoto est subscribendum. Verum isti autores nō exposuerunt distinctionem intellectus, ideo videntur discordes, qui fortassis sunt cōcordes. ¶ Vnde nihil opus factū est glossēmata Ioā. Maioris, dist. hac, quæst. 5. multifacere. Interpretatur enim Arist. dicentem sapientiam esse nobilissimam virtutem, & beatitudinem naturalem hominis esse contemplationem diuinorū, non quod sola contemplatio sit finis beas, sed ipsa contemplatio cum reuerentia voluntatis. Ipse enim acquiruit Scoto, vt & plerique Parisien. doctorum. ¶ Verum tamen, vt diserta docent, hæc expositio non est ad mentem peripateticam, siquidem

speculatiui intellectus dignitas sumitur ex his, quæ iam sæpe sunt declarata. Et speculatio diuinorum habet rationem finis: est enim gratia sui. Cætera autem habent rationem in mediis vt recta operatio voluntatis, quæ præexigitur pacatē contemplationi diuinorum, vt sub hæc patebit. Neque argumentum illud vulgatum, voluntatem colligens esse liberam, & non intellectum, probat voluntatem præferendam simpliciter intellectui speculatiuo, sed probè persuadet quoad rationem meriti præstare illi: siquidem radix meriti in libertate iacet. ¶ At verò nihilominus purior, & simplicior in ratione potētiæ est speculatiuus intellectus, quā sit voluntas, quia puriori & simpliciori obiecto gaudet quā voluntas, vt memoratū est. ¶ Iā verò ad causam principalem ventilandā stylum admonere oportebit. Quamuis hæc, quæ differuimus meminisse plurimum habet momenti, ad illam discutiendam. Protulimus igitur duas classicas Theologorum sententias. Thom. & Scoti inuicem pugnantes. Ioan. Maioris verò, vt euaderet quæstionis huius pondus, Beatitudinem tradit bifariam vsurpari: aut collectiue aut diuisiue, collectiue denotat aggregatum ex visione clara Dei, & fruitione & delectatione consequente. Secundum quam rationem vsurpant eam, Boetius. 2. de consolat. philoso. dicens, Beatitudo est status omnium aggregatione perfectus. Et Cice. lib. 5. Tusculana. quæst. exillimo beatus, qui sunt in bonis nullo adiuncto malo. Et August. 13. de Trinit. cap. 6. & 7. Beatus habet quidquid vult, & nihil mali vult. Dialectici quoque tradunt Logicam significare congregationem omnium habituum Dialecticorum, itemque de alijs scientijs. Diuisiue verò beatitudo iam vsurpatur pro sola visione. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, &c. Iam pro dilectione Dei clarè visi. Quam acceptionem retinet August. 1. de Trinitat. capit. 13. Solo ait, illo illustrari, perfruique sufficit. Et beatus est qui habet quidquid vult, vt supra indicabam. Et primo de Doctrina Christiana capite sexto, summa merces est, vt ipso perfruamur. Tertiū, item capitur pro summo gaudio Ioānis. 16. Gaudium vestrum, nemo tollet à vobis. Iuxta has acceptiones, quæstio

Speculatiui intellectus nil præcipit.

Concordia Tho. & Scoti

Voluntas quatenus libera præfertur secundum rationem meriti.

Dist. 49. q. 3.

Varia vsurpationes huius vocis beatitudo.

Ioan. Maioris beatitudinem suis distinctionibus

Inueni glorie est præstabilissimus habitum.

Habitu summi glorie diuisibilissimus omnium habitum.

stio quæ proponitur est multiplex, & ideo non vnica responsione, sed multiplici responsione soluitur. Enimvero beatitudo diuisiue primo modo consistit in sola visione: secundo modo in fruitione & visione: tertio modo in gaudio collectiue vero neq; in hoc vel illo solum, sed in collectione omnium. ¶ Porro autem etsi plausibilis est primo aspectu solutio hæc, at introspecta non euacuat dubi), intrinsicam difficultatem. Etenim restat etiam num dubitatio ytra potior actio, visio clara Dei an fruitio Dei? Siquidem de gaudio illo dubitat nemo esse consequi ad prædicta. Quia si clara visio est potior actio beatorum, in illa maximè locabitur beatitudo, utpote nobilissima actio: in fruitione est in hac locabitur. Et hoc est, quod maximè in præsentia exquiritur. Et Tho. & Scotus de re ista variant. Ille enim censet visionem esse potissimum beatorum actû, quia est nobilissimæ potentiæ actio, scilicet, intellectus: hic verò contraphilosophatur. ¶ Porro si res dijudicanda, permittitur, mihi videtur visionem esse potiore fruitione. Siquidem Scotus autumat lumen gloriæ esse potiore habitum quam sit charitas, & verè autumat: quandoquidem lumē gloriæ non admittit vllam imperfectionem, quia viæ repugnat: at charitas non excludit omnem imperfectionem, quia in via illam admittit. Fidei namque adiungitur in viatore charitas. Iam ergo si autore Scoto gloriæ lumē est præstantius charitate, & verba Pauli huic primatum concedentis. 1. Corin. 13. sunt intelligēda de viatrice charitate, quæ excellit omnes viatrices, & quasi ambulatorias virtutes, non tamē de relata ad patriæ virtutes, quia lumē gloriæ illam excedit) consecrarium est lumen gloriæ locādum in optima & præstantissima potentia. Cū ergo cōfessum sit Scoto, & vniuersis Theologis lumen gloriæ esse in intellectu conficitur contra Scotū, ex proprio dogmate ducto aduersus autorem, intellectum esse optimam potentiarum animæ, & esse nobiliorem voluntate. Maxime, quia intellectus hic, speculatiuus est non practicus: quia in practico propter suam imperfectionem non locatur beatitudo. Si ergo visio clara Dei, est ab optimo habitu, & ex optima potentia conficitur esse

præstantiorē fruitione. ¶ Accedit eodē vel fruitio illa patriæ est eiusdem speciei cum fruitione viæ, aut diuersæ: si eiusdem, at nostra non facit beatū, quamlibet eam augeas, ergo neque patriæ. Namque si sola differentia est secundum intentum, & remissum, statue patriæ fruitionem, Petri, vel Pauli, vel cuiuscunq; alterius beati habere intensionem, vt decem, fieri potest vt fruitio viatrix, ad illos proficiat gradus. Quippe fruitio patriæ augeri nequit, viæ vero in infinitum crescere potest, vt in. 1. Senten. probatum est, quare poterit increfcere fruitio viæ vsque ad decem, & amplius etiam prouehi. ¶ Quod si dixeris fruitionem patriæ certo potiri limite, in quem non potest peruenire fruitio viæ, doce si libet, quis hic limes? vtiq; gradus intensionis est: & quocunq; constituto, ad illum pertingere potest fruitio viæ, vel saltem cum illa non repugnat tale incrementum, & maius. Quod si dixeris esse diuersas specie, exquiram, vnde nanciscuntur hanc diuersitatem, quippe voluntas est eadē, obiectū idē: eadē siquidē est voluntas, & idem Deus quē amat charitas in via, & in patria eademque charitas: siquidem hæc sublati alijs in patria manet superstes, ex theologice virtutibus. ¶ Quod si dixeris diuersitatem esse, quia patriæ fruitio est Dei visi, & viatrix est de Deo credito, hoc sane non colligit diuersitatem specificam, siquidem variatio notitiæ non variat speciem amoris. Eodem namque amore amo Petrum præsentem quo amabam illum absentem, quamuis auctiori ex præsentia. Quod si obieceris desiderium esse alium actum ab amore rei præsentis, quia cessat desiderium re præsentem, quæ desiderabatur, vnde fruitio viatrix videtur esse desiderium Dei habēdi, vt cecinit ille, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Dixim tibi fruitionem viæ esse amorem Dei propter se ipsum, iuxta præscripta ab Augustino libr. 1. de Doctrina Christiana, capit. 4. & 5. Verum est tamen quod ex charitate dissultat desiderium videndi Dei. Vnde Paulus aiebat desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Veruntamē hoc desiderium, formalius pertinet ad spem. Namque quæ speramus illa videre, & obtinere desideramus, quam-

visio des præstantior est quæ fruitio.

Conclusio

Varietas cognitionis non variat speciem. fruitio nis.

Psalm. 42

Ad Philp. 3

Ioan. Ma. nō euacuat dubium suis distinctionibus

Lumen gloriæ est præstantissimus habitum.

Habitum gloriæ diuini est optimus habitum.

uis à charitate imperetur desiderium hoc: de qua re in. 3. Sentent. affatim differuimus. Actus vero amandi, utpote alicui velle bonum, est enim amare velle bonum, non variatur, etiam si notitia ex abstractiua varietur in intuitiuam, ut diximus dudum.

Visio est præ  
stantior quam  
fruitio.

¶ Quamobrem si fruitio est eadem specie patriæ, & viæ, & fruitio viæ admittit fidei imperfectionem, & fruētis lapsum venialem, & fruitio patriæ hæc prorsus repudiat, consequium est, visionem esse perfectiorem essentialiter, quam sit fruitio. Ergo in visione principaliter constituenda est beatitudo. Et equidem Scotus hac distinct. quæ st. 5. argumento hoc valde premitur, & euasiones suas nos iam reiecimus.

Conclusio re  
sponsalis.

¶ Constituenda igitur conclusio est beatitudinē in Dei clara visione locari. Quæ conclusio argumentis iam prolatis videtur suasibilis satis: & nisi fallor est Augusti. dogma. Et enim lib. q. super Genes. q. 114. expresse ait, Nihil remanebit in ipso corpore vetustatis, & Dei visio summū erit præmium, & lib. de spiri. & litera ad Marcellinum tractans verba Domini Ioā. 17. saepe indicata illa, inquit, cognitione illa visione, illa contemplatione, satiabitur in bonis animæ desiderium. Hoc enim sat est ei, ultra non habet quod appetat, quod inhiat, quod requirat. Et ibidem vniuersus quisque tamen sufficientem in eius visione suis meritis habebit beatitudinē. Nec plus quæret, quam habebit, neque se minus habere quam volet, dolebit. Et in lib. de beata vita disputatione tertiæ dici. Illa est igitur plena satietas animorum, hæc est beata vita piæ, perfecteque cognoscere, à quo inducaris in veritatem, & lib. de moribus Ecclesiæ. cap. 25. Aeterna igitur vita est ipsa cognitio veritatis, & lib. de videndo Deum ad Paulinū, cap. 19. contemplationem ait, Dei esse summam, & magnam mercedem quam promisit Deus se diligentibus, & colentibus. Et probat quod dixerat ex illo Ioan. 14. Qui diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Et lib. 10. de Ciuita. Dei cap. 16. ait, Visio namque Dei, tanta pulchritudinis visio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis præditum, atque abundantem, non dubitet Plotinus infelicissimū

Cognitio,  
Visio,  
Contempla-  
tio diuinita-  
tis est beati-  
tudo.

dicere. ¶ Porro, quæ obijcit Scotus ex August. in distinct. hac quæ st. 4. inter arguendum in principio, tolues ex August. eodem, qui libro. 8. de Ciuitat. Dei cap. 8. cedant, ait, igitur hi omnes, Philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem, fruētem corpore, vel fruētem animo, sed fruētem Deo: non sicut corpus vel se ipso animus, sed sicut luce oculus.

Obserua-  
apud Augusti-  
num fruitio-  
nem multo  
cam esse ite-  
dēque apud  
Platonem.

Vbi clarè patet intellectū videntē Deū, videndo frui Deo, sicut oculus fruitur luce, quam videt, ¶ Et equidem si oculus beandus foret, ex ipsa lucis visione, non ex actu appetitus bearetur. ¶ Quare per fruitionem beantem intelligas ex Augusti. ipsam visionem æternæ lucis, qua fruitur videndo illam mens ex ipsa visione, siquidem sui Deo, ut modo loquitur Augustinus, est Deum possidere. Creatura autem rationalis Deum possidet per visionem, & ideo ne mireris si vocetur fruitio ab Augustino: vnde sub hac ratione fruitio actus est intellectus. Et Latinis gaudere aliqua re, idem est, quod illam possidere. Et quod scias hoc non est Augustinianum, aut Thomisticum, sed Platonicum dogma. Plato namque lib. de Repu. & legibus, & Phædone cognitionem veritatis summum esse hominibus bonum affirmat. Quæ cum perfecte cōtingere in hac vita nequeat, fit ut difficile putet viuētium aliquem verè posse beatū dici. At magnam esse spem docet, ut vita functi liberi à sarcina corporali, illam perfectionem assequamur. Et adiecit quod cum absolute beata est anima, non primum, ut pulchro, & charo fruitur Deo in quo est voluptas, qui est actus voluntatis, sed fruitur Deo ut vero, qui est actus intellectus. Tametsi mox pulchritudo consequitur, & statim voluptas, ut in Philebo. distinguit, nec seiuncta hæc possunt esse. Itaq; Platoni prius (intelligere natura) est videre Deum, ut verum, quam ut pulchrum & bonum. ¶ Est igitur Platoni sententia inspectioni Dei primas partes tribuens beatitudinis nostræ. Id quod Augustinus sectatur, & probat, ut veram doctrinam de beatitudine. Vnde colliges fruitionem & delectationem non abesse beatitudini, verū non esse hæc vbi essentialiter beatitudo rationalis creaturæ cōsistit, sed esse consequētia ad illā.

In inspectio-  
ne Dei beati-  
tudo principaliter cōsi-  
stet, in ceteris  
consequē-  
ter.

Hanc

Plato &  
sto. de be-  
tudinē.

Hanc rursus cōclusionem deducere possumus ex illo. Exod. 33. Ostende, inquit, mihi faciem tuam, ut sciam te, si autē beatitudo esset Deo frui, dixisset Moses, ut fruar te, at non ait, ut fruar te, sed ut sciam te: igitur in cognitione clara Dei est beatitudo. Et sane subit mirari, unde Platoni doctrina hæc de beatitudine contigerit. Quippe per inspectionem, clarā Dei notitiam intellexit: siquidem hæc inspectio nem, animabus nostris in corporibus de gentibus mortalibus negavit, & illam animabus purgatis, & à corporis contubernio separatis concessit. Aristote. vero non ita clare philosophatus est, de beatitudine, quia illam etiam tradens esse in contemplatione diuinitatis, non tamen clara, Aristoteles enim naturalis philosophi munera explens, ex sensibilibus solum philosophabatur. Et reperit beatitudinem hominis esse optimū quod homini poterat obtingere: & ideo illam retulit in optimam operationem, quia esse in habitu non est esse optimū. Et quia optima operatio est optimæ potentie, & optimi obiecti, propterea dixit esse in intellectu speculatiuo qui est præcipua hominis potentia. Et quia multæ sunt speculationes, nō locauit beatitudinem in speculationibus mathematicis, aut physicis: sed quia diuina omnia antecellunt, in diuinorum contemplatione illam locauit, quæ tamen poterat homini obtingere ex sensibilibus cognoscendo Deum. Caterum, quia per sensibilia status animarum post mortem nō potest colligi qualis sit futurus, ideo Aristoteles huius non meminit. Plato vero magis theologum, quam naturalem philosophum agens, non ex sensibilibus sed aliud videlicet ex oraculis prophetarū, vel vel aliàs edoctus, animæ purgatæ post corporis obitum Dei inspectionem, & eorum quæ sunt in Deo rerum dixit beatitudinem. Et videtur platonem hanc beatitudinem non viribus naturæ ascripsisse, sed diuino muneri, quoniam ait, spēs esse purgatis animis illam obuenturam id quod theologicum est decretum. Mentē creatam docens, non ex naturali facultate Deum inspecturam, nisi lumine gloriæ inuetur. Porro de philosophis hæcenus, ad institutum regrediamur. Probat igitur nostrā

conclusionem, præter inducta Ioan. locus 14. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: igitur in visione Patris est tota sufficientia, & beatitudo. Hunc autem locum Scotus eludit in fine quæstio. 4. illum detorques ad fidem. Aut enim Philippum petuisse à Domino, patris ostensionem, non claram, sed eam, quæ est ex fide. Quasi dixisset, Doce nos Patrem tuum, & sufficit nobis, ut perfectam habeamus de Trinitate fidem. Sed quid nū sufficit credere in patrem, & filium ad perfectā Trinitatis fidem? non arbitror, nisi & credamus in Spiritum sanctum. At vero quando Philippus petuit à Domino, ut ostenderet illi patrem, non viderat Spiritum sanctum, ideo etiam hæc persona erat manifestanda ad perfectam fidem Trinitatis. Verum Philippus non dixit, ostende nobis Patrem & Spiritum sanctum, & sufficit nobis, sed solum, ostende nobis patrem: & Domini responsio non commode ad fidem potest retorqueri. At enim Philippe, qui videt me, &c. quæ verba, nō sunt audienda de visione corporali humanitatis Christi, quia illa visa non videbatur Pater, sed de visione diuini verbi, nam viso verbo patris, videtur pater quibus visus spiritus videtur amborum. Et rursus locus ille vatis regij, satiabor cum apparuerit gloria tua Domine. Psalm. 16. idem persuadet, namque tunc fatetur David satiandum, cum illi apparuerit diuina gloria. Caterum apparitio diuinæ gloriæ est eiusdem manifestationis, igitur in manifestatione diuinitatis est mentis creatæ fatietas. Quare cum manifestatio fiat intellectui, sequitur beatitudinem esse in hac manifestatione. Cui concinit locus Ioannis, cum apparuerit similes illi erimus. Quando ergo locus Ioan. 17. non colligeret, quia cognoscere, diceret aliquis ibidem significare cognitionem, & amorem, sunt alia loca hanc conclusionē probantia, quæ dudum retulimus. Quamuis non me latet Augustinum eundem locū Ioan. 17. inculcasse ad hoc idem probandum.

¶ Porro autem obijciat forsan aliquis contra conclusionem dicens procedere ex falsa hypothese Deum, videlicet esse visibilem à mente creatā. Quippe Chryso. homil. 14. In Ioannem cap. 1. inquit, id quod

Regressio ad priorem conclusionem.

Alia testimonia probata conclusionē.

1. Ioan. 8.

An Deus sit visibilis à mentibus creatis.

Plato & Aristote. de beatitudine.

opti-philosophur. de beatitudine.

inspectio-Dei beatitudo principiter consistit in caritate consequente

est Deus, non modo propheta non videntur, sed neque angeli, neque archangeli. Etenim natura creata increatum videre non potest. Et obiectum illud ex Matth. 22. Angeli eorum vident faciem patris, & Matth. 5. beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt soluit, videbunt cogitatione scilicet, & imaginatione, quam pro viribus nostris de Deo capimus.

¶ Et Theodoretus episcopus Cyrenensis Chrysostomo concinit, in dialogo cui titulus est immutabilis, ubi ait, Deum ab angelis non videri in substantia, & essentia, sed per similitudines quasdam, eo modo quo olim visus est à prophetis. Et Theophilactus versans locum Ioan. Deum nemo vidit vnquam, ait, Neque angeli vident substantiam Dei, quamuis dicantur videre substantiam eius. Hoc enim indicat semper Deum illis apparere. Idem sapit Euthimius, ipsis inquit immaterialibus virtutibus inuisibilis est Deus, nedum materialibus. Etequidem conclusio est certa & catholica beatos visuros diuinam essentiam visione clara & intuitiva: & non per similitudines instar prophetarum, quibus Deus ex similitudinibus & sub imaginibus sensibilibus videbatur Esai. 6. Vidi Dominum eleuatum. &c. Et hoc probat locus Pauli, Videmus nunc per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem. 1. Corint. 13. Qui locus aperte conuincit Deum à beatitudine videndum citra omnem imaginem, sed facialiter. Et rursus Paulus, Nunc cognosco ex parte tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. At cognoscere ex parte, & videre ex parte, est imperfecte videre siue aenigmaticè videre, quod non est videre clare, nisi obscure videre: in caelesti autem habitaculo, videndus est Deus non ex parte, igitur perfecta visione, quae est intuitiva visio. Ad hanc beatitudo est satiatiua voluntatis, quia illi tunc superest nihil desiderandum. At vero si mens non videret Deum, non esset satiata, quia hoc illi supererat desiderij, videre diuinam substantiam.

¶ Facit cum hac veritate, quia fidei Trinitas in caelestibus regnis, fides igitur, ad huc ibietit Trinitatis. Quo modo ergo Paulus inquit nos ambulare modo per fidem, non per speciem? Igitur beati non ambulant per fidem. Quod verò Chryso-

stomus, & citati autores tradiderunt, quod mentibus creatis increatus Deus est inuisibilis, tu intellige quantum ex natura est creata mentis videre non potest Deum, quandoquidem indiget lumine eleuante & confortanti, vt Deus illi sit visibilis. Vel secundo, esse inuisibilem retulerunt ad esse incomprehensibilem quia soli sibi Deus est comprehensibilis, de quare post haec differetur.

¶ Superest argumenta in exordio disputationis obiecta diluere. Primo dices procedere ex falsa hypothese potentias esse beatificabiles. Siquidem qui credunt has esse accidentia, non possunt concedere esse beatandas, tanquam quod quia accidentia ista non sunt quae per se beatificantur, sed quibus beatificamur. At vero ipsa mentis substantia per potentias beatificatur.

¶ Verum mens ipsa immediatior est suo ultimo fini per intellectum, quam per voluntatem, quia per intellectum Deum assequitur non per voluntatem. Si vero potentiae sunt idem realiter atque ipsa mentalis substantia, tunc aequae proxima est realiter per intellectum, atque per voluntatem. Quod si exquiris: siquidem distinguuntur ratione, secundum cuius actum potentiae immediatius se habet ad suum rationalis creatura finem. Videbitur enim fortassis per actum voluntatis, quia beatitudo est summum bonum, & bonum est voluntatis obiectum. Sed dicitur immediatius per actum intellectus se habet ad hoc summum bonum, quam per actum voluntatis. Quoniam voluntas non fertur in summum bonum, nisi quatenus est intellectum: & ideo prius est cognitum summum bonum ab intellectu, quam sit amatum à voluntate. Et ad summam fruitionem summi boni, praerogatur summa illius cognitio, quae est visio illius. Nam visio in genere cognitionis summa est, at per ipsam visionem assequitur mens ipsum bonum, & idcirco potius in visione, quam in amore locanda est beatitudo: siquidem intellectus non praerogatur actum alterius potentiae, vt videat Deum, at voluntas eget, igitur immediatius fertur intellectus in Deum, quam voluntas.

¶ Vnde probe censuit Plato (vt pridem commemorabam) cum absolute anima est beata, non primum fruitur Deo, vt pulchro,

Respō. argu.

A 3 orat  
B 20 21. ed  
3017Arg. Scotla  
diluuntur.Beatitudo  
formalis h  
tudo ob  
sua.Quaestio a  
xenda.Observanda  
Plato, de bea  
titudine do-

chro, trina,

chro, & charo, in quo est voluptas, qui est actus voluntatis, sed primum fruitur Deo, vt vero, qui est actus intellectus. Quare iuxta Platonem summum verum est obiectum beatitudinis formaliter, etiam si ipsum summum verum est summum bonum. Ideo ad assecutionem summi veri per intellectum, consequitur fruitio summi boni per voluntatem: est actus enim fruitio voluntatis. Et quidem primum consistit tuere beatitudinem in actu voluntatis, quae est potentia caeca non videtur contentum rationi. Quod per caecam potentiam prius homo beatificetur. ¶ Ex hac solutione confirmationis nodus, enodatur. Secundo argumento dices, culpandum esse ex fundamento. Nos enim dicimus beatitudinem provenire ex contemplatione clara Dei, quae quidem est actus intellectus contemplatiui, at intellectus hic non ordinatur ad dilectionem, imo dilectio viat, ad illam assequendam claram contemplationem ordinatur. ¶ Est sane verum practicum intellectum ordinari ad dilectionem, vt ad alias actiones, ceterum nos de huiusmodi intellectu non curamus modo. Et Anselmus de practico intellectu est habendus. ¶ Tertio dices, quod si accidentia sunt voluntas, & intellectus, realiter distincta, vt multis est confessum: sit sane voluntatem magis appetere suam perfectionem quam alterius potentiae, sed nihil ad rem, si quidem anima est quae appetit suam beatitudinem, quippe quae ipsa est quae beatur, etsi potentia est qua beatur. Et quia magis consequitur beatitudinem per actum intellectus, quam per actum voluntatis, ideo, magis illum intellectus actum appetit. Si autem anima est suae potentiae, nullus locus est Scotico argumento, vt vides. ¶ Quarto, prompta est responsio charitatem esse reginam virtutum, quandiu misera haec labitur vita. Quippe nunc videmus Deum per enigmata, verum quando reuelata facie speculari debet Deus, tunc clara Dei visio primatum obtinebit, quia ista est beatitudo formalis, hoc est per quam mens beatur: Deus autem est beatitudo obiectiva, quia est obiectum huius visionis. ¶ Quinto responsum est inter differendum, iudem & sexto. ¶ Post haec praefate attendenda est alia questio, num Deus sit visibilis a substantijs se paratis citra luminis gloriosi operam. Et

quidem facilis est & difficilis est huius questionis enodatio. Facilis sane, quia ecclesia decreuit lumen gloriae esse necessarium videndo Deo, in clementina ad nostrum, de haeticis. Vbi refutat haeresim Beguinorum, & Beguinarum dicentium intellectum creatum non indigere lumine gloriae adiuuante & confortante ad videndum Deum. At vero difficilis est, quippe causam decernere, quare sit necessarium istud lumen gloriae, & ad quid seruiat, num ad confortandum & iuuandum potentiam, num ad disponendum, non est periculum. ¶ Enimvero dicit aliquis Moysen in monte Sinai, & Paulum in raptu vidisse Deum, vt augustinus memoratur in libr. 12. super Genes. capit. 27. & 28. Et libr. de videndo Deum ad Paulinam capit. 12. & 13. Vbi tradit hos viros duos vidisse Deum non ex similitudine, vel ex imagine creaturae vt prophetae vidisse creduntur, sed nudam & claram diuinam essentiam obtinuerunt inspectionem. Neque sibi aduersatur August. libr. 2. de Trinit. capit. 17. & 18. Vbi stultos vocat eos, qui credunt Deum a mortalibus in sua substantia visum esse. Siquidem ipse stultitiam putat (& vere putat) diuinam substantiam oculo corporaliter esse visibilem. Vnde in fine cap. 18. concludens ait, ipsa enim natura vel substantia, vel quolibet alio nomine appellandum est, quod Deus est, quidquid illud est corporaliter videri non potest. Iam ergo si isti viderunt diuinam essentiam, & sine lumine gloriae, igitur Deus est visibilis, sine lumine gloriae. Probatur antecedens, quia lumen gloriae est habitus, at Moyses, & Paulus hoc habitu non sunt potiti, siquidem habitus est forma permanens illi vero habuerunt visionem transeuntem. ¶ Quod si dixeris ex eo quia visionem transeuntem habuerunt, ideo non fuisse instructos lumine gloriae, obijciam tibi, Visio mansua Dei, & visio temporalis, non differunt specie, quia album vnius diei, & album multorum dierum sunt eiusdem speciei tradete Aristotele primo ethicorum. Igitur si ad visionem raptim transeuntem non est necessarium lumen gloriae, neque ad visionem morosissimam erit necessarium. ¶ Secundo, quia vel intellectus creatus suapte natura est potens videre Deum, vel non est potens. Si secundum, igitur neque adiecto lumine gloriae

Arg. 1.

Moses vidit  
Dei essentiam,  
& Paulus.

Arg. 2.

Beatitudo  
formalis bea-  
tudo obiecti-  
ua.Questio at-  
tenda.Observanda  
ato, de bea-  
titudine do-  
rina,

Argumenta  
differentialia  
in gloria na-  
tura & neces-  
sitate.

ria erit etiamnum impotens. Habitus na-  
que non facit, sed præsupponit potentiam,  
quam ipse accedens facilitat ad actum. Igi-  
tur si intellectus non habet potentiam ex  
natura sua ad videndum Deum, accedens  
habitus luminis gloriae, non faciet ipsum  
potentem: si quidem auditus quavis adie-  
cta qualitate etiam supernaturali non po-  
terit videre colores. Si vero suaapte natura  
potens est, ergo non eget lumine gloriae,  
nisi forte, ut facilius seu citius aut delecta-  
bilis videat. ¶ Tertio, vel beatitudo est  
actus productus ab intellectu beato, vel  
non est actio intellectus creati, sed est ope-  
ratio quam Deus operatur in intellectu  
creato. Si primum igitur lumen gloriae,  
& intellectus ambo simul concurrent ad  
actum beatificum, ut duo trahentes nauem  
simul coeunt ad tractum nauis. Quod si  
ita theologizet: igitur ex se habet intelli-  
ctus creatus facultatem aliquam naturalem  
ad videndum, quam non poterit præstare  
solum nisi adiutus ex lumine gloriae: At  
contra videtur, quia vel lumen gloriae iu-  
uat, ut habitus, vel ut potentia. Si ut habi-  
tus: igitur cum habitus concedatur ad pro-  
prie, & delectabiliter operandum, & non  
ad operandum simpliciter, igitur lumen  
gloriae solum est necessarium, ut creatus  
intellectus qui alias difficulter se haberet  
in producenda clara Dei visione promp-  
te se habeat. Quod si concedis simpliciter,  
igitur non est necessarium lumen gloriae.  
Quod si dixeris iuuare, ut potentiam, ut  
duo trahentes se iuuant, trahendo nauem,  
iam lumen hoc esset potentia partialiter  
videns Deum: igitur esset hoc lumen in-  
tellectus aliquis supernaturalis, qui intel-  
lectum creatum iuuaret ad videndum Deum,  
unde beati constarent ex duplici poten-  
tia intellectiva, quod esset absurdum. Quod  
si dixeris visionem Dei non esse operatio-  
nem intellectus creati, & ideo neque lu-  
men gloriae esse habitum, neque potentiam,  
sed esse dispositionem, quandam superna-  
turalem reddentem capacem intellectu  
creatum suscipiendae visionis diuinæ, ob-  
ijcitur primò, quia beatitudo est actus pro-  
ductus à mente beata, & deitate sibi præ-  
sentata, & non est receptus solum, sed etiam  
elicitus. Quandoquidem et si sentire sit pa-  
ti secundum Aristot., non tamen intelligen-  
re, nam agens intellectus producit intelli-  
ctionem. Nam quamuis. 3. de Ani. text. 2.

3. de anima.  
text. 7.

intelligere est quoddam pati, ut sentire  
tradatur: istud quidem est pari ab intelli-  
gibili, quia obiectum intelligibile pro-  
ducit intellectionem in intellectum. Ve-  
rum istud non detrahit actioni intellectus,  
qui cum obiecto coit, ad hanc productio-  
nem. Itemque sentus agit cum obiecto  
suam visionem, etiam si dicat Aristot. sen-  
tire esse quoddam pati. Hoc enim dixit,  
quia in sensu aliquando contingit alte-  
ratio quædam corruptiva, quæ non acci-  
dit intelligendo. Unde recte dixit The-  
mistius lib. 1. de memo. & reminiscenzia.  
coire ad sensationem, & sensibile, & vim sen-  
soriæ ex quorum admixtura sensio, seu  
actus sentiendi, ut foetus excluditur. Ve-  
rum forsitan dicet aliquis, secus esse de bea-  
titudinis actu, qui cum sit supernaturalis,  
erit à solo Deo producendus. Et quibus-  
dã theologis confessum hoc est, ut OKam  
in. 2. sent. distinctio. 19. & non solum de cla-  
ra visione Dei istud fatetur, sed addit Deum  
producere se solo odium sui in damnatis  
ad poenam eorum. At si Deus producit  
odium sui in damnatis, utique odium il-  
lud non esset culpa, sed esset bonum, quia  
vidit Deus cuncta, quæ fecerat & erat val-  
de bona. Sed quis non horrebit audire o-  
dium Dei esse iustum & bonum, quod ha-  
bent damnati? Et rursus quia hoc com-  
mentum excogitavit OKam, ut obstina-  
tionis damnatorum causam inueniret. At  
vero etiam si odio habeant Deum, nihil  
obstat odium Dei quo minus possint dili-  
gere bene creaturas. ¶ Porro OKam cum  
commentum missum in præsentia facia-  
mus, & ad institutum regrediamur. Cum  
ergo ab obiecto & potentia pariatur noti-  
tia, ex proverbio detrito apud scholasti-  
cos theologos, Visio Dei, excludetur etiam  
ab intellectu creato & Deo. ¶ Cæterum  
faciamus ita esse, quod non excluditur ab  
intellectu, sed solum quod recipitur in il-  
lo donante Deo, tum quærendum restat,  
lumen gloriae quid seruiet? Respondebis  
forsan, tunc non iuuat actionem, at dispo-  
nit ad receptionem visionis beatæ. Quip-  
pe cum sit hæc supernaturalis actus, eget  
supernaturali dispositione. Et ad hanc ra-  
tionem theologizat Ioan. Maior. distin-  
49. questio. 4. Sed quid dicet aliquis, est  
set tum processus in infinitum, quippe ad  
illam dispositionem, quæ est lumen glo-  
riae, erit necessaria alia dispositio. &c.

Actus intelli-  
gendi vel sen-  
tiendi est ta-  
quæ factus ob-  
iecti, & potè-  
tia.

Odium Dei  
quod habent  
damnati non est  
à Deo impres-  
sum in ipsis.

Dist. 49. q. 4.  
4. & q. 4. 5. d.  
14.

Respon

Respondet Ioan. maioris, hanc dispositionem esse imperfectiorem qualitatem, quam sit visio beata, ideo non eget alia dispositione. Porro obijcit sibi clementiam tradentem lumen gloriæ: iuuare & confortare: igitur non disponit. Respondet iuuamētū esse & confortationē ipsam dispositionē. ¶ At verò clemētina non meminit adiutorij vel confortationis, sed solū lumen gloriæ esse necessarium ad eleuandam naturam. Quid quod certum est, habitus supernaturales infundi posse, sine alijs dispositionibus supernaturalibus præuijs, vt fides, charitas, spes, non videtur necessariam esse dispositionem ex lumine gloriæ ad clarā Dei suscipiendam visionē. Quod si dixeris fidem non infundi &c. nisi præuijs caractere ad manum est responsio, catechumeno ex solo baptismo flaminis, illas infundi. Igitur vt colligam argumentum, si lumen gloriæ non est necessarium, vt coagēs, neque vt disponens, non videtur necessarium. ¶ Quarto, lumen gloriæ si esset constituendum, esset forte, quia sine lumine non fit visio, igitur visio beata erit in lumine, non naturali, igitur supernaturali. At verò neque istud probat, siquidem lumen non requiritur ad confortandum sensum visus, sed potius ad illustrandum medium. Etenim lumen est color diaphani, quia facit diaphanum esse visibile. Namque lumen est actus diaphani quatenus est diaphanum 2. de anima. tex. 70. & tex. 69. Quid quod quædam sunt sensibilia, quæ sine lumine videntur, vt squamæ piscium quorundā, & cicindelæ atque putridæ quercus. Et rursus quidam sunt visus, qui lumine non indigent, vt oculi felium, & catorum domesticorum qui sub tenebris clarè intuentur visibilia. Igitur lumen non est necessarium ex parte potentia, neque ad confortandum eam neque ad disponendum illam ad visionem, sed solū est necessarium ad visionem, quia visus non patitur à colore, sed a medio deducente species coloris in visum, vt docuit Aristot. 2. de anima. ¶ Quinto lumen est ad manifestandum visibilia: at verò Deus non eget hac manifestatione. Probatur minor: siquidem intellectus ab excellenti intelligibili perficitur. 3. de anima. tex. 7. & excellentia intelligibilia sunt ex natura sua valde nota, vt Aristot. dicit vt oculus vesperilio-

nis ad lucem solis, ita intellectus noster ad manifestissimam naturam, vocans manifestissimam naturam, spirituales substantias. Deus autem est maximū intelligibile, igitur maxime de se est notissimum intellectui vt lux est manifesta de se visui, sine alio lumine. Quod si modo non est adeo notus, est ex commercio intellectus & sensus, at postquam libera fuerit mens ab hoc onere, erit sine impedimento. Ergo, quod est de se maximè notum, quia Deus lux est Ioan. 1. apertum erit intellectui tunc sine aliquo alio manifestante. ¶ Sexto si manifestat hoc lumen Deum, vt clare videatur, ergo erit species intelligibilis representans clare Deum, vt species visibilis visibile: at Deus non potest videri per speciem, igitur neque manifestari per lumen. Probatur consequentia, quia lumen hoc non se tenet ex parte medijs, vt constat, sed si est necessarium, est ex ratione potentia: at in potentia nullus est habitus manifestatiuus obiecti, nisi species. Minorem probabis, quia species cum sit creatura & effectus Dei, non poterit clare representare Deū: quia infinitis partibus est Deo dissimilior, quam similior.

Hæc sunt argumenta, quæ mihi proferre visum fuit, vt res hæc de lumine gloriæ pressius differeretur, & clarius manifestaretur. Et in primis confessum est theologis Deo subesse beatificare creatū intellectum citra intermedium lumen, vt Thomæ dist. hac. q. 1. & Paluda. q. 1. art. 3. & Durando. q. 2. & Maiori. q. 4. & reliquis theologis quos vidisse mihi contigit. Enim vero quod non est implicans contradictionem Deo. subest: at istud non implicat, vt liquet. ¶ Præter hæc, quod Deus potest facere ex interuentu causæ secundæ, potest se solo: igitur si beatificat interueniente lumine gloriæ, poterit beatificare illo non interueniente. Quod si refringas hanc rationem colligēs, igitur Deus poterit beatificare intellectum creatum sine actu beatifico, scilicet, sine clara visione: quippe si beatificat per illam, poterit sine illa. ¶ Solutio est prompta clarā visionem esse formalem beatitudinem creati intellectus, at Deus huius causæ vicem sufficere nequit, quia huius sufficientia seu supplementum est imperfectionis redargutio: siquidem forma hæret alteri, & ab eo pendet, quod

De potentia absoluta Deo sine interuentu luminis gloriæ beatificare.

Deo

Vices causae  
formalis ut  
neque mate-  
rialis Deus  
non potest  
sufficere.

Psal. 35.

Quid lumen  
ex Aristo.

Deo repugnat. At vero luminis gloriae efficientiam Deus supplere poterit, quia siue concurrat, ut agens lumen hoc producendo visionem beatam, siue ut disponens ad illam, utramque efficientiam Deus potest supplere. Quoniam isthaec suppletio, quia efficientiae est, nullam subindicat imperfectionem. Quid autem sit de facto, itidem consensus est theologorum lumen gloriae esse concedendum beatis, quamvis Durandus, non habet hoc apud se omnino constitutum: quia inquit quid sit de facto, possibilis est beatitudo intellectui creato sine lumine isto. Veruntamen quia ecclesia decreuit, nihil est haesitandum in re hac. Quamvis rationem peremptoriam, quae illud colligat non est facile inuenire. Sed neque locus sacer, qui hoc aperte probet, est inuentu promptus. Enim vero locus ille vulgatus, Apud te est fons vitae & in lumine tuo videbimus lumen a glossa ordinaria ex Cassiano de Christo exponitur, qui lux est, & per eius praedicationem cognitus est pater, filius, & Spiritus sanctus, qui sunt lux aeterna. Et ad hanc rationem intellectum voluit hunc locum interlinealis. Itidem locus ille Apocalyp. 21. Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus eadem glossa per claritatem Dei intellexit Trinitatem. Ad quem modum intelliges Esa. 60. Non erit tibi amplius sol ad lucendum &c. sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Et quod Aug. dixit. Animam non esse beatam nisi participatione diuini luminis non colligit lumen gloriae, quia per uia est responsio, sensum, esse animam non esse beatam, nisi ex mirabili confortio diuinitatis, quae est vera lux mentium. Rursum quod ecclesia canit sub mortuorum officio. Lux aeterna luceat eis domine &c. non conuincit, quia facile diceret aliquis, non ibi peti lumen gloriae, sed manifestationem diuinitatis. Siquidem autor est Aristoteles lumen esse lucis praesentiam. 2. de anima, text. 70. & in lib. de sensu & sensibili cap. 3. lumen est praesentia lucidi in diaphano. Vnde ex prece dicta ecclesia orat, ut mentibus defunctorum fidelium diuinitas sit praesens, & haec praesentiam diuinitatis per sui manifestationem forsan diceret aliquis esse lumen gloriae. Caeterum non probet diceret iuxta ecclesiae decretum: siquidem ecclesia de-

cernit lumen hoc eleuare intellectum ad videndum Deum ut doctores antiqui scholastici exposuerunt iuuamentum conferre, & confortationem ad videndum Deum. Vnde ad hoc quod Deus fiat praesens requiritur lumen gloriae: ideo illa diuina manifestatio, ut ecclesia loquitur, non est hoc lumen gloriae. Nicolaus Lyranus lumen hoc esse necessarium existimat, quia ex Aristo. 2. meta. sicut noctua ex debilitate visus eget confortante lumine ut videat lucem, ita mens creata, propter excellentiam diuinae lucis. Vt experimento videmus nos non posse oculorum aspectum defixum in luce solis tenere diu propter illius eminentiam. At vero hoc exemplo non probat, noctua enim non eget lumine adiecto ad videndum lumen, quippe a luce solis offuscatur, quare sub occasu solis illa potest esse videre et si debiliter. Et Aristot. comparatio non ad statum venturum animarum, sed ad praesentem retulit. Et aliud est de luce sensibili, aliud de luce intelligibili. Etenim, ut ex Aristo. memoratum est intelligibilia excellentia confortat intellectum, excellentia autem sensibilia sensum enervant. Vnde forte diceret Aristo. diuinam celsitudinem, ut inspiciatur a mente creata non egere lumine alio confortante super addito, quia ipsa sola tantisperdum clare intelligitur maxime confortat intelligentem. Scotus porro in dist. hac. q. 12. non simpliciter respondet huic questionem, sed sub distinctione temperat responsum ad hunc modum. Vel intellectus creatus producit visionem beatam, aut non producit sed suscipit tantum. Si primum, necessarium est lumen gloriae ad confortandum intellectum: est autem confortatio haec concurrere cum intellectu creato, ad illam beatam visionem eliciendam. Si vero solum suscipit, non est necessarium lumen gloriae: quippe ipsa potentia nuda ab omni habitu super addito est susceptiua beatae visionis. Et quia hoc habet ex propria natura, susceptiuam esse huius visionis, ideo non est opus lumine disponente. At vero occines forsan Scoto, neque temere, etiam materiam esse susceptiuam formarum substantiarum, at nihilominus eget dispositionibus. Verum solueret Scotus, has dispositiones esse sane necessarias ad expulsiorem formae existentis, & introductionem

Intellectus  
noster confortatur  
noctuae pro statu suo  
praesenti.

Quid Aristo  
teles de lumine  
gloriae dixisset.

Exponitur  
Scotus.

Deus in  
da anima  
tionari te  
rit instar  
se natural

Prima con-  
clusio.

tionem nouæ formæ generandæ. At in beatitudine non est hæc vicissitudo formarum: sed sicut diaphanum ex natura sua sine adiecta dispositione suscipit lumen, ita mens creata submotâ omni alia dispositione est maximè susceptiua actus beatifici. Porro, quia producere actum beatificum, est longè præclarior, quam solum illum suscipere, quia nobilior est agere, quam pati, ideò ad actum nobilior, imò longè nobilissimum, requiritur habitus menti superadditus. Et istud forsân Scotus considerans, dogma præfatum scripsit. Paludanus etiam non longe abhorret ab hoc placito loco indicato. Iudicat enim mentem creatam nudâ ab omni adiecta dispositione esse capacem beatitudinis. Vnde si Deus vellet posset illam beare sine lumine gloriæ. Neque si argueris, igitur si est potentia naturalis ad beatitudinem passiuâ, erit actiua naturalis, illi correspondens, argumentum istius modi validum Scotus esse putat. Quâdoquidem materia est in potentia naturali passiuâ ad suscipiendam animam rationalem. At verò nulla est potentia naturalis, quæ illam possit producere: quippe quæ solum creatur à Deo. Ego verò non omnino probatum hoc habeo respondendum: siquidem Deus in creando animam rationalem, se gerit instar naturalis causæ: quando quidem agens naturalis agit in terminis dispositionibus, & Deus etiam creat animam in materia dispositâ sufficienter, & ad corruptionem aliarum formarum illa introducitur à Deo. Et quidè arridet mihi vehementius dicere, mentem creatam esse potius in potentia obedientiali quam naturali, relata ad beatitudinem super naturalem si illam solùm modo suscipiat, siue cum lumine gloriæ agat. Etenim potentia hæc obedientialis spectat ordinem diuinum supernaturalem, vt naturalis potentia ordinem naturalem. Facteur igitur ex Dei potentia absoluta mentem creatam esse in potentia obedientiali passiuâ ad suscipiendam beatitudinem, citra lumen gloriæ, vel ad producendam cum illo beatitudinem. Imò ad suscipiendum ipsum lumen gloriæ etiam est in potentia passiuâ obedientiali ob eandem causam. Iam verò constituam tibi aliquot conclusiones, vnde tibi constare possit, quid de lumine gloriæ ferat animus:

Sit igitur prima conclusio, mens creata non habet potentiam naturalem actiuam beatitudinis. Hæc tibi spectata erit conclusio, si obseruas tamen, potentiam naturalem actiuam, referri ad actum naturalem, quem ipsa potest elicere. Ii verò illum actum naturaliter excludere nequit, ipsa non est potentia naturaliter actiua respectu illius. At verò beatitudinem non potest omnis mens creata naturaliter preferre, igitur &c. Minorem probabis: quia si posset, ergò angeli in instanti creationis primo fuissent beati omnes. Etenim vero, si ipsi poterat suapte natura videre Deum, & Deus erat illis presentissimus secundum essentiam, potentiam, &c. & nullum erat impedimentum, igitur necessario sequeretur visio beata. Quod si dixeris, illos omnes vidisse Deum, at hæc visio non erat beata, quia non erat à Deo producta, obijciam tibi, visio producta à Deo, & ab ipseiusdem essentia speciei. Igitur si vna erat beata & altera fuisset beata. Etenim tu non poteris probare de essentia beatitudinis esse, quod producat à Deo solo: sed essentia eius est, quod sit clara visio Dei vt supra probatum est. Si ergò angeli omnes fuissent Dei spectatores, fieri non posset, vt supplicijs æternis postmodum manciparentur. Et beati angeli prius reportassent præmium, quam illud promeruerint, quod est contra ordinem iustitiæ, quem Paulus expressit dicens, Cursum consummaui: fidem seruauit: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Rursum animæ damnatæ etiam viderent Deum ob eandem rationem, quod est implicatio. Quod si dixeris Deum impedire ne videant Deum, consequens esset, miraculo esse dandum, quod damnati non videant Deum, quod est erroneum. Imò consequium est ad contrarium conclusionis, omnem intellectum creatum seu naturam necessario esse visurum Deum, & quod esset miraculum non videre. Namque si hæc natura est potens videre Deum & obiectum est presens, nempe diuinitas videbitur necessario, id quod asserens hæresim asserasset. Secunda conclusio, Mens creata non est in naturali passiuâ ad beatitudinem. Hæc aduersatur Scoto Paluda. Durando, qui diuersum dogma præferunt. At verò probatur cum exprioribus, tum quia potentia passiuâ

Exponitur Scotus.

Deus in creâda anima rationali se gerit instar causæ naturalis.

Prima conclusio.

ad istud in videri ut libni altius ad hanc m. m. m.

Secunda conclusio. Mens creata non est in naturali passiuâ ad beatitudinem.

passiva naturalis, correlationem habet ad actiuum naturale. Nanque frustra est potentia, quae nequit reduci ad actum, si non in indiuiduo, saltem in specie, vel genere. Si ergo nullum est actiuum naturale, quod illam passiuam potentiam posset ad actum trahere, illa frustra esset. Quippe si ab actu supernaturali trahitur ad actum, iam non erat naturalis passiva potentia, quandoquidem non patitur naturaliter, sed supernaturaliter. Ad rem igitur, cum actus beatificus sit supra totum ordinem naturae, non est ad illum suscipiendum potentia passiva naturalis, sed si qua est obedientialis erit nuncupanda. Quod si obstitueris, dicens esse naturalem hominum inclinationem, quin & angelorum ad beatitudinem igitur, cum haec inclinatio non sit frustra constitutum est, quod saltem in creatura rationali, erit potentia passiva naturalis suscipiendi beatifici actus.

Qualiter sit in nobis naturalis inclinatio ad beatitudinem.

Respondetis inclinationem esse ad beatitudinem naturalem, esse multiuocum, & ideo distinguendum. Vel loquimur de inclinatione generali & confusa, qua cuncta exoptant sibi bonum, & rationalis creaturae idem idem optat bene habere in cunctis, & nihil mali pati: vel loquimur de inclinatione particulari ad hanc beatitudinem caelestem, quam fides catholica praescribit futuram, Deum sincere colentibus. Si primam subaudire velis fateor inclinationem esse naturam ad beatitudinem viuendum. At vero si aliam inclinationem subintelligas, illa sane non est naturalis, sed ex fide & charitate procedens: ideoque illius appetitus est supernaturalis ex habitibus supernaturalibus pendens. Quare apud infideles non extat huiusmodi inclinatio. Quam ob rem prior inclinatio expleri potest secundum vires naturae, si non in omnibus hominibus, certo in aliquibus. Nanque. 16. Ethic. ca. 8. haec beatitudo describitur, quae sit: & illa est quidem homini possibilis ex naturae virtutibus. Si quidem speculatio vera substantiarum separatarum quae est felicitas contemplatiua, corporis prospera valetudo, sufficientia bonorum temporalium ad virtutis usum, & reliqua quae ab Aristotele sunt denarrata felicitati morali nec essaria, homini sunt possibilis secundum naturam eorum, quauis rarus est cumulus in vno hominum rerum omnium. Vnde soluitur Augustinus

Felicitas contemplatiua sola est contemplatio, moralis generum temporalium copia.

gusti. quae sit illa 13. de Trini. ca. 4. si omnes appetunt beatam vitam, quomodo pauci virtutem amant, vnde illam adipiscantur, quandoquidem generalis appetitus beatitudinis iste est ex generali eiusdem coque confusa notitia procedens. Notitia autem generalis finis errores in particulari circa electionem mediocrum & circa ipsum finem admittit.

Tertia conclusio, lumen est analogum ad varia lumina. Haec inductione manifesta est. Est enim lumen visibile, & hoc est actus diaphani, vt diaphanum. Est & lumen intellectuale, & hoc duplex, quod dicitur naturale, est enim intellectus creatus a Deo lumen quoddam: aliud supernaturale, & istud duplex, aliud est creatum a Deo, quod vocamus lumen gloriae: aliud mercatum, & est Deus ipse vnde Symbolum profiteretur Deum de Deo, lumen de lumine. Lumen visibile vero duplex ad huc est aliud quod est actus diaphani & c. Aliud est lumen, quod visuale potius dixeris & est intrinsecum visui, cuius meminit Aristoteles libr. de sensu & sensibili cap. 2. tradens aduersus Platonem lumen extrinsecum, non coniungi cum lumine visuali, neque in coniunctione horum celebrari visionem: quia tunicae oculares sunt interstitia. Verum de huiusmodi visibilibus vel visualibus luminibus nihil ad praesens. Etenim Deus est inuisibilis oculo corporeo, propterea quod Deus non potest patere sensui vel externo, vel interno. Quippe neque coloratus est, neque figuratus, neque calidus, aut frigidus, & cetera quare omnem sensationem, omnem imaginationem fugit, quod enim vocatur lux, non eo vocatur, quo intelligamus esse lucem sensibilem, qualis est lux solis, sed vt per hanc lucem intelligamus esse lucem intelligibilem. Quarta conclusio, Deus cognosci potest imperfecte tamen a lumine intellectuali naturali. Hanc Paulus docet, inuisibilia Dei per ista, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur ad Rom. 1. Est igitur Deus inuisibilis, vt etiam Thom. 1. scripsit idem Deum esse inuisibilem, at est intelligibilis, si qui deus esse, est intelligibile: est enim ens obiectum intellectus. Deus igitur, qui est maximum omnium entium siue perfectissimus, erit maximum intelligibilis. Intellectus igitur creatus potens est cognoscere Deum. Verum

Tertia conclusio.

Lumen est analogum ad multa lumina.

Lumen visibile lumen visuale. Lumen intellectuale.

Quarta conclusio.

Aenigma notitia solum cogit nobis hic viuunt

Conclusio

Seraphini & Cherubini es naturae acque in vni Deum

rū quia est intellectus humanus, & est Angelicus, & humanus duplicem habet statum, & dū corpori est imersus, & quādo à corpore est subductus, ab oī intellectu sanè est deus intelligibilis: at lōge lateq; differēti rōne: nā ab intellectu cōiuncto intelligibilis est. At vero enigmatica solū magno labore paratur tāte celsitudinis notitia. Siquidem phātasmatib; vtiitur intellectus hic: Deus aut phātasari nequit. ¶ At intellectus separatus, nullo labore illū cognoscit: siquidē vidēs seipsum & alia, Deū intelligit clare autōrē esse sui, & aliarū creaturā: quā iā tū agit i foro intellectuāli & exiuit à foro rerū sensibiliū, & a depēdētia à phātasmate. Et idē, quāuis intellectus separatus videbit Deū esse & autōrē esse omniū rerū, at vero diuinā essentiā impfectē cognoscet.

Aenigmatica  
notitia Dei  
solum contin  
git nobis dū  
hic viuatur.

1. Conclusio.

¶ Quinta conclusio, Nullus creatus intellectus, poterit ex natura sua Deū cognoscere perfectē, hoc est, intuitiue. Hęc mihi est probatissima conclusio. Siquidē, ut paulo ante dicebā, si ex natura sua posset intellectus creatus clarē diuinā intueri essentiā utiq; intellectus, quilibet posset se beatificare, id qd etiam Philosophi Ethnici nō probarūt. Dicebat enim Plato, qd solū animis purgatissimis inspectio Dei cōcedebatur. Si vērō ex natura possent intueri essentiā Dei, e tīā impurissimis animis post mortē corporū contingeret beatitudo. ¶ Quod si dixeris, impuritas impedimento erit videndo Deo: at impuritas naturę vires nō tollit, vtiq; miraculo esset tribuendū, qd animi impuri non viderent Dei essentiā, quam habent alioqui pręsentem, quia intima. Quare videtur, quod Plato nō naturę intellectus, sed diuino muneri tribuerit diuinitatis inspectiōnē. Et Arist. hoc idē non inficiāretur. ¶ Porro locus ille Pauli. 1. ad Timo. 6. Habitat lucē inaccessibilem, mihi videtur conclusiōnē istam colligere. Hoc enim est Deum habitare lucē inaccessibilem, habere essentiā, quę nulli intellectui, quamlibet eminentissimo & acerrimo vel Cherubinorū, aut Seraphinorū ex naturalib; illorū viribus patere clarē possit, quę sit, & ideo inaccessibilis vocatur. Neq; Paulus de accessu locali loquitur, siquidē diuina essentiā intima est oib; reb;: neq; enim lōge est ab vnoquoq; nostrū. Act. 17. Sed sermo habetur de accessu mētis: quā nulla creata mēs, poterit illā ex sua natura clare intueri. ¶ Quod si dixe

Seraphini &  
Cherubini  
ex natura sua  
acqueunt in  
ueri Deum.

ris nō fieri sermonē, de clara intuitiōne, sed de cōprehensiōne, quia est Deus incomprehensibilis à creatis omnibus mētibus, ego nō refragor: ceterū vtrāq; expositiōnē admittit prędictus locus. ¶ Adde ad Ro. 6. Gratia Dei vita eterna: igitur gratis cōmunicatur vita eterna, seu beatitudo supernaturalis: igitur nullus creatus intellectus suapte natura poterit clare videre Deū, quā iā tū non grā Dei esset vita eterna, sed natura esset vita eterna, qd hereticū est, cōtra Pauli veritatē. Accedit eodē Psalm. canēs Posuit tenebras latibulū suū. ¶ Sexta conclusio, Intellectus creatus eget adiutorio, ut Deū clare videat. Hęc patet, quā Deus est lux inaccessibilis, igitur, ut ad illā fiat accessus, eget mēs creata adiutorio supernaturali, quā generale nō sat est, ut priora admonēt. Et hoc adiutoriū ycredicetur corroborare adiutū, quia adiuuās quodammodo est corroborans. ¶ Septima conclusio, Hoc supernaturale adiutorium est lumen glorię. Hanc admonet Clementina non semel cōmemorata. Scito tamen hanc Clementinam deludi à quibusdam Anglicis doctoribus. Afferunt enim illam non conuincere esse concedēdum lumen glorię habituale, sed Clementina hoc solum constituit hęresim esse dicere Deum posse videri ex naturalibus viribus intellectus. Ideo aiunt visionem Dei esse lumen glorię. Ceterum Clementina damnat docentes non esse necessarium lumen glorię eleuans intellectum creatū ad videndum Deum, igitur Dei visio requirit lumē glorię, quamuis locus hic non meminit confortationi esse necessarium lumen. ¶ Et rursum si ad actum fidei, charitatis, spei, concedimus esse necessarios habitus supernaturales: quid quod ad actum longe pręclarissimum, qui est clara Dei visio, sit necessarius alius habitus in creata mente, Et sicut isti habitus eleuant naturam ad actum fidei &c. ita lumen glorię ad visionem beatam. ¶ Octaua conclusio, Mihi longe plausibilis est asseuerare lumen glorię diuinitus concedi beatīs mētibus, ut produciōnem beatifici actus adiuuet, quam ut illas disponat ad suscipiendum actum beatificum. Enimvero beatī à Deo optimis quibusque nobilitantur dotibus, at pręclaris nobilitantur si suam producant beatitudinem, quam si solum excipiant. Quandoquidem nobiliss

6. Conclusio

7. Conclusio

8. Conclusio

est agere, quam recipere ex Domini verbo, beatius est dare quam recipere. Quocirca ad actum hunc longe præclarissimum necessarium est adiutorium supremum: & hoc est lumen gloriæ. Posset sane Deus, quæ est eius potentia infinita, sine hoc adiutorio, per auxilium aliud speciale actuale non habituale, mentem leuare ad talem actum proferendum: at hoc est diuinum ingenium per intermedias præstare causas, quod se solo præstare potuisset. ¶ At scio dices, Ecquid si hoc verum est, iam creatura se beatificat, occinente Psalmo, gratiam, & gloriam dabit Dominus: igitur non producit mens beata, sed potius suscipit beatitudinem. Respondebis non esse despiciendum hoc argumentum. Verum nihilominus nihil incommodi reputabitur, si dixerimus mentem beatam partialiter concurrere ad suam beatitudinem, & ad se beatificandam. Deus tamen est præcipua beatitudinis causa: & hoc volebat Regius vates verbis commemoratis. Et equidem verba Clementinæ secundum planum literæ sensum hoc indicant, lumen gloriæ iuuare mentes beandas ad suam beatitudinem producendam illasque ad idem confortare. Nam si solum disponit, dispositio non præmittitur ad confortandum, vt qui cæram mollescit illam disponit in cudendo sigillo. Sed nunquid mollescitio est adiuuare cæram, aut illam confortare? non iudico, sed est expellere contrariam qualitatem, nempe duritiem, quæ obstitabat incisioni sigillaris figuræ. Idcirco non probo Maioris glossemam. Meminit quoque huius luminis gloriæ hymnus Ecclesiasticus, in hæc verba, Vbi patres præcellentes in mortali corpore, admirantur assistentes de tan grâdi munere, diuinum numecernentes increatolumine. Hoc enim lumen creatum, quo diuinum numen cernitur, est quod vocamus lumē gloriæ. ¶ Superest regumenta, quæ exordium huius quæstionis obiecit diluere. Primo dices admissio Mosem, & Paulum raptim vidisse clarē diuinā essentiam, oportet fateri, illos non habuisse lumē gloriæ habituale, quia si habituale lumen habuissent non raptim, vel trāscursim Dei essentiam intuerentur. Sed forsan lumen gloriæ, quod obtinuerunt non fuit habitus, sed dispositio, quæ ex Arist. decreto facile mo-

Perauxillū  
actuale Deus  
potest mētes  
iuuare vt pro  
ducant beati  
tudinem for  
malem.

Argumen. re  
sponso.

bilis est. Vel viderunt essentia Dei adiuti Dei auxilio actuale mirabili illis noto, nobis occulto. ¶ Secundo dices mentem creatam posse suapte natura cognoscere Dei essentia, sed imperfecte. Vt verò perfectē illam cognoscat, illam videndo clarē & nō per effectus, concedimus lumen habituale esse necessariū: quod recte inter habitus recensentur, non inter potentias, quia præstat non cognoscere Deū, quod mens ipsa alioqui poterat, sed perfectē cognoscere, scilicet, clarē intueri Deū. Etia si comprehendere Deum ex nullo addito lumine mens creata poterit: quia infinita est diuina essentia, & a mente finita illius infinitas non potest comprehendere. Quantūcūq; enim videatur, adhuc est magis visibilis, a mētibus creatis. Quō verò, quidā sunt alijs beatiore, eō lumine præstatiore illustrantur a Deo: quāuis videtur huiusmodi lumina gloriæ solū discrepare secundū intensum, & remissum, vt & ipsæ beatitudines. Quod si istæ speciei differunt, & illa quoque specie discrepabunt. ¶ Tertio patet responsio ex præhabitis. ¶ Quarto respondebis lumē requiri ad confortandū mentē creatā, secusque se habet quam lumē visibile: quia hoc exigitur ad aduandū diaphanū vt diaphanum quod est medium per quod fit visio, illud verò non gratia medijs, sed gratia potentia conceditur a Deo, quippe quod est habitus supernaturalis mētibus beatis superinfusus. ¶ Quinto dices Deū esse lucē inaccessibile, nihilominus ex natura sua esse manifestissimā, vt Arist. docuit. At verò sicut ex istentia Dei est notissima ex lumine naturali, ita essentia eius est occultissima lumini naturali, at fit manifesta ex lumine supernaturali. Solis igitur lux videri nequit nisi a visu prædito lumine sibi natiuo, cæcus enim nō videbit lucē Solis, Ita quoque sine lumine gloriæ, cæca mēs est & diuinitatē nō pot intueri. ¶ Sexto dicitur lumen hoc gloriæ, non esse speciem intelligibilem. Theologis enim vulgo confessum est etsi non omnibus, diuinam essentiam per speciem intelligibilem creatam videri non posse. Est autē huius dogmatis ratio, quia illa species creatura est, & effectus Dei est: ideoque per illā distincte non potest cerni diuina essentia, quia magis est dissimilis Deo, quam similis. ¶ Et rursum quia species est eiusdem rationis

Nullum lumen gloriæ præstare poterit comprehendere diuinitatis.

Deus nō potest videri per speciem intelligibilem creatam

Sensus f  
pit specie  
nemater  
ge Them  
2. de Ani  
pit, 20.

Dorades r  
probatur.

tionis eum re, cuius est species, solum differens, in modo essendi: at vero nulla creatura est aut potest esse eiusdem rationis eum Deo, qui non est in genere. ¶ Hanc rationem S. Thom. commemorat hac dist. & Durandus illam probat: Paludā refrāgante. Et eadem ratio hęc quamvis ex prætextu plausibilis videatur, at si intōspiciatur, non vacat ab ambiguo. Et enim cum species verbi causa albedinis non sit albedo, quomodo erit eiusdem speciei cum albedine? ¶ Rursum cum non sit color, qui erit albedo? Et hoc patet: quippe Aristō. 2. de Anima. text. cōment. 1. 2. f. & 138. sensum docet recipere speciem sine materia: sicut cetera figuram sigilli, quę est in auro, vel ferro, sine auro vel ferro. Igitur si species est materialis, & omnis color est materialis, non sunt eiusdem speciei. ¶ Unde visus neq; albescit, neq; nigrescit susceptis speciebus albi, & nigri. ¶ Præter hæc quia album, & nigrum, sunt contraria, ceterum species horum non sunt contraria, simul namque possunt esse in visu, quando videlicet simul videmus album, & nigrum. Unde dixit 7. Metaphy. cōment. 23. Cōmentator in sensu species contrariorum non esse contrarias. ¶ Durandus vero suavit sibi dogma præfatum argumentum trahens ex luce Solis. Lux enim Solis multiplicat lumen suum per aerem, vel aquam, & illud lumen est eiusdem rationis cum ipsa luce Solis solum discrepans in esse intenso, quia remissius est in aere lumē quam in suo Solari fonte, igitur eodem modo de alijs speciebus est censendum. ¶ Secundo, quia species est similis obiecto: querendum igitur restat cum hæc similitudo sit relatio, in quo fundatur: & non est aliud fundamentum nisi unitas speciei. ¶ Porro argumentum primum retorquetur quispiam in autorem, dicēs, si ita se habet species albi in medio, ut lumē, igitur ut lumen est visibile in medio Aristō. docente lumen esse colorem diaphani, quia facit diaphanum visibile, ut supra cōmemorabam, eodem modo species visibilis albi videretur, id quod falsum est & tripse negas. Habet igitur in medio lumen duplex esse & reale. Et secundum hoc est actus diaphani, secundum quod diaphanum, & facit illud esse visibile, sicut color eius. Quamvis secundum accidens, ut di-

xit Aristō. quia non fixē hærens aeri, sed mobiliter. Habet & aliud esse in te reale & illud est species lucis: & secundum esse est principium visionis, quia videtur lux: & secundum hoc esse patitur vitos ut visus, ab ipso. At Durandus istud non cōsiderans eelsui argumentum suum rem absoluerit, quod non præstitit. ¶ Cōtra secundum vero argumentum Durandi ego colligo quod querendo à Durando, quænam hæret similitudo inter speciem albi, & album, num est specificæ: an individualis? Si primum, igitur uniuersalis est & confusa est, quia species est uniuersalis. Imò non erit sensus hæc species, quia sensus speciem istam uniuersalem ignorat. Si vero individualis est, cum indiuiduum sit autore Porphyrio, cuius collectio proprietatum in altero reperiri non potest, igitur inter speciem istam visibilem, & albedinem, maior est dissimilitudo, quā similitudo: igitur non potest clare repræsentare albedinem, magis quam unum indiuiduum, alterum eiusdem speciei indiuiduum repræsentare poterit. ¶ Et accedit eodem Aristō. dixisse. 3. de Anima. text. 98. Lapis non est in anima, sed species lapidis, quid ergo species lapidis est ne idem atque lapis? Non utique, species enim est uniuersalis in anima & ens rationis, & accidens denique: at lapis est ens reale & substantia. ¶ Quod obre dixerim, species non esse realiter id quod repræsentant, neq; solū differūt secundum intensum, & remissum: quippe quę hæc ratione differunt, si alterū augeatur, erit æquē perfectū, atq; alterū, ut albedo, ut duo si intendatur, ut quatuor, erit quę perfecta atq; alia albedo, ut quatuor. ¶ Porro species albedinis quantumlibet intendatur, erit semper diuersa in perfectiōe, ab albedine. Quocirca dixerim speciem repræsentare distincte suum obiectum, quia eminenter est illud quod repræsentat. Species namque albedinis, est ipsa albedo, non secundum esse albedinis & materiale reale, sed secundum esse eminentiæ. Quippe albedinis species habet esse spirituale & intentionale, quod est eminentius esse, quam esse quod habet albedo extra animam. Ideoque extra animam albificat albedo, & disgregat visum, sed intra animam, neque albificat, neque disgregat, sed aliquid aliud eminentius præstat, scilicet, repræsentare albedinem, vel uniri visui ut sit

Lumē in medio geminū habet esse & reale visibile & intentionale non visibile. idē de calore, calore & dicitur.

etiam dicitur in anima, quia species est uniuersalis in anima & ens rationis, & accidens denique: at lapis est ens reale & substantia.

Solutur argumentum secundum Durandus

substantia

Sensus suscipit species sine materia. lege Themistii 2. de Ani. capit. 20.

etiam dicitur in anima, quia species est uniuersalis in anima & ens rationis, & accidens denique: at lapis est ens reale & substantia.

Durandus non probatur.

etiam dicitur in anima, quia species est uniuersalis in anima & ens rationis, & accidens denique: at lapis est ens reale & substantia.

in materia

etiam dicitur in anima, quia species est uniuersalis in anima & ens rationis, & accidens denique: at lapis est ens reale & substantia.

principium illi ad formandam visionem.

**C**At si obieceris, qui fiet ut species albi, sit eminentior ipso albo, ut albu est, & quod causa excedatur ab effectu? Respondebis albu non producere specie se solo, sed mediante lumine, quae qualitas est caelestis. Ideoq; etiam in medio species albi, est eminentior ipso albo, quippe quae a lumine multiplicatur. Itemq; dicitur de alijs speciebus, quae forsitan per qualitates caelestes occultas multiplicantur: & ideo sunt nobiliores, quam ipsae res, unde multiplicatur, ut species odoris, species soni, &c.

**Cur Deus non potest videri per species intelligibiles creatas**

Quocirca ratio haec, quae ex identitate rationis speciei & obiecti colligebat Deum non posse videri per speciem, non est probanda ratio, nisi aliter illam deduxeris. Species rerum eminentius esse habent suo modo in anima, quam extra: at vero nihil potest habere esse eminentius Deo, igitur divina essentia non est intuitibilis per creatam speciem, sed solum per suam essentiam, quae vnitur arcano modo cum mentibus beatis, & supplet speciei intelligibilis vices. De his tamen haec enusivberius namq; haec de speciebus disseruimus comment. nostris ad librum de Anima Aristo.

**Clementina ad nostrum dicitur.**

**R**estat autem brevicula haesitatio, unde Clementina habuit quod decernit, esse haeresim negare lumen gloriae esse necessarium ad elevandum creatum intellectum ad videndum. Quanquam non tam uniuersaliter decernit Clementina, sed solum de anima rationali loquitur. Namq; duo dantur inter alia. Alterum est, quod quilibet natura intellectualis, est in se ipsa beata. Alterum est, quod anima non indiget lumine gloriae elevante. Horum primum de quolibet intellectu creato loquitur, at vero secundum solum de anima rationali, non de Angelis mentionem facit. **Q**uare igitur aliquis, unde Ecclesia hoc habuit: siquidem loci sacri, quos supra denarrauimus non sufficienter illud colligunt, ut satis expositum est. Et quidem si glossa multorum esset probanda, scilicet, Clementina decernere, quod nulla anima videbit Deum ex puris naturalibus, nisi a Deo iuuetur, & eleuetur, sat est locus Pauli gratia Dei vita aeterna. Et huc sensum glossam Clementinae probatum habuisse constat, quia Pauli commentum indicat locum. Unde rationem ad Clementina adiunxit, videlicet, illud, quod est proprium naturae superioris, infe-

rior assequi non potest, nisi per actionem superioris naturae cuius est illud proprium: sicut neque aqua potest fieri calida, nisi per actionem ignis. Videre autem Deum per essentiam, in quo est perfecta beatitudo soli Deo est proprium: nulla igitur natura intellectualis, potest videre Deum per essentiam, nisi Deo faciente. Verum si exponimus clementinam, ut Theologi scholastici veteriores, Alber. Tho. Petrus de Taran. exposita volunt concedendum esse lumen habituale, quod iuuat intellectum ad eliciendam visionem & corroborat eundem, difficilius quae stio est: quia nullus locus facit illud eum: quidquid contendant Capreolus hac distinct. 49. q. 4. art. 1. Quanquam Theologis non est usquequaque conuentum, de huiusmodi corroboracione, & adiutorio. Quia Scotus loco praecitato, adiuuandum intellectum ad eliciendam beatitudinem, seu claram visionem putat esse necessarium. Thomistae vero non hoc sapiunt. Censent enim lumen gloriae esse necessarium, ut intellectui possibili uniatu divina essentia tanquam species intelligibilis, siquidem divina essentia est forma supernaturalis. Quare ad hoc quod intellectus illam suscipiat, tanquam intelligibilem speciem, necesse est, ut disponatur, quae ad dispositionem supernaturalem, & haec dispositio vocatur lumen gloriae. Et tunc intellectus sic vnitus divinae essentiae, est in actu primo, & fit ceu vnum principium constitutum ex specie intelligibili increata & ex lumine gloriae, cum possibili intellectu: & inde profert se in actum secundum possibilem intellectus, scilicet, in visionem claram Dei. **C**Itaq; iuxta Thomisticum placitum lumen gloriae non est immediate ad eliciendum visionem Dei, quae est actus secundus, sed immediate est ad praeparandum intellectum creatum, ut capax sit increatae speciei intelligibilis, quae est divina essentia, & vocatur lumen: quia per illud saltemmediate manifestatur diuinitas. Lege Tho. 1. parte. q. 12. art. 5. & q. de veri. q. 8. art. 3. Et Capreo. loco citato. Scotus vero lumen gloriae immediate concedi credit ad eliciendum claram visionem Dei. **P**er Thomae plarum dicitur.

Intellectualis.

Thomas & Scotus diuersi in re luminis gloriae.

Quod in gloriae ele creatam me extra con uerfia est: dus vero uandi est trouerlus.

Thomae plarum dicitur.

si non

si non sit forma quoad esse, quia non dat esse intellectui. Quia istud est creditu difficilius, quod sit forma dans actum secundum, & non dans actum primum: siquidem omnis forma primum dat esse deinde operationem sibi congruam. **¶** Accedit eodem, quia Clementina tradit lumen gloriæ eleuare animam ad videndum Deum & facile insinuat, immediatè esse ad visionem diuinam eliciendam: non ergo ad disponendam animam vel possibilem intellectum, vt sit capax increatæ speciei intelligibilis. **¶** Rursum, quia ex cõmuni cõtestatione Theologorũ lumẽ hoc adiuuat: at verò adiuuare est ad operationẽ immediatè exercendã cum alio: vnde coadiutores cooperarij dicuntur. Si ergo lumen gloriæ est solũ ad disponendũ ad susceptionẽ diuinæ essentiæ tanquã speciei intelligibilis, vtique nõ est ad adiuuandũ: quia suscipere diuinã essentiã tanquam speciem intelligibilem non est operari, sed recipere. Quamobrẽ mihi probabilius videtur Scoticum dogma, esse scilicet lumen gloriæ concessum possibili beato intellectui, vt eliciat claram Dei visionẽ: & elicitã suscipiat, quia illa actio est manẽs, & nõ transiens. Quid quod non est euidenter Deũ videre necessario mediante specie intelligibili increata, quæ est ipse: nam OKã. & Durã. species negant, **¶** Porro hac missa concertatione clementina, solũ tradit esse lumen hoc ad eleuandum mentẽ, & de hac re nulla est ambiguitas, quomodo autẽ eleuet, opinioniones circũferri possunt. **¶** Proferre autem locũ sacrum, qui hoc euidenter doceat lumen habituale esse concedendum, vt possibilis intellectus beati videat Deũ, aut vt disponat illũ ad vniõnẽ cum diuina essentia in ratione speciei intelligibilis, mihi est operosum. Quippe indicati loci non probant, & alij non extãt, vel mihi non suppetunt vrgentiores. Idcirco mihi sufficit Ecclesiæ autoritas, & locus sufficientissimus alius non est quæ rãdus, quãuis loci præcitati, si non conuincunt, admonent tamen. **¶** Quod si demũ sciscitãris, num Angeli hoc egẽt lumine gloriæ, itemq; anima Christi, responsio in absoluto est omnẽ mentẽ creatã, illius operã desiderare ad videndũ clarẽ Deũ. Nã rationes cõmemoratae hoc suadent: quãuis Clementina præfata de Angelis non meminert,

quãdo luminis gloriæ memoriã fecit: sed qua ratione egẽt illõ animã rationales egent eodẽ intellectus Angeli. **¶** Sunt sane perspicaciores mentes Angelicæ quã humanæ mẽtes: verum hæc perspicacia maior solum colligit, illas clarius multo creaturas intelligere quã mentes nostræ. At verò ad videndã Dei essentiã omnes mentes creatæ hebetes sunt: nisi hoc lumine iuuentur. Et hoc lumẽ est, quod variat beatitudinis gradus, nõ ipsarũ mentiũ excellentia maior. Quod dixerim, quia anima Christi longe beatior est quã omnes mentes Angelicæ, etiãsi mentis humanæ natura quã humana, est longe inferior, quã Angelicę mẽtis natura. At verò, quia lumine glorię potitur copiosiore, ideò est beatior. Dicitur idẽ de cãteris mentibus beatis humanis, si quæ sunt, vt sunt, Angelis beatioribus. Vnde collectio illa infirma est, intellectus est inferior, igitur habet inferiorẽ visionẽ, quia quod deest ex intellectus natura sufficitur ex luminis gloriæ adiutorio maiori. Demũ si voles spaciari in opinionibus varijs de lumine gloriæ lege Marsiliũ in. 3. Senten. q. 7. art. 2. vbi varia indicat placita de lumine gloriæ: si est species vel similitudo creata per quã Deus videtur, si est ipsa visio Dei si cõcurrit actiue, an passiuẽ. At vero ex disertis veritatẽ de omnibus istis disces, quã alioqui Marsilius non enucleauit.

Omnes creatæ mẽtes quãlibet finitublines hebetes sunt ad videndum Dei essentiã,

Varia dubia de lumine gloriæ.

## DISPUTATIO SECUNDA.

An beati videant vniuersa, quæ in Deo representantur.



**T V I D E B I T V R** alicui fortasse illos omnia videre, quia vel aliquid eorũ, quæ in diuina essentia repræsentantur, vident, vel nihil, nõ nihil, igitur aliquid, quod si aliquid vident cum sit æqua ratio de omnibus ibi repræsentatis: quia omnia æqualiter repræsentantur in diuina essentia, igitur omnia vident.

Argum. 1.

**¶** Secundò, vel beati solum vident beatam Triadem, Patrem, Filium & Spiritum.

Argum. 2.

Tom. 3. L 3 tum

Quod lumẽ glorię eleuet creatã mentẽ extra controuersiam est modus vero eleuandi est controuersus.

homo plũm distat

tum sanctum, nulla conspecta creatura, sed solam diuinitatem intuentur: vel simul videndo deitatem vident aliquam creaturam. Si primum, igitur omnes beati erunt æqualiter beati: siquidem non plura videt alter altero, quippe solam intuentur diuinitatem, & personas, & processiones. Et cum horum inspectio, sit communis omnibus & æqualis omnibus, quia non plura horum videt, vnus beatus altero: igitur ex æquo sunt beati. Si dixeris ex lumine gloriæ copiosiore beatorum est vnus altero, quia ex illo distinctius videt alter altero Sanctam Trinitatem. Obijciam, distinctius videre est plura videre: ille enim qui acriore gaudet visu dicitur distinctius videre, quia plura videt quam alius, qui non ob aliud confusus videt, nisi quia non tot videt. At vero nullus beatorum plures personas, aut plures origines, seu emanationes, videt in Deo quam alter, ergo æquè distinctè omnes beati vident. Quod si æquè distinctè vident diuinitatem, & Trinitatem, quia Trinitas est realiter Deitas, & Deitas Trinitas, non est necessarium copiosius lumen in vno quam in alio. ¶ Quod si deluseris argumentum forte asserens beatiorem eum esse, qui plura attributa Dei intuetur, opponam euestigio tibi, diuina attributa sunt sanè infinita, at verò illorum pluralitas non potest intelligi, nisi per respectum ad creaturas. Etenim sapientia, potentia, bonitas, in Deo sunt vnica simplicissimaque diuina perfectio, & nihil habent distinctionis nisi illa conferas ad creaturas. Etenim Deus, v intelligit creata & creabilia sapiens appellatur, vt verò illas creat, aut potest creare potens, & vt illis se se liberaliter communicat bonus. Si ergo per te beatus solum videt diuinitatem, & non creaturas fieri nequit, vt vnus beatus sit altero beatiôr, quia plura videt in Deo attributa. Quod si non solum diuinam naturam videt: sed creaturam, qua ratione vnã videt, eadem ratione, & omnes videbit: æqua ratio namque est de omnibus. ¶ In diuersum est, quippe beati nō solū non vidēt omnia quæ repræsentantur in diuinitate clarè, & distinctè: imò neq; possunt videre siquidē visio creaturarū nō pertinet ad rationē beatitudinis, igitur &c. Probatur antecedens, quia nisi id solum

pertinet ad rationem beatitudinis, quod quietat creatam mentem: at sola visio diuinæ essentia, quietat creatam mentem, ergo. Minorem probabis, quia sola diuina essentia est infinitum bonum: creaturæ autem omnes sunt finitum bonum, ergo visio creaturarum, non quietat, & sola visio diuina quietat. Ergo in solius visione huius infiniti boni, nullis alijs visis ratio beatitudinis seruetur, igitur non est necessaria visio creaturarum. ¶ Et constituitur magis hoc argumentum ex Augustino. 5. Confessionum. Infelix, ait, homo qui scit omnia illa, id est, creaturas, te autem nescit: beatus autem, qui te scit, etsi illa nesciat. Qui vero te, & illa nouit, non propter illa beatorum est, sed propter te solum beatus. ¶ Et augetur hoc idem vehementius ex verbo Domini Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, Non dixit, vt cognoscant te, & alia à te, vel tuas creaturas in te, sed vt cognoscant te, igitur visio creaturarum, non est necessaria ad beatitudinem, quia videre illas non est beatitudinis. ¶ Quod si dixeris diuinam essentiam esse speculū, quoddam spirituale vniuersa repræsentans, & ideo beatos ex vi visionis beatæ videre vniuersa, quæ in hoc speculo lucentissimo repræsentantur. ¶ Obijciam, si ergo beati vident omnia, quæ diuinitas distinctè repræsentat, igitur vident omnia, quæ Deus videt: igitur non est magis visibilis Deus, quam à beatis videatur. Quod si annuis, ergo beati comprehendunt diuinitatem quod est impossibile. ¶ Probo consequentiam, quia comprehendere, est rem simul totam apprehendere, ita quod nihil restet, illius apprehendendū: at per te nihil restat cognoscendum de Deo, si fateris omnia, quæ Deus cognoscit, beatos cognoscere. ¶ At verò quod Deus sit incomprehensibilis, Iob docet cap. 11. Excelsior caelo est & quid facies, profundior inferno, & vnde cognoscet? Id quod significat Deum esse incōprehensibilem. Et Hieremias. 32. idem commemorat, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Et demum Paulus ad Rom. 11. idem sapit. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.

¶ Dispu-

Confirmatio  
Argum.2. Confirma-  
tio.Placita  
rum.

Disputatio hæc sinuosa satis est, & quam eandem multis est inuoluta. Vnde ex aetate illam differere, arbitror ingenia nostra latere: saltē meū latet, si alijs patuerit nescio. Est autē vnū, quod omnibus theologis ferē probatum habetur, beatos non videre omnia in verbo: vel in diuina essentia. Tametsi istud non omnibus eodem modo confessum est. Nanque fuerunt quidam theologi, vt Goffredus. 6. quod li. q. 3. indicat Capreolo, necnō & Aureolus illi consentiens, etsi moderatius loquatur: qui dixerunt intellectum beatum videndo diuinam essentiam, videre omnia ex natura illius visionis, quæ representantur in eadē naturaliter. Sūt enim quædam quæ representantur in diuina essentia naturaliter, vt sunt omnes quidditates rerū omnium, quæ sunt, aut fuerunt aut erunt, imō & omnes possibles. Quod si huiusmodi possunt esse infinitæ, etiam infinitæ quidditates representantur in Deo beatis. Etenim necesse est videntem diuinitatem, videre Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quia hæc sunt idem realiter cum diuinitate: at vero creaturæ omnes, quæ representantur in Deo, quia ibi non sunt realiter in proprijs naturis, sed eminenter, sunt idē atque ipse Deus, iuxta Anselmum dicentem, creatura in Deo, est creatrix essentia. Igitur si sunt idem, quod Deus, viso Deo, necesse, quod videantur illæ. Alia verò sunt, quæ representantur ex voluntate solum Dei, vt sunt singularia existentia, præterita, vel futura. Siquidem horū existentia pēdet ex diuino arbitrio. Deus nanque creauit vniuersa ex suo placito, ideo huiusmodi rerum existentia non representatur necessario ex Dei visione beata. Et argumento quod illis impendet, igitur quilibet beatus Deum comprehendit, negant consequentiam. Nanque etiam si beatorum quilibet cognoscat infinitas species creatas, & creabiles reluctes in diuina essentia, cæterum quia non adeo limpide & clarè videt sicut Deus ipse, ideo non comprehendit. Deus nanque videt vniuersa hæc claritate infinita: at verò beatorum nullus hac potiri potest claritate. Vnde etiam quidā sunt beatiores alijs, quia clarius diuinam essentiam, & representata in eo cognoscunt.

Distinguit autem duplicem infinitatem extensiuam, & intensiuam: extensiuam est in effectibus infinitis, intensiuam est in diuina notitia. Cognoscere igitur infinitos effectus contingit bifariam aut finitè intensiuè, aut infinitè intensiuè, aut infinitè extensiuè: solus Deus autem cognoscit infinitè intensiuè. Beati verò etiam si donemus videre beatos infinitas essentias creatas & creabiles, non vident illas infinita claritate, vt Deus, & ideo non comprehendunt Deum. Quæ vero representantur nō naturaliter in Deo, illa non vident beati ex visa essentia, sed per particulares reuelationes. Et de istis putat locum Pauli esse intelligendum. 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt nemo nouit nisi spiritus Dei. At re vera non solum quæ voluntariè representat Deus quales sunt rerum productiones, aut corruptiones aut quæuis alia huiusmodi sunt Dei, sed etiam illa, quæ naturaliter representat. Enim vero rerum existentia representata in diuina essentia, sunt ipse Deus, perinde atque essentia rerum in ipso relucens, sunt idem atque Deus. Nihil nanque in Deo est, quod Deo accidat, quia omnia sunt Deo. Est ergo Deo idæ rerū quæ in ipso sunt. Et quidē idæ spectat potius existentiam rerum creandarum, quam essentias. Idæ nanque est ratio faciendi, & cognoscendi, quæ ergo sunt vel sunt factibilia ratione alterius, habebunt idæm ratione illius. Nunc autem essentia est factibilis ratione existentia realis, seu singularis: tūc enim fit res, quando habet esse reale. Essentia enim secundum essentiale esse, nō habet quod sit factibilis, sed solum secundum esse reale, & indiuiduale: ergo idæ nō sunt quidditatum primo, sed potius singulariū productibilium per se primo, actiones enim sunt de singularibus. Quare si quidditates rerū creandarum, aut creatarum, vident beati quia idæ horum sunt in Deo, utique necesse est fateri, quod ipsa etiam existentia singularia iuxta differentias varias temporum videant, quippe, vt sunt idæ rationes operandi illorum, sunt primo idæ, secus vt sunt ratio cognoscendi. Ad hæc beati vel vident essentias creatas vt creatas, aut non vident essentias creatas vt tales. Si non vt tales, igitur nesciēt distinguere, inter creata & possibilia.

Placita autorum.

Refellitur Goffredus.

Idæ potius est respectu rei primo & per se factibilia, quam respectu eorum quæ nō sunt per se & primo factibilia.

Idæ vt sunt primo operādi sunt singularium, quia operatio est circa singularia.

L 4 quod



Expositio an  
tigua.

Reflexa noti-  
tia est eiusde-  
culus est dire-  
cta.

Secunda sen-  
tentia contra  
diſtorta prio-  
ria.

Intelligi  
e creatura  
in Deo  
ipſe Deo.

An cogno-  
ſcens vniver-  
ſa quæ Deus  
intelligit co-  
prehendat  
Deum.

beati verò reflexe: quia vident omnia vi-  
dendo viſionem omnium. ¶ Porro hæc  
expositio me male habet, & ſufficit huic  
queſtioni, quod ſatis ſuper que anfractu-  
ſa ſit, abſque eo quod maioribus anfracti-  
bus illam inuoluamus. Etenim ſi ad diale-  
cticas rationes rem expendimus iſtam, re-  
flexa notitia eſt eiſdem, cuius eſt dire-  
cta. Non enim ſufficit quod ſit notitia no-  
titia, niſi ſit eiſdem. Eſt enim reflexa no-  
titia, cū cognoſco me cognoſcere, non ſi  
cognoſco, alium cognoſcere. Cum ergo  
directa ſit notitia Dei, reflexa beatorum,  
non eſt dicenda reflexa. Quid quod eſi  
donemus illam eſſe reflexam, reflexa tamen,  
non eſt rei, ſed conceptus notitia: vnde  
de non ſignificabit rem repræſentatam  
per directam: ſed ſolum ipſam directam.  
Sed, vt dixi reflexa eſt per quam intelli-  
gens intelligit ſuum conceptum non alie-  
nū. Idcirco hæc via non eſt mihi plauſibi-  
lis: & planior via eſt, quam vulgo theolo-  
gi amplectuntur, & quam pridem expla-  
nabamus Durandum exponentes. ¶ Eſt  
porro ſecunda ſententia huic, quam ex  
Goffredo, retulimus ex diametro contra-  
dicens ſcilicet vniuerſa, quæ in Deo re-  
præſentantur nullo excepto, ſiue quiddi-  
tas id ſit, ſiue ſingularis rei exiſtentia, vel  
præterita vel futura vel præſens ſiue poſſi-  
bilis, vniuerſa demum quæ ibi demonſtrā-  
tur patere beatis. Quia qua ratione vnum  
oſtenditur, & reliqua oſtendentur, ſiqui-  
dem diuina eſſentia omnia demonſtrat:  
& nō eſt defectus ex obiecto, patet enim  
de ſe cunctis beatis, neque eſt defectus ex  
parte intellectus, qui non eſt magis deie-  
ctus ad intelligendum hæc quam illa. Ne-  
que ratio exhiberi idonea poſſet, cur hæc  
videat, & non alia. Alias rationes leges apud  
Durandum. Verum hæc ſententia  
non videtur probanda. Primo quia com-  
prehenderent beati Deum: iſtud eſt nan-  
que comprehendere attingere intellectu  
ad omnia, ad quæ ſe extendit Dei poten-  
tia. At verò deludunt iſti hoc argumen-  
tum dicentes, non ſatis hoc eſſe cognoſce-  
re vniuerſa, quæ Deus fecit, aut poteſt fa-  
cere ad comprehensionem, ſed oportet  
addere, & cognoſcere eodem modo: nūc  
autem Deus infinita claritate cognoſcit  
vniuerſa, beatus autem finita. Et hoc idē  
cenſuit Goffredus, & Aureolus & Scotus  
in. 3. diſt. 14. q. 2. colligens hæc ratione hoc

idē: quia ſi alicui ſubiecto competūt duæ  
paſſiones propriæ, ordine quodam, ita  
quod vna competit propter alteram, ver-  
bi cauſa vt Scotum aperiam hominis ſunt  
duæ paſſiones propriæ, & quod ſocialis  
eſt, & quod ciuilis eſt: Et ex eo eſt ciuile  
animal, quia ſociale. Hinc nāque congre-  
gatæ fuerunt ciuitates, quia homo ſociale  
animal erat: ſolitarius enim, dixit ille, vel  
Deus, vel beſtia. Igitur huiusmodi paſſio-  
nes ordine quodam homini congruunt.  
Iam igitur ſi quis intelligendo primam  
harum propriarum paſſionum non com-  
prehendit hominem, neque intelligendo  
ſecundam. ¶ At verò in diuina eſſentia  
duo etiam intelligimus ſe habentia ſecun-  
dum prius & poſterius ſecundum modū  
intelligendi. Primum eſt infinitas diui-  
næ eſſentia, ſecundum autem vniuerſitas  
repræſentatorum in illa: at hoc poſterius  
competit ex primo. Si ergo beatus intelli-  
gendo clarè diuinitatis infinitatem, non  
comprehendit diuinitatem, igitur neque  
intuendo vniuerſa, quæ repræſentantur  
in diuina eſſentia. ¶ Caietanus vero moli-  
tur hoc Scoticum eluere argumentum.  
Eareſpondet verū eſſe antecedens, ſi cæ-  
tera ſint paria: modo non ſunt cætera pa-  
ria, hoc eſt, ſi vtrunque ex quo conti-  
neretur in diuina eſſentia. Nunc autem,  
infinitas formaliter eſt in diuina eſſen-  
tia, at verò vniuerſa, quæ repræſentan-  
tur ſunt virtualiter, ita theologizat. r. par.  
q. 12. art. 8. Verū non abſoluit hoc Scoti  
argumentum. Siquidem vniuerſa quæ re-  
præſentantur in Deo, diſtinctè repræſen-  
tantur, tam diſtinctè, quam ſi formaliter  
ibi eſſent: igitur contineri virtualiter ni-  
hil pertinet ad argumēti ſolutionē. ¶ Ideo  
aliter ego puto enervandum argumen-  
tum Scoti. Infinitas enim diuinæ eſſen-  
tia bifariam poteſt videri: aut notitia  
infinita, & hæc eſt comprehenſiua, aut fi-  
nita, & hæc non comprehendit. Et talis  
eſt beatorum: qui infinitatem Dei finite  
intelligunt, vt & nos, quamuis illi clare,  
nos verò obſcure. At verò videre infini-  
ta, quæ repræſentantur in Deo notitia di-  
ſtincta, non poteſt fieri, niſi ſit infinita.  
Ideo ad videre omnia, quæ ſunt in Deo  
conſequitur comprehenſio diuinæ eſſen-  
tia. Quod vt perſpicuum vtcunque fiat,  
hoc modo probabis. Quia videre obiecta  
duo diſtincta notitia, eſt aliquantæ perfe-  
ctionis

Diſtinctæ eſſen-  
tia infinite  
bifariam vi-  
deri poteſt.

Idē obiectū  
eſt vbi  
vniuerſa  
quæ in Deo  
repræſentantur  
virtualiter  
comprehendit

Videre infinita obiecta distincte est infinita perfectionis.

tionis, & videre quatuor eadem distincta notitia, est maioris perfectionis, & ita de reliquis progredere calculando: igitur videre distincte infinita obiecta erit infinita perfectionis. Est ergo necessum si infinita videntur in Deo distincte, quod notitia infinita, illa videantur. Neque Goffredi euasiosq. est, ait enim cognoscere infinita representata in Deo pertinet solum ad probandum in notitia infinitatem extensiuam, quippe huiusmodi notitia, se extendit ad infinita cognoscibilia, at vero non efficit infinitatem intensiuam. Siquidem omnes effectus (si infinitos faciamus eos esse) non adæquant potentiam diuinæ infinitatem, quippe adhuc excellentior est Dei virtus, quam omnes huiusmodi effectus. Porro autem adæquatio duplex est, aut secundum entitatis gradum, aut secundum rationem cognoscibilitatis. Sanè omnia extantia, aut præterita, aut futura, aut possibilis, non possunt æquari summo Deo: nam Deus creator est, & effectus sunt creaturæ & creatura potest æquari nullatenus creatori. At vero secundum rationem cognoscibilitatis si consideremus hoc, fieri potest, ut cognitio effectuum æquet cognoscibilitatem causæ. Idcirco si verum est, quod creatus intellectus potest si quidem distincte cognoscere vniuersa, quæ representantur in Deo, cognitio creata æquabit cognoscibilitatem causæ increatæ. Et quidem restat nihil cognoscendum in causa virtute, quippe totum cognoscit mens beata quidquid potest facere Deus, & facit, & fecit, & faciet, unde illa cognitio sinit cognoscibilitatem diuinæ causalitatis. Quod si illam sinit, igitur illa comprehendit, quod si comprehendit, igitur est infinite intensa necessario. Igitur si se extendit ad cognoscendum distincte illa omnia comprehendet totam Dei causalitatem, in ratione cognoscibilitatis, quia non est ultra cognoscibilis diuina causalitas, quæ cognoscitur. Neque possumus assequi, quid sit limpidius videre, nisi plura videre. Si ergo diuinus intellectus per te limpidius videt, igitur plura videt necessario, quam quæcunque mens creata. Neque est euadere rursus, quod etiam si videam mens beata quotquot Deus facere potest non tamen videt quantum potest, & ideo non erit infinita illius notitia. Siquidem, quodcunque potest facere

quædam notitia  
est infinita  
de intellectu  
euasiosq. habet  
Euasios Goff.  
fredi & aliorum  
antiquorum de  
limitate videndi  
infringitur

poterit melius facere. Sed quid si hoc ipsi placet, igitur iam beatus intellectus non videt in Deo quidquid in Deo representatur ac contrarium ipsi asserunt. Forte si primam harum opinionum quispiam defenderet diceret modum rerum faciendarum omnem non representari in Deo, quia fatere perfectius quam facit diuinitas est arbitrii, & non est naturalis necessitas. Quod si diuina essentia non solum facit omnia, sed omnem modum faciendi representat, id quod verum est, videtur necessarium esse consequens si beatus videt illa vniuersa beatam notitiam esse comprehensiuam diuinæ essentia: quod si comprehensiuam, igitur infinita intensiue, id quod dudum nitentur probare. Quam ob rem si asseris beatam mentem videre vniuersa in Dei essentia, ad sensum expositum, fatearis oportet esse creatam notitiam infinitam intensiue, nedum extensiue. At obiectabit forsitan aliquis, si mundus æterno durasset, caelum & astra producerent infinita, imo iam produxerunt secundum Aristotelem, quippe mundus apud illum non habuit exordium: caeterum ex hac infinitate extensiua in producendo, non consequitur infinitas intensiua. Similiter igitur ex infinitate extensiua in cognoscendis effectibus infinitis, non est colligenda infinitas cognitionis intensiua. Respondetis caelum & astra non posse simul infinita producere, admissa hypothesi sed successiuè: quod dialectica phrasi differi solet, possunt producere infinita hinc a thegorematicè, non tamen cathegorematicè, sive quod physicus amat sermo infinitum possunt in potentia producere, non tamen actu. Sicut igni si paulatim applicarentur combustibilia infinita paulatim illa combureret, videlicet, non tot quin plura. Caeterum simul non posset agere in infinita combustibilia actu existètia: imo si in illa posset pronunciamus illum esse infinita actiuitatis. Et qui omnia illa combustibilia, ut ab ipso igne sunt combustibilia cognosceret, comprehenderet dubio procul totam ignis actiuitatem: ita in proposito. Porro mens beata non sensim sive successiue cognoscit, quæ in diuina representantur essentia, sed omnia simul. Quæ propter si omnia, quæ ibi representantur quæ sunt infinita simul videntur distincte, visio illa,

as omdoq. e  
An omni mo  
dus facendi  
rerum repræ  
sentetur ne  
cessario in  
Deo.

non exordiu  
mundi hinc  
caeterum ex  
hac infinitate  
extensiua in  
producendo,  
non consequitur  
infinitas inten  
sua.

Caelum & astra  
est ab æterno  
fuit set non  
possent produ  
cere simul pro  
ducere.

ongos n  
tibus  
est idialis  
necessario.

Mens beata  
sensim cog  
scit quæ  
Deo relin  
sed finit  
Ipso beati  
dialis ing  
su.  
Tertia sen  
tentia.

Cognitio  
creaturæ n  
est idialis  
necessario.

Mēs beata nō  
sensim cogno-  
scit quæ in  
Deo reuelat,  
sed simul in  
ipso beatitu-  
dinis ingrel-  
su.  
Tertia sen-  
tentia.

la videns beatorum, erit infinita intensi-  
uē, at hoc est impossibile, ergo & antece-  
dens. ¶ Tertia sententia est ab vtraque  
relatarū longe diuersa. Fuit nanque prior  
dicens videri non omnia in diuina essen-  
tia, sed solum ea, quæ in illa naturaliter re-  
præsentantur, quæ sunt essentia rerum si-  
ue naturalium, siue supernaturalium.

¶ Fuit posterior contradictoria, vniuersa  
nullo excepto videri in Deo, ad quos se-  
quebatur beatos videre cogitatiōes n̄as,  
sine noua reuelatione. ¶ Hæc autem nul-  
la videri in Deo asserit, sed solum beatis  
patere diuinitatem, & beatam Triadem  
cum suis originibus, relationibus, emana-  
tionibus. Creaturæ autem nullæ demon-  
strari beatis in diuinitate, sed creaturas  
sciunt beati vel per propriam beatorum  
scientiam. Beati nanque pollent intelle-  
ctu: vnde est potens mens illorum suapte  
natura multas & illas præclaras formare  
rerum notitias, præclariore quam omnis  
philosophorum turba, aut si facultatem  
naturalem illorum excedant, illa acci-  
pient ex reuelatiōe diuina. Vnde ad hos  
sequitur beatos omnes æqualē sortiri bea-  
titudinem quo ad essentialia beatitudi-  
nis, quippe operarijs data est merces æ-  
qua Matth. 20. ex denario diurno, qui æ-  
qualiter primis, atque nouissimis est di-  
stributus. Denarius autem hic visio diui-  
næ essentia est. Hanc autem sententiā, e-  
iusdem autores probant, quia visio diui-  
næ essentia præsupponitur ad visionem  
creaturarum in ipsa demonstratarū. Cum  
ergo prius possit esse sine posteriori, pote-  
rit diuina essentia videri non visis creatu-  
ris. ¶ Secundo, quia visio diuinæ essentia  
est visio sub ratione absoluta, visio autem  
creaturæ in Deo, est visio idæalis, & ideo  
respectiua: at nihil pugnat cum ratione  
absolutum posse separari à respectiuo.

¶ Verum istæ rationes factum non pro-  
bant, sed solum non repugnare diuinam  
essentiam videri sine creaturarum visio-  
ne. Et hoc adhuc secunda ratio non collig-  
git, quia supponit falsum, cognitionem vi-  
delicet creaturæ esse necessario idæalem  
quod falsum esse hinc disces. Etenim De-  
prius intelligitur cognoscere creaturas, &  
dein velle illas producere. Quando ergo  
illas absolute cognoscit non est cognitio  
idæalis, sed quando vult illas producere,  
aut voluit, tunc illas cognoscit idæaliter.

Durandus autem carpit hanc opinionem  
fragiliter tamen. Sequitur inquit, co-  
gnitionem viatorum esse perfectiorem,  
quam beatā. Probat illatum: quippe nos  
cognoscimus Deum, vt causam creatura-  
rum, beati vero solum absolute. At hæc  
ratio despicienda est, siquidem excelsior  
est multo visio clara deitatis etiam num  
absoluta, quam omnes notiones diuini ta-  
tis, quæ sunt apud nos relatiuæ: imo non  
sunt inuicem conferendæ, quia nostræ sunt  
obscuræ. Quid quod beati cognoscūt has  
relationes diuinitatis ad creaturas, per re-  
uelationes particulares, aut ipsi suapte na-  
tura causabunt in se ipsis harum relatio-  
num ad creaturas, & creaturarum ipsarū  
cognitiones. Nanque hoc dicerent huius  
sententiæ assertores. ¶ Rursumque secun-  
da Durandi ratiuncula non est multi pen-  
denda. Ait enim, sequitur beatos nullam  
obtenturos voluptatem si solum ex ratio-  
ne absoluta diuinam intuētur essentiam.  
Probat consequentiam, quia voluptas ex  
apprehensio bono conuenienti suboritur:  
verum hæc apprehensio relatiua est. At  
verò respondebit opinans placitum com-  
memoratum, mētem beatam videntem  
diuinam essentiam, ex illa visione adipi-  
sci suum bonum, scilicet, possessionem  
summi veri, ex qua adeptione voluntas  
beati necessario delectatur.

¶ Porro autem est argumentum neruo-  
sus, quod istud placitum suadere potuis-  
set magis, videlicet, mentem creatam nō  
beari ex visioe creaturarum in Deo: quia  
creatura nulla est bonum summum, aut fi-  
nis mentis creatæ, vt supra etiam dicebat  
Augusti. 5. confessionum. Igitur beatitu-  
do essentialis solum cōsistit in visione ab-  
soluta diuinitatis: siquidem hæc sola re-  
plet desiderium nostrum in bonis, & hæc  
sola est animi nostri satietas, atque angeli-  
ci. Igitur non est necessaria visio creatura-  
rum in diuinitate, ad beatitudinem essen-  
tialē beatorum. Si non est necessaria,  
igitur non vident beati creaturas in Deo.  
Et sunt nonnulli autores ex neothericis,  
qui hoc amēt dogma antiquum: ex quo-  
rum numero est Ioan. Maioris in 4. dist.  
49. quæst. 16. & in 3. sententiæ. distin. 14. q. 3.  
vbi elegit hoc dogma tanquā rationi ma-  
gis consentaneum, beatas mentes ex viso-  
ne Dei solum diuinam essentiam clare &  
distin-

Elldūter De  
randi argu-  
menta.

Notandū ar-  
gumentum

Antiquū pla-  
ctū exponi-  
tur quidque  
sit videre in  
verbo.

Cognitio  
creaturæ non  
est idæalis ne-  
cessario.

distinctè representat, creaturam autè nul-  
lam: neque illius essentiam, neque illius  
existentiã. ¶ Porro creaturas norunt bea-  
ti vel per proprias notitias de rebus, quas  
ipsi producant, vel per reuelationes diui-  
nas. Vnde ait, videre in verbo, est vide-  
re verbum, & habere visionem hanc a so-  
lo verbo. Putat enim visionem beatificã  
à solo Deo causari mente beata non con-  
currente actiue ad illius productionem:  
sed solo Dei verbo illam influente adest  
beatus huiusmodi visio. Et quanuis pro-  
phetæ illuminentur à verbo, non tamen  
vident in verbo, quæ ipsi vaticinãtur: quia  
verbum non vident, tametsi à Dei verbo  
visiones futurorum accipiant. ¶ Argumẽ-  
tum, quo se conduxit in hanc sententiam  
est, quod subdam, quia impossibile est v-  
nam singularem notitiam distinctè repre-  
sentare singularia diuisim. Verbi gratia,  
quod vna notitia Socratis distincta, re-  
presentet etiam Platonem distinctè. Si  
quidem etsi fieri possit, quod impedia-  
tur à significando Socrate, Deo non con-  
currente cum illa ad significandum So-  
cratem, vt potest impediri calor ne calefa-  
ciat, Deus enim impedimento fuit igni  
Babylonico, ne deureret pueros, immis-  
sos in illam, at fieri non potest, vt ignis ca-  
lescendo, etiam frigesciat. Similiter  
fieri non potest, vt notitia singularis Pe-  
tri, Petram distinctè representans, Pau-  
lum etiã distinctè representet, quia sunt  
representationes diuersæ, & diuersarum  
rerum. ¶ Quam ob rem notitia beatifica  
cum sit notitia singularis Dei, & illum di-  
stinctè representans, fieri nequit, vt re-  
presenter distinctè creaturam aliquam.  
Dixit autem diuisim, quia copulatum ni-  
hil incommodi est vnã notitiam singu-  
larem representare plura, vt notitia acer-  
ui tritici, representat multa grana.  
¶ Secundo colligit idem, quia si repræ-  
sentaret distinctè vnã creaturam visio  
beata, æquatione, & omnes extantes,  
& possibiles. At hoc fieri nequit: quia si  
visio beata representaret illa omnia quip-  
pe quæ sunt infinita, ipsa quoque esset in-  
finita. Quandoquidem representare vnã  
creaturam distinctè, est aliquantæ perfe-  
ctionis, & duas maioris, &c. ergo infini-  
tas, erit infinita perfectionis. Neque va-  
let si dixeris creaturas esse obiectum, se-  
cundarium illius visionis, & solam diui-

Prophetæ ni-  
hil videbant  
in verbo, etsi  
à verbo illu-  
strabantur.

liberatio  
mutatio

siq. beatificã  
visio beata  
supra illa  
ni. creaturã  
visio

nam esse obiectum primarium, quod est  
vnum, & non multa. Si quidem a quo pe-  
de progredietur argumentum in obiectis  
secundarijs, vt in primarijs, cognoscere,  
scilicet, vnum obiectum tale est aliquan-  
tæ perfectionis &c. Ad hanc sententiam  
consecutarium est omnes beatos essentiã  
ter esse equaliter beatos, id est, quo ad bea-  
titudinem essentialem. Enimvero si sola  
ab illis spectatur diuinitas, & non repræ-  
sentantur creaturæ, non vident beatorum  
alij plura alijs: quia in diuinitate nulla est  
distinctio: si quidem ipsa est vnica se-  
cundum se, nisi distinctio accedat per re-  
spectum ad pluralitatem creaturarum. Id  
quod concessum est à theologis assertori-  
bus huius placiti. Verũ est locus ille 14.  
apud Ioan. In domo patris mei mansio-  
nes multæ sunt: ex quo videtur beatitudi-  
nis gradus esse decernendos varios. Et rur-  
sum. 1. Cor. 15. stella ab stella differt in cla-  
ritate. ¶ Verum tamen etiam alter ille lo-  
cus Matth. 20. vnitatem gradus beatifici  
demonstrat: quia operarijs omnibus vnus  
denarius non plures sunt distributi. ¶ Et  
quidem assertores huius placiti differen-  
tiam autumant esse in beatitudine, quo  
ad accidentalibus nempe secundum reuelationes,  
quibus potientur pluribus & illu-  
strioribus quidam beati, quam alij. Et rur-  
sum in dotibus corporis erit maior excel-  
lencia quorundam quam aliorum. ¶ Rur-  
sumque in autoritate iudicandi. Nanque  
Apostoli alijs erunt præ eminentiores, vt  
supra dictum est, item munere aureolarum  
&c. Et hoc sibi velle loca citata isti  
dicent. Sed quid dicent de anima Chri-  
sti, quæ est omnium beatissima quippe  
quæ vnica est oleo lætitiæ præ conforti-  
bus suis. Porro item dicent in scientijs in-  
fusus, reuelationibus &c. præeminere cun-  
ctis etiam supremis angelis. ¶ Durandus  
huius meminit placiti distin. 49. quæst. 2.  
respondens primo argumento, & illi non  
acquiescit. Vnde subdit, securius forte  
esset tradere intellectum beatum se gere-  
re passiuè in recipiendo actum beatum  
Deus autem influit, quibusdam beatis a-  
ctum intensiorem, seu perfectiorem, &  
alijs nõ adeo perfectum. Vnde euadit ar-  
gumentum satis neruosum videlicet nul-  
la est differentia ex representante essen-  
tia, neque ex parte intellectus est incapaci-  
tas, vt videat quædam representata, &  
alia

Cognoscere  
distinctè est  
perfectionis  
in notitia.

Multitudo  
mansionũ quo  
modo futura  
in celo credi-  
tur à quibus-  
dã theologis.

Intellectus se  
gerit passiuè  
quo ad actum  
beatũ ex De-  
o. & Maior

Dura  
excit

Argumẽ-  
Ioan. M.  
nis soluit

Essentia d  
na vnue  
vnitatis  
representat

Durandus  
excititur.

alia non, qua ratione enim quædam videt æqua & omnia alia, igitur oia videt beatus, quæ diuinitas repræsentat, vel solam Dei videt essentiam. Insinuat Durandus si ipse produceret visionem beatus intellectus argumentum probè collegisse, at verò nõ producit visionem (supposita opinio ne, quæ intellectiõne recipi, & nõ produci concedit) sed ex diuino influxo suscipitur: Deus autè variè visionem beatam influit, vt dudum referebã ex eodem. ¶ At verò obijciã illi, nõ illa visio influxa repræsentat solam essentiam, an etiam creaturas. Quod si solam, iã labitur in placitum, quod dudum reiecerat. Si verò repræsentat nõ solam, æqua ratione omnia videbit nullo excepto beat<sup>9</sup> intellectus, & tum adhuc idẽ consequitur omnes beatos, esse ex æquo beatos, quod vt incõmodum ipse cõcedere refugit. ¶ Ad hæc semper argumentum stat: quia quærã à Durando, cur diuina ista influxio variat suã perfectionem? Num ex essentia Dei repræsentãte? nõ ex intellectu creato suscipiẽte? Non primũ, quia æqualiter repræsentat, neque secundũ, quia ex æquo sunt susceptiua. ¶ Porro autè neq; Ioannis Maioris argumentum palmariũ est, vt ipse cõset, vt probet quod instituit probandũ. Quandoquidẽ quod duxit esse impõsibile vnã notitiã singulari rem distinctè repræsentare duo singularia vel plura, diluet aliquis dicẽs, verum esse quãdo diuisim illa repræsentat, non tamẽ si coniunctim, vt etiã ipse testatur. At verò notitia beata non diuisim repræsentat, sed coniunctim ostendit quæ sunt in se diuisa. Quãdoquidẽ Petrus & Paulus, etiam si ex parte rei sint diuisi, & separati, at verò in Deo non separantur. Siquidẽ omnes res in Deo sunt vnũ & ipsissimũ, quod est Deus. Supra namq; exponebã esse res in Deo secundũ esse intelligibile: & hoc esse intelligibile, esse in Deo diuinum esse, Idcirco, omnia sunt in Deo quã maximè vnũ ex ratione diuinitatis. Quãuis enim distinctissimè repræsentet vniuersa, at verò hæc distinctio non capitur ex essentia diuina repræsentante, sed ex rebus repræsentatis, quæ sunt alioqui distincta, & quæ sunt distincta in suis naturis, sunt vnita in diuina natura. Ideoq; ne miretur Maioris si vna eademque notitia singularis beata, repræsentet distinctè plura. Cur autè hæc & non illa sub hæc demonstrabitur.

Argumentum  
Ioan. Maioris  
soluitur.

Essentia diuina  
vniuersa  
distinctissimè  
repræsentat.

¶ Est quarta sententia, quæ est S. Thomæ, quæ neq; tam arcta est vt hæc dudũ commemorata dicens Deũ solum videri à beatis, quæ quidem si arrisisset Scotiũ dogma, itemq; Altiſiodorensis placitũ tradẽs beatitudinẽ collocandã in fruitione Dei, defendi posset, differentiã beatitudinis & gradus esse in varia fruitione diuinitatis. Itaq; etiã si diuina essentia sola videatur sine visione creaturarũ, at vero nihilominus, quidã sunt alijs beatiore effentialiter, quia magis Deo fruuntur. Namque etiã si æqualis sit visio, at verò fruitio non subinde æqua esset, quia charitas est inæqualis beatorũ. Verũ si in sola visione consistit, omnes beati sunt beatitudinis æqualis iuxta hoc dogma, vt prædiximus, quomisso Thomæ denarrem<sup>9</sup> placitũ, quod, vt aiebã, non est tam arctũ, vt istud quod modo differebatur, neq; tam amplũ, vt secundũ, quod tradebat vniuersa conspiciã beatis in diuina essentia, nullo excepto: sed medium tenet inter hæc duo. Ait namque Thomas beatas omnes mentes, videre omnes essentias, siue omnia genera & species, & rationes earum in diuina essentia, non tamen omnia possibilia, neque omnia singularia. Quippe beatitudo quietum reddit appetitum mentis creatæ, qui ad sciendum est, omnes enim homines naturaliter scire desiderant, quia istud est mentis perfectio. At verò scire possibilia non desideramus, & singularia non pertinent ad perfectionem intellectus, ideo beatos hæc scire non est necesse ad suam beatitudinem. Verum scire genera extantium rerum, & species & rationes horum, perfectionis est mentalis. ¶ Hoc autem dogma videtur conuenire cum dogmate Goffredi, quod probatum habuit Durandus, vt commemorabam: Siquidem genera, & species, sunt rerum quidditates, quas spectatas habere in Dei essentia Goffredus beatos fatebatur. ¶ Nisi quod vt reor discrimen est, siquidem Goffredus omnes essentias rerũ etiam possibiles testatur spectari à beatis in diuinitate, at Thomas etsi clarè non doceat quid velit, de speciebus possibilibus, at insinuat species omnes possibilium, & non extantium à beatis non videri in diuina essentia. ¶ Porro in lib. contra Gentes. 3. cap. 59 omnes species & virtutes earũ, & accidentia beatos docet videre in diuina essentia,

Quarta sententia.

Est visio dei  
esset æqualis  
beatis fruitio  
Dei nõ esset  
æqualis.

Differẽtia  
Thomæ.

Cõsentus de  
genatum, &  
dissentus.

& non solum hoc, verum etiam individua contenta sub huiusmodi speciebus. Vnde individua contenta sub speciebus naturalibus videre beatos ait in diuina essentia, id quod in. i. par. loco prenotato inficitur. ¶ Quāvis vbilibet neget omnia possibilia, quæ Deus videt, notitia simplicis intelligentiæ patere beatis, sed solum ea, quæ Deus videt, scientia visionis illa patere beatis autumat, magis, & minus secundum luminis gloriæ maiorem, aut minorem perfectionem. ¶ Veruntamen si hoc ita est, consequens erit beatos videre in diuina essentia non solū lapidis species naturales omnes (quomodo ipse loquitur, vt excludat posibles species) sed etiam omnia individua lapidū, & omnes singulares pisces, quos maria, flumina, torrentes hæcenus aluerūt, & alent posthæc, & omnes singulares homines quotquot sunt, fuerunt, aut erunt, & ita de reliquis singularibus innumerabilibus, quæ mundus habuit, habet vel habebit: id quod quousque legitima probatione probetur, non est verosimile. Ideo fortassis Tho. in

lib. edit. dicitur  
etiam per se  
videtur in  
aliquo

Thomas cor  
rexit tacite  
in summa  
quod dixerat  
lib. contragen  
tes.

Expenditur  
Thomas.

et videtur  
in summa  
lib. 1. cap. 1.

Beati habent  
intelligentiā  
clarissimam  
non offusca  
tam nebulis  
fallentis phā  
siaz.

i. parte ab indiuiduis abstinuit, & correxit tacite, quod in Summa, contra Gentes scripserat. Et solum beatis in verbo naturales species rerū & virtutes earū inspiceret tradit, vt commemorabam. ¶ At verò neque hoc ab scrupulo vacat: quādoquidem ipse hoc colligit dogma, quia beatitudo satiat appetitum sciendi: ideo opus est vt tum mēs imbuatur scientia omnium rerum vniuersaliū: & quia de indiuiduis non est scientia, ideo horum notitiam non esse illis necessariam in verbo habere, docuit. ¶ Porro, vt ipse verè tradit ex August. sola visio diuinitatis omnino satiat appetitū beati, etiam si nihil aliud videat: igitur ad satiandu appetitum sciendi non est necesse videre species, & genera in diuina essentia, vel Dei verbo, quia in presentia pro eodē vsurpantur. ¶ Adhæc intellectus beatus, est clarissimus intellectus depositis iam nebulis quæ phantasie fallentia illi suggererat. Ideoq; clarius videt ex sua natura iam beata, vniuersa naturali ter scibilia, quā quilibet Philosophus, imo, quā centū Aristoteles, atq; Platonēs, &c. Igitur ipse sibi sufficit, vt se satiet ex scientia naturalium & non solum ex hæc sed ex omni Astrologia, & Mathesi, Geometria scilicet, Musica, Arithmetica. Et

vtique sine vllō negotio, parabit sibi quadriuales, & triuales artes & Metaphysicales omnes verissimas speculationes. Præter hæc Deus per habitus infusos, beatos poterit hæc docere, siquidem lumen gloriæ non est necesse ad hæc percillēda. ¶ Rursum Angeli antequam bearentur iam per species concreatas, quas testatur Thomas, hæc omnia Physicalia, & Metaphysicalia, & mathematicalia &c. nouerunt. Igitur postquam beatitudinis fuerit compotes, non erat illis necesse hæc inspicere in verbo: quia iam satiata ni habebant harum rerum sciendarum expetentiam. ¶ Et adhuc mirabitur aliquis, & non ab re dicens, & quid si hæc vera sunt anima infantuli ex baptismo volantis ad patriam, æqualem scientiam habebit cum summis Theologis, & Philosophis, qui beatitudinē potientur. Et quid rursus sciēt ne beati omnes omnia iura ciuilia, & pontificalia, perinde atque Summi iurisperiti? Num omnes mechanicas artes, ex æquo atque summi artifices: quandoquidē hæc omnia pertinent ad explenda, sciendi auiditatem. ¶ Et equidē omnibus lustratis res mihi hæc nondum est explorata satis, num hæc beati habebunt ex mirabili facultate proprii intellectus beati, aut ex infusione habituum scientificorū circa hæc omnia, an in diuina intuebuntur diuinitate? si tamen verū est beatos inspicere creaturas in verbo. ¶ Iam verò lustratis aurum placitis aperiam, vt cunquē, quale sit quod mens mea suggerit, quanquam quæstio est anceps satis, & quæ in vtramque partem arbitrari possit. Sit igitur hæc prima conclusio. Beati nō vident omnia quæ Deus visionis scientia videt. Hæc pendet ex verborum significatiā. Erat autem phrasia anti qua Theologorum, quæ modo etiam in vsu est, scientiam diuinam deducere in scientiam visionis, & simplicis intelligentiæ. Quæ enim presentia sunt Deo secundum actualem presentiam, siue præteritam, siue futuram, siue extantē videntur à Deo, visionis scientia, sanē quia visio presentium est. Quæ verò non sunt presentia Deo secundum actualem presentiam, sed solum secundum potentialem, quia nec actu sunt, neque actu fuerunt, neque actu erunt, sed solū possunt esse, hæc quia non habent actuale presentiam vel habuerunt, vel habebunt, ideo non visionis scientia

Lumen gloriæ nō est necessarium ad hæc quod scientias phisicas habeat beati.

Decisio quæstio.

1. Conclusio.

Scientias & simplices intelligit quid.

Ca. 63.

Math. 4

Apostoli docuerunt gelos.

scientia videntur, quippe quæ præsentia actuali deservuntur, sciuntur scientia simplicis intelligentiæ: utiq; quia quæ non sunt præsentia actu non videntur, sed magis intelliguntur. ¶ Sunt equidē vniuersa Deo quam præsentissima, at varia ratione, quia alia, ut actu præsentia iuxta varias differentias temporum, alia ut in potentia præsentia solū. Probatur igitur conclusio hac præfatione præmissa, quam latius disseruimus in. 1. Senten. Etenim diem iudicij beati non cognoscunt, quippe qui omnes latet Angelos Matth. 24. & Mar. 13. Rursus Dionys. 6. cap. cælestis Hierarchiæ Angelos superiores illuminare, purgare & perficere tradit Angelos inferiores de diuinis mysterijs cognoscendis, igitur non omnia vident, quæ Deus videt visionis scientia. ¶ Tertio quia cogitationes soli Deo patent, igitur beatos latet. ¶ Quarto Ioan. Chrysost. Homilia. 1. in Ioannem ait, Angelos multa didicisse ex Ioannis Euangelio, quæ prius ignorabant. Et Hierony. lib. 2. in Epistolam ad Ephesios cap. 3. versans locum Pauli, ut innotescat Principibus, & Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, videtur idem docere mysterium incarnationis, & redemptionis humanæ latuisse Angelos beatos, ante Christi mortem, & resurrectionem. Et profert Esaiæ testimonium, ut constituat quod dixerat apud quem Angeli quærent, Quis est iste qui ascendit de Edon? Et idem in Psalmo sciscitatur. Quis est iste rex gloriæ? Et Sedulius in collectaneis loci eiusdem idem sapit, Christum aperuisse sacramentum incarnationis Angelis, quod ante nesciebant. Hæc autem ratio est ambigua siquidem obijciam Hiero. Angelos canentes in natali Domini Lucæ. 2. & Angelum Gabrielem, qui nunciauit incarnandum Dominum ibidem. Et Angelos ministrantes Domino ante mortem eius, & Angelum eum confortantem Lucæ. 23. ¶ Ad hæc Dionysio autore homines, non docent Angelos, sed ab eis potius docentur homines: ut diuinarum scripturarum discursus satis ostendit Angelos docuisse Prophetas, & Apostolos, post Christi ad sidera ascensum. Et Angelus item docuit Mariam & Ioseph Christi mysteria. Non ergo Angeli sunt edocti vel à Ioanne Euangelista, vel ab Apostolis, cum contra Apostoli ab Angelis sunt

edocti gratiæ sacramenta, ut Apoc. Ioan. factis indicat. Quæ obrem ratio hæc conuincit nihil, sed ex eo à me prolata est, quo exponerem horum sanctorum testimonia. Et sci to Magist. Senten. in. 2. dist. 11. Hieronymo opposuisse Augustinum tradentem, Angelos nouisse Incarnationis, & Redemptionis sacramentum, ante quam illa Deus exqueretur. At conciliat Hiero. August. sub hac ratione videlicet, Angelos supremos nouisse hæc mysteria, prius quam celebrarentur, non tamen inferiores qui illa didicerunt postmodum per Ecclesiam. ¶ At vero rô aduersantur Magistro, quæ à me sunt inducta dudum. Angeli enim, qui missi sunt ut cæticis cælestibus laudaret Christi exitum, & pastoribus euangelizarent infantem natum, non erant ex supremo ordine, sed ex inferiori. Et Gabriel item, qui cæleste de incarnando Domino attulit nuncium, & ij qui Domino ministrauerunt. Et Gabriel nunciauit Zachariæ præcurserem qui omnes creduntur vulgo Theologis inferioris fuisse ordinis, ut nos dixim? in. 2. Senten. Et quid si Prophetæ sacramentum Dominicæ mortis, sciebant, Angeli quorum ministerio erudiebantur, quomodo ignorassent? Dicamus ergo Angelos beatos calluisse diuinæ huius dispensationis sacramenta, ante quam incarnaretur Dei verbum, & pateretur. At vero aliqua circumstantiæ horum mysteriorum latuerunt illos experimentaliter notitia, quas postmodum experimentaliter nouerunt prædicantibus Apostolis. Neque Paulus loco præfato expressit Incarnationem, aut Redemptionem, sed solū ait multiformem sapientiam Dei. Meminisse autem oportet Paul. 1. Cor. 4. dixisse Apostolos spectaculum fuisse Angelis, mundo, & hominibus. Cur obsecro Angelis? Nepe quia mirabantur in experientia rei, quæ iam nouerat vel in verbo vel ex reuelatione diuina, nepe quod Apostoli fragiles, & insipientes, mundum conuerteret ad Christum. Et hoc pacto poteris exponere commemorata sanctorum testimonia. Quia igitur sancti Angeli consilia Dei altissima, quæ ipsi iam nouerat per speculationem, viderunt experimentaliter & in effectu in Ecclesia Dei completa, ideo ait Paulus multiformem Dei sapientiam Principibus, & Potestatibus in cælestibus innotuisse per Ecclesiam. Sed obijciēs forsan, cur meminit solum Principum, & Potestatum;

Angelos non latuerunt mysteria humana redemptionis ante quam celebrarentur.

Locus Pauli ad Ephes. 3. explicatus.

Scientia visio nis & scientia simplicis intelligentiæ quid.

Ca. 63.

Matth. 4.

Apostoli non docuerunt Angelos.

& non aliorum ordinum superiorum, vel inferiorum. Respondebo, ex altera parte, totam intellexit Angelicam cohortem; Et forsan ex verbi huius occasione Magister dixit superioribus Angelis notū fuisse mysteriū redemptionis, prius quā celebratum, non Angelis inferioribus. ¶ Secunda conclusio. Beati eorum, quā Deus scientia visionis comprehendit, etsi quā dā ignorēt, alia tamē illis patent. In gratiam huius obseruabis tria. Primum est, diuinitatem comprehendere eminentissimē in se vniuersa etiam tam actualia, quam possibiliā semper sub actuali esse subaudi, secundum aliquam temporis differentiam: quā inquam sunt, aut fuerunt, aut erunt. ¶ Quod autem vera sit hęc obseruatio inde differt, quia Deus est causa totius esse, ab ipso enim fuit esse ad res vniuersas, quare ipse se nominans dixit Moyse, dices ad eos, Qui est, misit me ad vos. Si ergo vniuersa ab illo, vt à primo entis fonte deriuantur. Quā actu sunt vtique; ab illo hauriunt suum actuale esse, & quā possunt esse, etiam nūm ab ipso deriuat suum potentiale esse. Et quia omnis perfectio fundatur in esse, quia impossibilia nihil habent perfectionis, quia non possunt esse, & possibilia exigua sunt perfectionis, quia non sunt, vt posse esse diuitem paruam ostendit perfectionem, sed solum esse diuitem. Vnde cum Deus sit plenitudo totius esse, inde est plenitudo omnium perfectionum. Inde processit quod August. dixit Deum esse speculum vniuersale, nempe, quia in ipso est plenitudo totius esse, quod est in creaturis, & omnis perfectionis. Namque quā in creaturis sparsim sunt, quia finitae sunt, & non possunt omnibus perfectionibus gaudere, in Deo sunt vnitissimē, quia infinitus est & immensus. Et non solum actuales perfectiones creatas Deus eminentissimē habet, sed etiā posibles omnes. Quamuis proprius dicimus diuinam essentiam esse exemplaria omnium rerum, quam esse speculum. Enimuerō cum sit supremus artifex condendarum rerum, & conditarum, ipse est sibi exemplar, & exemplaria: exemplar secundum vnitatem essentiae, & exemplaria secundum vnitatem condendorum, vel conditorum ab eo. Ex quo conficitur diuinam essentiam representare vniuersa quantum ex ratione exemplaris est. Creaturā verō

exemplata ex hoc supremo exemplari. Sunt sanè speculū iuxta Pauli sermonē, Illud, videmus nunc per speculū in aenigmatē. Veruntamen etiā sunt exemplata, quāuis diuersa ratione. Speculū enim sūt quatenus per ipsas vestigamus diuinitatis maiestatem: quippe illā representāt nobis, quātus sit autor earū. Exēplata verō sunt quia summa Dei arte per aeterna exēplaria sunt fabricata. Verū germani? illis congruit esse exēplata, quā speculū est vtrūque illis cōpetat. A ratione enim speculi deficiunt. Speculū namq; oblatā rem representat sicut est: porrō creaturā vniuersā longe deficiunt à representando Deo sicut est. Enimuerō infinitū distant à celsitudine creatoris, at non deficiunt à ratione exemplati, idcirco esse exemplata germanius illis congruit: quapropter, non possunt demonstrare exactē quantus sit illarū creator. Quāuis enim perfectissimae sunt secundum proprias rationes, verū imperfectissimae sunt collatē ad infinitam creatoris perfectionē. Quocirca propria finitate circumscriptae, creatoris infinitatem obscure ostendunt. ¶ Porrō creator ipse exactissime per se ipsum vniuersa cognoscit. Quippe quāuis Maiestatem creatoris, finitas creaturarū, ad purū non possit demonstrare, at vero creatoris infinitas omnium creaturarū finitatem distinctissime representat. Quoniam, vt dicebam diuinitas continet vniuersa eminentissimē, quia est causa omnium efficiēs & finalis. Est enim Alpha & Omega, principium & finis. Vnde & Plato Deum dixit esse Archetypum, hoc est, primariū vniuersorū exemplar. Denique creaturā sunt speculū Dei, quia exemplata sunt, ideo hoc est prius natura quam illud. ¶ Secundo obseruabis creaturas videre in verbo vel in diuina essentia, esse maioris dignitatis, quā eas videre in proprio genere, aut ex reuelatione, aut ex habitu infuso, siquidem videre illas in diuina essentia est beatorum. Verum cognoscere eas ex reuelatione, aut alias est etiam viatorum. Adde videre creaturas in essentia Dei, est illas videre in prima causa & in suo principio primo quod est Deus, quod est summa dignitatis. Rursum, quia videre illas in diuina essentia est videre in Deo, & per Deum, & mediante lumine gloriā quod non est necessarium si alias creaturā

x. Conclusio

Da solent  
vniuersa  
omnibus  
vniuersa  
vniuersa

Deus quomodo eminentissime continet vniuersa.

Proprius est Deus exemplar quā speculum.

Creaturis germani? congruit esse exēplata quā esse speculū diuinitatis, est vtrūque illis cōgruat.

Creaturis prius natura conuenit esse exēplata ab aeterno exemplari, quā esse speculum.

Deus  
cat b  
quam  
me.

Beati res  
turales v  
sob dupli  
mine & n  
rali & glo

Infima Chri  
stoloravid  
in Deo qua  
omnes bea

tura videantur. Tertio, obseruabis so-  
lam Dei visionem etiam si nulla videatur in  
Deo creatura explere sufficeat, & suf-  
ficientissime mentem creatam. Hæc ob-  
seruatio claret ex dictis. Iam igitur accipe  
probationem conclusionis, Deus dignificat  
beatos quã maximè, obseruata tamen pro-  
priorum meritorum ratione: igitur videt crea-  
turas in Dei essentia. Probo consequentiam  
quia vel beati aliqua ratione vident crea-  
turas, vel nullatenus illas vident. Non se-  
cundum: beata namque mentes sunt effi-  
cacissimæ ad intelligendum res creatas:  
& ideo si illas intelligebant omnia cor-  
poribus, longe præclarior illas intelli-  
gent, & videbunt ex utrisque corporibus: vt  
de Angelis quis inficiabitur? Vident igitur  
creaturas naturaliter. Veruntamen, vt  
tertia obseruatio admonebat Deus digni-  
ficat mentes beatas quã maximè. Cum er-  
go dignius sit illas videre in diuina essen-  
tia, quã in proprio genere, igitur non ob-  
stante quod illas vident in proprio gene-  
re naturaliter, videbunt illas in diuina es-  
sentia: siquidem hac ratione maximè di-  
gnificatur mens beata. Neque horum vnũ al-  
terũ diluet, quia hæc duo sibi consentiunt  
& videre res naturales in lumine natiuo,  
& sub lumine gloriæ in essentia diuina.  
¶ Porro si scisciteris, quæ sunt illa, quæ vi-  
dent: & rursum cur quæ dā vident, & alia  
non vident, quãdoquidē essentia Dei om-  
nia repræsentat æqualiter? dixerim tibi  
quantum est ex parte diuinæ essentia  
repræsentantis æqualitas est, at verò ex  
parte repræsentatorum in æqualitas: quia  
quæ dā sunt possibilis, alia actualia entia.  
Et rursum ex parte intellectus videt, quia  
intellectus creatus nõ ita appetit possibilis  
scire, vt actu entia. Et rursum est in æqua-  
litas ex diuersitate meritorum: quando-  
quidē videre creaturas in Deo correspon-  
det meritis, & qui maioribus fulgent me-  
ritis plura videbunt: diximus enim istud  
esse maximæ dignitatis. ¶ Quamobrem  
Christi anima, quæ supra omnem creatu-  
ram fuit à Deo dignificata plura videt in  
diuina essentia, quam omnes beati siue  
Angeli siue homines. Quo fit, vt non te-  
mere theologizent, assertores huius dog-  
matis, videlicet, videre animam Domini  
Iesu, omnia quæ Deus ipse videt, visionis  
scientia. ¶ Vnde arbitror beatos illos

plura videre in diuina essentia, qui magis  
sunt Christiformes. Quamobrem beatissi-  
ma virgo, quæ vna super omnes vehemen-  
tius dilexit Christum, hæc plura videt  
in Dei essentia, quam beati reliqui, Quip-  
pe post Christum maximè omnium erat  
dignificanda. Quamobrem virgo hæc plu-  
ra nouit de Ecclesiæ statu quam reliqui  
beati. Et ideo merito ad illam Dei Eccle-  
sia, diurnas atque nocturnas dirigit preces,  
& plures, quam ad beatos alios. Et iuxta  
hanc regulam de cæteris beatis arbitrari  
fas erit. ¶ Si vero beati alij vident in Dei  
essentia naturalium rerum species & gene-  
ra, quæ sunt de perfectione vniuersi & nõ  
horum indiuidua, an etiam indiuidua, &  
si hæc quot, & quæ, difficilis est iudicij,  
etiam si Thomæ primum arriserit. Mihi  
tamen nõ displicet dicere beatos videre  
in diuina essentia supplicia omnium delin-  
quentium, & præmia omnium aliorum bea-  
torum, & rationes suppliciorum & præ-  
miorum. Lego enim apud Grego. lib. 33.  
Moral. cap. 19. Quos cruciatus cum iusti  
conspiciunt in Dei laudibus crescunt, quia  
in se cernunt bonum, quo remunerati sunt,  
& in illis inspicunt supplicium, quod euase-  
runt. Et quod ipse de supplicijs docet, ego  
dixerim etiam de præmijs: vt trunq; enim au-  
gebit diuinam laudem à sanctis Deo porrigere  
disciplinam, & contrariorum eadem est disciplina.  
Præstat enim materiam laudis diuinæ exi-  
miæ & obseruare Dei iustitiam in supplicijs  
impiorum, & misericordiam in præmijs om-  
nium sanctorum videre Laurentium corona-  
tum insigniter ob martyrij tolerantiam, &  
cæteros ob sua merita. Scio dices Grego-  
rium nõ dixisse beatos hæc videre in di-  
uina essentia, sed neque inficiatur, quia solū  
videre, dignitatē tamen auget hæc vide-  
re in diuina essentia. Quid quæ Grego. 4. dia-  
log hoc præfert beatos omnia videre in di-  
uina essentia, dicens, Quid non vident, qui vi-  
dent omnia vident? At verò hic locus secun-  
dum corticem verborum exiguum est quod fauet  
dicentibus beatos omnia videre in Dei essentia.  
Quippe nulla est consequentia, video vi-  
dentem centum, ergo video centum. At si col-  
ligas, video visionem centum, igitur video  
centum apparentior collectio est. Et hoc  
Gregorius voluit beatos videre visionem  
omnium: ideo videre omnia. Nam per vi-  
dentem omnia intellexit visionem omnium.

Idem Magis. dist. 50.

Beati vident supplicia impiorum & præmia beatorum lege Hieron. apud Magis. dist. 50. in fi.

Gregori ex- penditur.

Deus dignifi-  
cat beatos  
quam maxi-  
me.

Beati res na-  
turales videt  
sub duplici-  
mine & natu-  
rali & gloriæ.

Imma Chri-  
stus videt  
in Deo quam  
omnes beati.

¶ Veruntamē neq; tum necessario sequitur vt dicebā supra notitiā reflexā non significare omne quod directā, ideo Gregorius est intelligēdus vidētē Deū, qui est visio omniū omnia videre, quā illi iuxta sua merita videre congruit. ¶ Arbitror igitur indiuidua huiusmodi videri in diuina essentia propter rationem commemoratam, & non solum species, & genera, vt alij credunt. ¶ Illis etiam accedat, quod ea sunt videnda in diuina essentia, quā credita sunt nobis ex fide, quia fidei succedit visio. Sunt autem præcipua credita articuli fidei. Sed præter hos, sunt omnia, quā sunt contenta in sacris Biblijs. Si ergo diceret aliquis hæc esse videnda in diuina essentia à beatis ad remunerationē suā fidei forsā non ineptiret. ¶ Quod si exquisieris à me, cum dies iudicij sit creditus, ergo beati hunc videntur diem: at verò obstat, quia Angeli sancti Domino docente hunc diem nesciunt. Quod si dixeris nesciunt beati, vt nobis proपालent illum: at nihilominus vident beati hunc diem, siquidem Christus etiam ibidem dicitur nescire, quia illum non docet diem. Nobis denique dicit et alius, est occultus dies hic ad cautelam, & vigiliam, at beatis non sunt hæc necessaria. Porro non est necesse hæc asserere propter argumentum propositum siquidem fides non docet determinatē diem esse futurum iudicij hunc vel illum diem sed solum esse futurum, & hoc aperte videntur beati, alia porro indiuidua, vt sunt arenæ maris, lapides &c. quā videtur im pertinentia ad beatitudinem, illa non videntur in diuina essentia. Verum naturaliter poterunt hæc cognoscere beati si illos delectat horum notitia. ¶ Cogitationes autem cordium, & orationes fidelium, & alia particularia, quæ concernunt statum Ecclesiæ, aut fidelium salutē in particulari, videlicet scire illorum lapsum futurum, vt illum precibus arceant, vel profectum vt illum orationibus sibi additis beati procurent, hæc non videtur necesse scire in diuinitate, sed satis videtur si ex particulari reuelatione nouerint: vt etiam scire reprobationem huius vel illius, aut prædestinationem, vt forsā Angeli custodes noscunt alumnorum suorum, vel reprobationem vel prædestinationem. Vnde

August. Nouerunt sancti Angeli docti de Deo, cuius veritatis eterna contemplatione beati sunt quāti numeri supplementū de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. ¶ Quamquam nulla ratio vriget hæc diffiteri videri in Dei essentia: quia quæ videntur in Dei essentia non sunt volubilia, vt quæ ex reuelatione accipiuntur. Veruntamen si in Dei essentia viderent cogitationes, & orationes, esset difficile volubilitatē subterfugere, quia cessante oratione vel cogitatione, iam cessaret visio. Nisi dicatur quod continuo ab exordio beatitudinis illa ventura esse beatis ostenduntur: & in diuina essentia quando sunt futura vt talia demonstrantur, & quando præsentia talia, & quando futura etiam talia. ¶ Neq; quia nouit Christus in diuinitate diem futurū iudicij, & alia futura, postquam fuerint præsentia est volubilitas in Dei, quā Christus habet, visione: semper enim per vnam visionē immotā, hæc ostenduntur reuolui ex tempore in tempus. ¶ Porro autem quia ex Dionysio didicimus, Angelos superiores, erudire inferiores, de agendis erga Ecclesiam Dei, ideo videtur probabilis Angelos & ceteros beatos hæc videre, quā dudū diximus per reuelationes particulares: et si Christo hæc nota sint in diuina essentia, & B. genitrici eiusdem ex singularissima maternitatis diuinæ prerogatiua. ¶ Ter. Conclusio. Beatis nō patent omnia possible. Hæc iam supra probata est. Quippe horū scientia non est in rationabili desiderio. Desideramus enim scire, quæ actu sunt vel fuerūt, vel erūt: quæ autē possunt esse scire non expetimus, quia nobis videtur impertinens illorū scientia. ¶ Quarta. Conclusio. Qui plura videt in diuina essentia, ille perfectius illā videt. Hæc liquida est, quia ille perfectius videt causam, qui plura intuetur in ea, Deus autē est omnium causa, vt diximus in obseruationibus superioribus, igitur. Hinc sequitur quāuis videntes diuinā essentiam ex sola diuinitatis visione nō fortiantur beatitudinis differētiā: at vero fortiantur illam ex ijs, quæ in diuina essentia ab illis vidētur: vt de beatiore sunt quo plura vident in diuinitate. Namque qui plura videt in diuinitate clarius cognoscit Deum: clarius autem Deū videre maiori beatitudini est tribuen-

Dies iudicij  
an videatur  
beatis.

Nat. 26. &  
Mar. 13.

In enchiridio  
ad Laur. ca.  
62.

Visa in diuina  
essentia  
non sunt volubilia.

Beati ex visione  
diuina immota  
volubilia nostra  
videre possunt.

3. Conclusio.

4. Conclusio.

Beati  
qui De  
creatur  
det in  
quā qui  
Deum v

Tra  
in Ioan

Gradus  
si beati  
nison  
dum es  
le ratio  
beatitud  
sunt di  
sed fec  
acciden

5. Conclusio.

tribuendum. Neque Augustinus dicens, Qui te, & illa nouit non propterea beatiore est, sed quia te nouit beatus est, de illa nouitia rerum loquebatur, quæ est in diuinitate, sed de alia nouitia rerum quæ aliunde paratur. Quando quidem, qui Deum clarè videt beatus est, & qui Deum & creaturas in Deo videt beatiore est, quia Deum clarius videt. Si enim clara visio diuinitatis beatos reddit, clarior visio beatiore constituet. Quæ ob rem beatitudo si secundum essentialem rationem capiatur illa quidem est denarius ille, qui unus est distributus operarijs. At vero si secundum gradus suæ claritatis, & intensiõnis, hac ratione multas cognosces esse differentias beatitudinis: discetque multas mansiones esse in regno cælesti Ioan. 14. Beatiore enim clarius vident deitatem, quia plura in illa vident, quam minus beati.

Beatiore est qui Deum & creaturas videt in Deo quàm qui solum Deum videt.

Tractatu 68. in Ioannem.

Gradus diuersi beatitudinis non secundum essentialè rationem beatitudinis sunt diuersi, sed secundum accidentaria.

5. Conclusio.

¶ Quia ergo sunt diuersi gradus in Deo videndo, quia etsi omnes videntes clare videant, at vero, quidam maiori claritate, & magis distincte, quam alij vident, ideo distincte sunt mansiones pro diuersitate mansionum vt August. ait. Dicens, forsitan, igitur solum differunt gradus accidentaliter, & nos fatemur. ¶ Verum istam maiorem claritatem, addo non esse beatitudinem accidentalem. Siquidem accidentalis beatitudo non auget essentialem beatitudinem. Gradus verò maiores claritatis perficiunt & augent essentialem Dei visionem, quæ est beatitudo essentialis. At vero gloria corporis, quæ est accidentalis animæ gloria, vel alia accidentalis, non perficit, vel auget visionem ipsam diuinam vt mox subdemus Marsilio contradicentes. Itaque isthæc adiectio maioris claritatis magis est dicenda perfectio essentialis gloriæ, quam gloria accidentalis: tametsi gradus gloriæ diuersi sunt secundum accidens maioris aut minoris claritatis in videndo Deo. ¶ Quinta conclusio, Deo subest demonstrare suam essentialiam, non demonstrando creaturas. Hanc probabis si aduertis Deum posse demonstrare suam essentialiam non demonstrando suam relationem personalitatem. Et modo hoc suppositum esse volumus, ex libr. 1. sentent. dist. 1. disp. 3. quo loco nos fuisse, hoc probauimus. Si ergo hoc est Deo possibile, multo possibilis erit demonstrare suam essen-

tiam, non demonstratis creaturis. Siquidem personales proprietates intimiores sunt Deo, quam creatura. Verum est tamen, quod fieri nequit, vt demonstretur Deus, quin demonstretur id, quod realiter sunt diuinæ personæ: non tamen est necesse simpliciter, quod formaliter demonstretur ipsa personalitas. In què prope modum fieri nequit, si diuinitas videtur, quin videatur id, quod est eminenter creaturæ omnes. Verum fieri potest vel nihil repugnantia inuoluit, quod ostensa diuinitate, non videatur distinctè creatura, videlicet, quid sit lapis, aut arbor, &c. propter præfatam rationem. Hæc conclusio est contra Goffredum, & Durandum, & alios quibus confessum fuit, necesse esse visa diuinitate essentialiam rerum in ipsa distinctè contemplandas fore.

¶ Sexta conclusio, intellectus creatus, quamlibet fingas illum esse absolutissimæ perfectionis, & meriti non poterit videre omnia, quæ diuina essentialia representant, hoc est omnia quæ actu sunt vel fuerunt, vel erunt, & possibilis omnia videre. Hæc prompta est, & si plerique theologorum illi aduersentur, vt supra ostendimus. Verum mihi probabilis est, quod hæc conclusio dicat: quia si quis sciret omnia, quæ Deus facit, aut facere potest, comprehenderet diuinam scientiam, & comprehenderet diuinam potentiam, & comprehenderet diuinam bonitatem. Fac enim te scire, quidquid cælum effecit hætenus, & facere potest, & te scire omnes eclipses præteritas, & futuras, & coniunctiones luminarium, & oppositiones, aspectus omnes astrorum, vimque influentiæ cælestis, atque luminis operationem omnem, an non comprehendere te recte diceremus naturam, & potentiam cælestem? Vtique, quia nihil cælum habet aut habere potest, quod tuam scientiam fugiat: ita in proposito. Deus autem est incomprehensibilis, vt supra ostensum fuit ex Hieremia Iob, & Paulo, & loquimur modo de comprehensione propriè, & non eo modo quo Pau. ad Eph. 3. & ad Phil. 3. quod idem est atque obtinere Deum. Vnde Augusti. lib. 4. noui, & veteri testam. q. 1. Quia enim supra omnia Deus est, necesse est, vt omnium mentes excedat. Homines enim quantum possunt aciem mentis

Non est necessarium simpliciter quid videns essentialiam Dei videat creaturæ essentialiam.

6. Conclusio.

Deus est incomprehensibilis proprie est tamè comprehensibilis large loquendo.

ti extendere aspiciunt quid Deus sit opione, non definitione. Angeli autē, qui superiores hominibus sunt, quod plus de Deo aliquid sentiunt non est dubium, Archangeli verò eo ipso amplius, Cherubim atrem & Seraphim, quæ potentia iuxta Deum esse dicuntur, maiora de Deo sentiunt: non tamen comprehendunt penitus quid Deus sit. Quia nemo nouit patrem nisi filius &c. Et in libr. medita. capit. 29. nulli denique alij tota nisi tibi soli, nota est omnipotens Trinitas. Tu intellige totam non esse notam Trinitatem, id est, totaliter nulli est nota siquidem cum sit indiuisibilis tota est nota omnibus beatis. Et rursum ad Lauren. in Enchiridio cap. 62. Deum sicut est nemo nouit, nisi ipse solus se nouit, tu subaudi comprehensiuē. Porro superest dubitatio, an videns Moyses Deum raptim, itemque Paulus viderint etiam quæ representabat diuinitas, quia si Paulus vidisset illa non hæsitasset si in corpore an extra corpus vidisset Deum. 2. Cor. 12. & Acto. 20. non ignorasset quæ sibi ventura erant Hierosolymis, aut egeret reuelatione spiritus sancti quam ibi commemorat. Contra verò videtur, quia illa visio erat vere beata. Quāuis enim Moyses, & Paulus tunc non fuerunt beati simpliciter, quia mortales adhuc erant, & non omnibus fruebatur, quibus beati potiuntur bonis, cæterū essentialē obtinebāt beatitudinē, quæ in visione clara Dei est, quæ communicari potest homini mortali, vt patet in exemplis propositis. Et visio illa erat eiusdem speciei, cum illa quam modo habent, obiectum enim idem formale, & potentia eadem, & medium cognoscendi idem, & lumen gloriæ idem nisi quod erat tanquam dispositio. Quod vero raptim transierit, non tollit vnitatem speciei, quia infans qui cito moritur eiusdem speciei est cum senē. Respondebis illos non vidisse omnia in diuinitate, sed quædam viderunt alia verò nō pro Dei voluntate: vnde argumenta patent. Superest argumenta in exordio disputationis opposita diluere, quanuis consideranti diligenter diserte non opus erit dilutione. Primo igitur dices, beatos non omnia videre, quæ in diuinitate representantur: neque est æquatio omnium: siquidem est diuersa ratio

meritorum in beandis: ideo quibusdam plura alijs pauciora contemplanda in diuinitate demonstrantur. Secundo itidem dices esse necessarium copiosius lumen in vno beato, quam in alio, vt plura videat, quia qui plura videt, Deum clarius videt, vt autem clarius videant Deum, lumen vegetius est necessarium: non propter notationem creaturarum, vt sunt creature, sed vt videntur in Deo. Et qui plures creaturas videt in Deo, ille plura attributa cernit diuina relatione habita ad creaturas. Demum notandum est Greg. ad Lucam homil. 40. tractans Lucæ capi. 16. dicens, Qui Dei claritatem vident nil in creatura agitur quod videre non possint. Vnde colligit beatos videre pœnas malorū: si quidem hic locus non docet videre omnia beatos in Deo, sed posse videre non solū pœnas malorum, sed alia, quæ apud illos agentur.

Ad elatiore  
visionē Dei  
vegetius lu-  
men gloriæ  
est necessa-  
rium.

Diuinitas to-  
ta videtur nō  
tamen totali-  
ter.

Visio Dei in  
vita an sit bea-  
ta.

DISPUTATIO  
POSTREMA.

Num animarum gloria re-  
sumptis corporibus beatis post re-  
surrectionem increset?



T VIDEBITUR  
alicui forsan, quod in-  
creset, quia Hieron. in  
Oteam cap. 6. versans il-  
lud, viuificabit nos post  
dies tres, inquit, Pera-  
cto iudicio amplio-  
rem gloriam suæ claritatis Deus demonstra-  
bit electis. Et secundo, quia Augusti. su-  
per Gene. lib. 12. cap. 35. sed tamen ait, du-  
bium non est, & raptam à carnis sensibus  
hominis mentem, & post mortē ipsa car-  
ne deposita, non sic posse videre incom-  
mutabilem substantiam, id est, Deum, si-  
cut sancti angeli vident, siue alia latenti-  
re causa, siue ideo quia inest ei appetitus  
naturalis, quidam corporis administran-  
di, quo retardatur quodam modo, ne tota  
intentione pergat in illud summum cæ-  
lum, donec ille appetitus conquiescat. Si  
ergo retardatur à desiderio corporis, &  
ex illius desiderio non possunt tam per-  
fecte

Argumentū  
primum.

Argumentū 2<sup>o</sup>

Responso ar-  
gumen.

Argume

Argume

Argume

Argume

Argume

Argume

fecte amare Deum modo sicut postea resumptis corporibus; neque poterunt tam perfecte eundem cognoscere, igitur post resurrectionem augebitur illarum gloria.

**Argument. 3.** ¶ Tertio Magister in disti. 49. ferè ad calcem tradit sine omni scrupulo, credendum est, eos habituros maiorem gloriam post iudicium quam ante, quia erit gaudium eorum, ut supra testatus est Augu. & amplior erit eorum cognitio. Et in. 2. lib. sentè. dist. 11. non longe à fine, non solum hominum sanctorum, tum augendã censet beatitudinem, quin etiam angelorum credit augendam scientiam diuinorũ inferiorum, & beatitudinem usque in diẽ iudicij.

**Argument. 4.** ¶ Quarto, sicut res se habet ad esse, ita ad operari: igitur res habens perfectius esse, perfectius operabitur. At anima in glorioso corpore perfectius fortietur esse, etenim pars perfectius habet esse in toto existens, quam extra totum, quia tunc explet suam appetentiam reunendi se toti cuius erat pars: igitur tunc perfectius amabit & perfectius videbit Deum, quam ante reunionem.

**Argument. 5.** ¶ Quinto animarum damnatorum infeliciores, & tristiores erunt post diem iudicij, quam ante: igitur cum contrariorum sit eadem disciplina, animarum sanctorum beatiore erunt.

**Argument. 6.** ¶ Sexto, desiderium habent nativum animarum ad sua corpora, hoc autem desiderium cum sit vehementissimum necessario distrahet mentes à diuina contemplatione: igitur cum post diem iudicij nihil distrahet, tunc quietius Deum contemplabuntur, ergo erunt beatiore.

**Argument. 7.** ¶ Septimo animarum unitarum corporibus gloriosis maxime gaudebunt, & plusquam ante reunionem gaudebant, ergo & magis diligenter, siquidem ex maiori accepto beneficio, amplior in beatis dissultabit dilectio: si maior dilectio: igitur maior fruitio, & clarior visio.

**Argument. 8.** ¶ Octavo Pauli & Moyse beatitudo tum intensius erit maior, quam fuerit in suis raptibus, supposito eos tum vidisse diuinam essentiam. ¶ In contrarium est, quia beatitudo est immobilis, siquidem si mutaretur non esset summum bonum ergo anima, um visio beata semel donata nunquam variabitur: nam si variaretur non esset certa, & fixa illarum beatitudo. Quod si euaserit argumentum forsan dicēs, beatitudinem augeri posse, non tamen minui & ideo et si mutetur, mutatur ad maiore

perfectum, refringam tuam euasionem: quia, quæ possunt augeri, possunt item minui: at beatitudo animarum sanctorum minui nequit, igitur crescere poterit.

¶ Disputatio hæc apud theologos non habet concordem decisionem. Siquidem Marsilius in. 4. quæst. 13. artic. 3. opinatur beatitudinem essentialem post finale iudicium augendam intensius. Itaque beatæ animæ beatis sociatæ corporibus clarior Deum intuebuntur, & feruentius diligunt Deum. Et non fuit Marsilius huius autor primus placiti si quidem vetus est. Et Magister si verba penduntur idẽ præfert sibi placuisse & Durandus. quæst. 7. disti. 49. indicat sententiam hæc cui subscripsit Marsilius, & illi refragatur, & alij quæ tradit animam coniunctam cum corpore beato, liberius ferri in Deum, quam ferebatur separata, quia iam non distrahitur ex nativo desiderio ad corpus: at vero gloria illius non erit intensior quam ante corporis beati consortium. Et huic etiam contradicit, & merito: procedit enim sententia hæc ex friuolo fundamento credēs, animas beatas distrahi vel non expedite contemplari diuinam essentiam actus ex desiderio suorum corporum. Enimvero animæ beatæ certo sciunt se resumpturas sua corpora tempore à Deo decreto, & ideo non volunt prius illa resumere, quã pro diuina voluntate, cui in omnibus libere, & expeditissime consentiunt.

¶ Quã ob rem mora resurrectionis illas non distrahit, aut impedit, quominus Deo libere fruantur. Et aliud est quod ipsæ desiderant resurrectionem, & illam à Deo expectant, Apocaly. 6. docet vidi animas interfectorum subtus altare propter verbũ Dei & propter testimonium, quod habebant & clamabant voce magna dicentes usquequo domine sanctus & verus, non vindicas, & non iudicas sanguinem nostrum. Quauis hic locus solum de martyribus meminit, qui sunt interfecti in testimonium diuinæ veritatis, idcirco, magis colligitur desiderium animarum sanctorum omnium ad sua corpora, ex naturali appetentia, quæ nobis inest ad corpora nostra. ¶ Quo fit, ut istud desiderium non sit negandum. Cæterum quod hoc desiderium beatis animabus sit impedimento, quo minus libere ferantur in Deum illud inficiandum est: siquidem bonum, quo

Placitavaria:

Mora resurrectionis neque expectatio illius obtrahit beatitudinẽ,

Expectatio  
boni non  
summi non  
potest esse im-  
pedimento bo-  
ni summi ad-  
pionis.

quo fruuntur summum est, Deum scilicet  
clare videre. Quod vero expectant scili-  
cet corporum suorum noua consortia non  
est bonum summum. Ideoque, quod  
expectant non summum, non poterit vlllo  
modo distrahere intentionem à summo.  
Quando quidem quod minus est non im-  
pediet, quod maximum est. ¶ Quid quod  
hæc duo, quæ concedit hæc opinio sibi  
non cohærent, & quod sit æque intensa  
visio beatarum animarum modo, & post  
corporum resurrectionem, & quod illa sit  
minus libera: nam si minus libera est, igi-  
tur non tam intensa est. Siquidem actio  
impedita non tam intensa est, quam illa  
quæ est expedita. ¶ Et qui d, nonne ange-  
li præfidiarij nostri, nostra curant, & ad-  
ministrant? Nunquid ob hoc minus liberè  
feruntur in Dei claritatem, quam ij ange-  
li, quibus præfidia nostra non sunt con-  
credita, vt creduntur esse qui primas te-  
nent hierarchias? non existimo.

¶ In hac igitur disputatione alterum est  
ab omni controuersia expeditum, videli-  
cet, beatitudinem animarum sanctarum  
post diem nouissimum extensiuè esse fu-  
turam maiorem. Enimuerò beatitudo  
animæ deriuabitur in corpus, & tum to-  
tus homo gaudebit in Deo: nunc vero so-  
lum anima beatur. Et anima beata gau-  
dio maiori suffundetur accidentali se vi-  
dens beatum, in corpore beato. Et gaudiū  
hoc intensiuè erit maius & non solum ex-  
tensiuè, quia est gaudium accidentale de  
corporis gloria, quod beatæ accrescit.  
¶ Verum quod vertitur in dubium, non  
de gaudio est accidentali, sed de gaudio,  
quod ex clara Dei visione, resultat: an sci-  
licet hoc erit tum maius intensiuè: quia de  
extensione dubitatio nulla, vt prædixi-  
mus. ¶ Et de re hac est conclusio vulgata  
theologorum, hoc non futurum maius,  
neque quicquam accretionis habitu-  
rum. Et quidem sunt rationes aliquot, quæ  
hoc persuadere poterunt. Et prima est.

Essentiale præ-  
mium non in-  
crescet post  
diē iudicij.

Quia si accresceret illud gaudium ex ma-  
iori claritate visionis aut ex maiori frui-  
tione accresceret, id quod Marsilius non  
diffitetur, iam ergo cum visio Dei sit bea-  
torum præmium, si hæc visio sit inten-  
sior, iam ergo præmium sit maius. Qua-  
ram igitur à te si nouum est præmium,  
igitur ex nouo merito: iam ergo animæ  
beatæ merentur essentiale aliquod præ-

mium: id quod nullus sanæ mentis fatebitur,  
schola theologica reclamante, quia  
beati sunt extra statum merendi. ¶ Secū-  
do, quia, vt dicebam, beatitudo essentia-  
lis, est immutabilis. Et non solum verba  
illa, Ecclesiastæ. 11. vbi ceciderit lignum,  
illic permanebit, vera sunt, quo ad statum  
gloriæ vel damnationis, quo ad dāni pœ-  
nam sed etiam, quo ad immobilitatē bea-  
titudinis. ¶ Quod si dixeris, animā Moyfi  
fuisse beatam sub raptu illo, itēque Pauli  
secundum August. placitum supra com-  
memoratum: at vero illa beatitudo essen-  
tialis non fuit immobilis. Neque est dice-  
re non fuisse illas animas id temporis bea-  
tas, siquidem clara visio Dei est beatitudo  
ipsa, & refert nihil quod raptim transie-  
rit, vt non sit dicenda beatitudo saltem se-  
cundum quid: quia simpliciter beatæ nō  
erant, quandiu corpora formabant morta-  
lia, secus de anima Christi, quem compre-  
hensorem fatemur simul fuisse & viato-  
rem. Siquidem non in raptu vidit essen-  
tiam, quandiu agebat in corpore mortali,  
sed permanenter, & immobiliter. ¶ At  
verò scito beatitudinē illam Moyfis, vel  
Pauli non fuisse simpliciter beatitudinē  
hoc est, non reposuit clara visio Dei illos,  
in statum beatitudinis: sed statum præli-  
barunt illum duntaxat: & ideo nihil mi-  
rum si fuit transitoria. At clara visio beati-  
fica non mutabitur, neque augebitur ne-  
que minuetur. ¶ Tertio & hoc argumen-  
tum est vulgatius, anima Christi post re-  
surrectionem sui corporis, non habuit cla-  
riorem visionem, neque desiderium cor-  
poris resumendi, illam distraxit &c. igitur  
neque animæ beatæ alia. Probo con-  
sequētiam, quia etiam si multum interfit  
inter animā Christi, & alias animas, pro-  
pter hypostaticam vnionem, & excellen-  
tiam beatitudinis, at vero in ratione essen-  
tiali beatitudinis discrepantia nulla est,  
vt liquet. ¶ Quarto vel ista maior clari-  
tas, erit æqualis omnibus beatis, vel non  
æqualis. Non æqualis, siquidem maius  
gaudium erit ex corpore beatorum: & ideo  
secundum te, maior claritas tunc in Deo  
videndo obtinebitur ab obtinentibus cor-  
pora beatiora. Iam ergo, qui ante diem iu-  
dicij erant angelis in gradu beatitudinis  
inferiores cōtinget esse superiores: & qui  
æquales erant angelis erunt superiores: &  
ordo cælestis turbabitur, & peruertetur  
post

Respon-  
sio  
gamentoru

Neque essen-  
tialis beatitu-  
do, neque dā-  
ni pœna mu-  
tabitur post  
diem iudicij.

Status beati-  
tudinis est im-  
mobilis.

Beati mi-  
rio fung-  
sensuum  
necessita-  
naturæ  
beatitudi-  
libertate

post iudicij diem, quod est absurdum. Sunt pleraque alia, quæ hanc sententiam elidunt, at hæc commemorasse sat sit, nisi arriserit, & hoc addere, videlicet Dei claræ visionem esse vitam æternam. Sed æternum non augetur neque potest auge-  
 ri, vt neque minui aut mutari quoquomo-  
 do, igitur neque illa clara Dei visio, auge-  
 bitur eo tempore. Restat argumenta in  
 exordio disputationis opposita absolue-  
 re. Dices primo Hiero. esse intelligendū  
 futurā maiore claritatem extēsiue. Augu-  
 stino dices, rem ibi nō diffiniuisse, sed di-  
 sputasse, quem morē seruat, in illis libris.  
 Magistro dices, beatis tum futurā nouā  
 cognitionem nō beatam, sed sensitiuam,  
 quia resumptis corporibus, sensibus fun-  
 gentur felicissimè. Itemque nouum mo-  
 dum habebunt intelligendi, quia vtentur  
 sensibus, non necessitate, sed beatitudinis  
 libertate quia intelligēt etiam sine sensus  
 ministerio. Item erit noua intellectio tūc  
 naturalis, quia videbant mundi statum  
 innouatum Apocaly. 21. Ecce ego facio  
 caelos novos & terram nouam. Videbunt  
 nanque caelum nouum, & terram nouā.  
 Quoniam priora transierunt. Vnde illis  
 accrescet gaudium nouum ex nouo diui-  
 nitatis mirabili & infueto opere: vnde &  
 gloria illis erit accidentalis maior non ta-  
 men essentialis. Quarto dices, animam  
 beatam essentialē esse non assequi perfe-  
 ctius ex informato beato corpore, sed so-  
 lum perfectius esse accidentale: & ideo  
 non est peremptoriū argumentū. Quin-

to dices animas damnatorum duo suppli-  
 ciorum subire genera, & pœnam damni,  
 & pœnam sensus, illa nō augebitur tum,  
 hæc vero augebitur: quia hæc est afflictio  
 animæ & corporis, & erit tum maior cru-  
 ciatus animæ, quando cruciabitur in cor-  
 pore. At vero damni pœna non augebi-  
 tur, vt neque essentialis sanctorū beaitu-  
 do. Sexto dices animas beatas beata dile-  
 ctione non magis diligēt. Dū, post iudi-  
 cium finale, quam ante: verum erit illis  
 quædam dilectio Dei, idest, quædam no-  
 ua complacentia in Deo propter benefi-  
 cium resurrectionis. Octauo dices hy-  
 pothesi admissa Mosen, & Paulum vidisse  
 raptim Deum, illorum beatitudinem  
 modo esse maiorem, quā tum fuerit, quia  
 tum erant viatores, & modo sunt compre-  
 hensores: & quod tradimus in præsentia  
 est beatitudinem comprehensorum auge-  
 ri non posse.

Clam vero opus factum est Christo do-  
 mino gratias persolvere alacriter, cuius fa-  
 uētibus auspicijs has disputationes theolo-  
 gicas in. 4. lib. Sententiarum Magistri sen-  
 ten. perduximus ad suum vmbilicum, in  
 profectum sacre theologie studiosorum:  
 quibus vtinam tanto sint futura emolumē-  
 to, quanto mihi fuere labori. Quibus eno-  
 dandis hoc fuit mihi studiū, vt quæ apud  
 scholasticos maximè vocantur in quæstio-  
 nem edissererem qua potui diligentia: cæ-  
 tera verò minutiora aut silentio pressi,  
 aut leui calamo illa pertransiui, veritus ne  
 ad immensum cresceret opus.

Damni pœ-  
 na non incre-  
 scet damnatis  
 post finale iu-  
 diciū sed pœ-  
 na sensus.

Peroratio  
 operis.

L A V S D E O.

SALMANTICAE,  
 Ex officina Didaci à Benauides.  
 M D L X X I X.



Responso ar-  
 gumētorum.

Beati ministe-  
 rio fungetur  
 sensum non  
 necessitate  
 naturæ sed  
 beatitudinis  
 libertate.

beati-  
 est im-  
 is.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly impressions of the original content.

L. N. V. 11. 10

SALMANTICA

